Peccata, quæ per Pœnitentiam ſunt remiſſa, non redire ob ſequens peccatum; oſtenditur contra Vartanum. ibid. n. 3.
Soluũtur Obiectiones. p. 628. numero 8.

ՈՐՈՇՈՒՄՆ ԵՐԿՐՈՐԴՈՒԹԵԱՆ ՎԵՐՋԻՆ ՕԾՄԱՆՆ

ՊԱՏԱԿ. Ե.

DE SACRAMENTO *Extremæ Vnctionis.*

§. V.

Ա. Եր-լու-խ. հաւաբերին մոլորութիւնք ստուա վրդովատայն. զոր ուանին ի վերայ խորհրդոյս :
Բ. հաւ՝ն մերժել զայսպիսի մոլորութիւնս, հաստատին, և ցուցանին հետեւակաւ ասացուածքս :
Գ. Թե խորհուրդ վերջին օծմանն ոչ կատարի. Եթէ ներելոյն, որ օծանի, ոչ ինչ հիւանդ մնայ : Թիւ. Ա.
Բ. Թե ոչ պարտ է տալ վիճակ սբ խորհուրդն Ա՝ի հիւանդից :

I. Sect. Explicantur Armeniorum errores circa hoc Sacramentum. pagina 631.
II. Ad hos refellendos errores ſtatuuntur, ac probantur Propoſitiones ſequentes. pag. 633.
1. Sacramentum Extremæ vnctionis non perficitur, niſi ſubiectum, quod vngitur, ſit homo ægrotus. ibidem, numero 1.
2. Idem Sacramentum non eſt conferendum, niſi infirmis,

qui de vita periclitentur, pagina 635. num. 5.

3. Quælibet Eccleſia Chriſtiana tenetur ex diuino præcepto vti hoc Sacramento. pagina 636. numero 8.

4. Materia huius Sacramenti non eſt vnguentum Chriſmatis, ſed oleum ſimplex Oliuæ, ab Epiſcopo benedictũ. Forma in quibus verbis conſiſtat? pagina 639. numero 19.

5. Miniſter Extremæ Vnctionis eſt Presbyter. Quæ verò ſint membra vngenda? pag. 640. num. 22.

III. Corollaria, ex prædictis propoſitionibus deducenda. pag. 642.

Coarguuntur Armenij, quòd hoc Sacramentum mortuis cadaueribus conferant. pag. 643. num. 6.

Inſtruuntur de valida eius adminiſtratione. pagina 646. numero 13.

Admonentur, vt abſtineant à ritu cuiuſdã vnctionis, beneualẽtibus applicatæ, quam ipſorũ nõnulli ad hoc Sacramentũ pertinere arbitrãtur. p. 648. n. 19.

DE SACRAMENTO Ordinis.

§. VI.

I. Sect. Quo ritu conferant Armenij Or-

այլ միայն հոգեվաւ հիւանդի: Թիւ. Ե.

ը. Թէ ի բարեկենդանի ըլլալոնէն կամ ևիւանդութեն ուժ-ալին հրամայեաւ հաղորդուիլ ի գործ առնուլ զխորհուրդ վերջին օծմանն: Թիւ. Թ.

ի. Թէ նաև Թ. այլ խորհրդ-այս ուլ է՛ մեռանիլ. այլ է՛ պատճ ձէ Թ ձի Թևևաց. օրհնեալ յիսուիսէ: և Թէ զինչ իցէ ձև բանին: Թիւ. Ի.

Ե. Թէ պաշտօնեայ վերջին օծմանն է՛ քահանայ: և Թէ ոչ նոյնն անդամք մարմնոյ. զոր պարտ է՛ օծանիլ: Թիւ. ԺԳ.

ղ. Տիգս նզրկեցուԹեցոմանց, որք հնաւելին ի նմէ եդել աստուածօգնի: Թէ յոյժ շատ մեղադրանօք լինին այնոքիկ. որ առանգնաւորուդ վերջին օծմանն մեռեալ դնոց քա հանայիցն: Թիւ. Ե.

Թէ ո՞րպէս պարտիցէ հայոց ապաստել զայս սբ խորհուրդս: Թիւ. Ժգ.

Թէ վճանէը արժան է՛ նոցա ոչ օծանիլ զոտն ի յոտնալուայ ին ատ հինգ հարկ շաբԹին: Թիւ. ԺԲ.

ՅԱՂԱԳԱՍ ԿԱՐԳԻՆ ՔԱՀԱՆԱՅՈՒԹԵԱՆ

Գլուխ. ը.

ա. Էֆ-չոխ. Թէ որպէս հայոց եպիս

Ordinis Sacramentum? pagina 650.

Vtuntur in Ordinatione ijſdem ferè verborum formulis, rerúque materijs, quas Eccleſia Latina præſcribit. p. 651. nu. 3.

Ex quatuor minoribus Ordinibus, non vnum duntaxàt Lectoratum, vt Græci, ſed ſingulos diſtinctim conferunt. pagina 652. numero 7.

Quo pacto eorum Ordinatio fiat vſque ad Diaconatum? pagina 656. numero 18.

II. Explicatur ritus ordinandi Armenum Presbyterum. pagina 658.

Duplex de valore huius ritus proponitur dubitatio. pag. 663. numero 16.

Quæritur, qua ratione nihil obſtet, quominùs Ordinatio Armeni Presbyteri valida ſit? pagina 664. numero 19.

III. Aſſeruntur, & explicantur variæ Doctorum opiniones de materia, & forma Ordinationis Sacerdotalis. pag. 665.

Ad has opiniones, ac diuerſos Ordinationis ritus cõciliandos, primus dicendi modus, à quibuſdam traditus, improbatur. pag. 670. num. 17.

Secundus aliorum dicendi modus improbatur. pagina 673. num. 24.

Tertius dicendi modus improbatur. pagina 674. num. 29.

Quartus dicẽdi modus ad rẽ aptiſſimus offẽditur & explicatur. p. 684. n. 57.

IV. Quæ ſint in Armeno ritu materia, & forma Ordinationis Presbyteri? pagina 690.

Cur in hac Ordinatione Armena Eccleſia præpoſterè vtatur materia, & forma ritus Latini? pagina 697. num. 22.

Plures adducuntur cauſæ, ob quas deberent Armenij Ordinationem

nem ſuam Presbyteralem ad ſeriem, ſtatumque meliorem referre. pagina 701. num. 34.

DE SACRAMENTO Matrimonij.

§. VII.

I. Sect. De natura, & cauſis Matrimonij. pagina 709.

II. De Matrimonio rato, & irrito. pagina 713.

III. De impedimētis, Matrimoniū dirimentibus iure naturæ. p. 715.

IV. De impedimētis, Matrimoniū dirimentibus iure poſitiuo, ſiue diuino, ſiue politico, ſiue Eccleſiaſtico. pagina 726.

V. In quibus ex prædictis Impedimentis poſſit Eccleſia diſpenſare? pagina 733.

VI. Vtrùm Armeni ritus præſcriptio, quæ diſcrepet à iure Canonico, valeat ratū, vel irritū reddere aliquod Matrimoniū. p. 736.

VII. An ratum eſſet Matrimoniū, ſi apud Armenios contraheretur in tertijs nuptijs poſt mortē ſecundi Coniugis? p. 743.

VIII. Vtrùm Matrimonium ratum diſſolui poſſit quoad vinculum ob aliquam ſuperuenientem cauſam? pag. 751.

IX. De Diuortio: atque etiam de Diſpenſatione in Impedimentis Armeni Matrimonij. pagina 764.

վասն խորհրդոյն պսակի

գլուխք. է.

ա. Է-լուծ. Տիգս սահմանի և սպառ ձառայ խորհրդոյ պսակին:

բ. Տաղտպ ձևմարիտ և սուտ պէ սակի:

գ. Ի-է ոչք ինչն արգելմունք բնական օրինաց, որ խափանեն զպսակն:

դ. Ի-է ոյք ինչն արգելմունք դրական օրինաց, որ խափանեն զպսակն:

ե. Եմի՞թէ կարող իցէ եկեղեցի նեղել իւր ստեղծեալ արգելմանցն պսակին:

զ. Եմի՞թէ սահմանադրութիւն օրի նացն հայոց ունելոյ զօրութիւն խափանելոյ կամ ստուգելոյ զպէ սակս ոմանս ի մէջ նոցա:

է. Եմի՞թէ ի մէջ հայոց հաստատ լի նէր և անխափան պսակ ի յեր րորդ հարսանիս ունելոյ մահուան երկրորդ ամուսնոյ:

ը. Եմի՞թէ օրինաւոր պսակ բռնա նեաց կարէ լուծանիլ վասն պատ ճառի ուրուք:

թ. Տաղտպ բաժանման ամուսնոցն ի միմեանց: Եւ միթէ հայոց կաթուղիկոս կարող իցէ տալ իւրոյ արգելմանցն պսակին:

ՀԱՅԿԱԿԱՆ

ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԵԱՆՑ

ԵՐԿՐՈՐԴ ԸՆԴՀԱՆՈՒՐ.

Տաղտկս որպիսութիւնք հոգւոց բանականաց:

ARMENARVM QVÆSTIONVM

TRACTATVS SECVNDVS

DE STATV ANIMÆ RATIONALIS.

ԱՌԱՋԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

Ա

Ամենիք ոմանք ճառեն
ի գերան նուաճանց. եթէ
աղգն հայոց զբազում
մոլորական կարծիս ու-
նի ի մէջ բանականաց հո-
գւոց մարդկան: Առաջ-
ինն յովհաննէս սիսուէնա-
ցին պատառէ ի գերս մե-
ծոցն ի դիմին. նոր-
ին, զհայոց հաւատառալ, եթէ հոգիք
մարդկան ոչ նորա առնիցն անկին յայր
ժամ միաւորելն ընդ մարմնոյն նուաճէ,
այլ եթէ առնականքնան ի միասին առնիլ
ծան յայր ի սկզբանէ. և յետոյ ի ըստ
ժողով դան ի մարմինս:

Ե՛ երկրորդ. գոյիտաոս հայսմէլայէն
ի գերս հնգետա-ասց. և հոշեոս ի գերս
գան

PRÆFATIO.

MVLTÆ sunt, quæ in hac materia Armeniorũ Nationi tribuuntur, opiniones erroneæ. Prima est: Humanas animas non recèns à Deo creari, cùm corporibus infundũtur; sed omnes initiò vnà simul creatas esse; infundi deindè in corpora successiuè. Sic de Armenijs refert Ioannes à Sydemo in Direct. hær. 24.

Secunda: Easdem animas per seminis propagationem educi de potentia materiæ, quēmadmodùm animæ Brutorum. Thomas à Iesu, lib. 7. de Conuers. Gent. cap. 23. Seù animam filij propagari ab ani-

A ma

ma patris ſui. Guido Carm. de Arm. Err. 4. Coccius in Theſauro, tom. 2. lib. 1. art. 1.

Tertia: Chriſtum, cùm deſcendit ad Inferos, omnes indè animas eduxiſſe, tum bonas, tum malas: ac proindè Inferni pœnam non eſſe perpetuam. Guido de Arm.; Alphõſus de Caſtro aduer. hæreſ. lib. 8. tit. Infernus; Prateolus de Sectis hæret. lib. 1. cap. 67.

Quarta: Nullum eſſe Infernum; eoquod Chriſtus, cùm illuc deſcendit, omnia loca illa deſtruxerit: interim animas detineri in aëris regione. Ioan. Chernacẽſis, Armen. catholicus, in epiſt. ad fratres vnitos; Guido Carm.; & Coccius to. 2. lib. 10. art. 8.

Quinta: Non fieri Iudicium de animabus particulare ſtatim à morte vniuſcuiuſque. Colligitur ex infrà dicendis.

Sexta: Animas impiorum ante vniuerſale Iudicium nullis pœnis, & ſupplicijs affici. Guido, Ioannes Chern., Prateolus, in locis cit.

Septima: Animas Sanctorum ante idem Iudicium non eſſe, nec glorificari in Cælis. Autores ijdem.

Octaua: Nec eſſe Purgatorij locum, in quo aliquæ animæ, à corporibus egreſſæ, purgentur à ſordibus peccatorum. Guido; Vincentius Beluac. in ſpec. hiſtor. lib. 30. c. 98. S. Antoninus par. 3. tit. 19. cap. 8. §. 10. Sebaſtianus Medices in Summa hæreſ. cap. 136.

Nona denique: Beatorũ animas non intuitiuè videre, nec vnquã viſuras diuinam eſſentiam, ſed quandam

ե
2

դ
3

է
4

ը

dam illius essentiæ claritatem; in qua visione consistere supremã beatitudinem. Armacanus lib. 14. c. 1. Guido, Prateolus, Alphonsus de Castro lib. 3. tit. Beatitudo, Medices cap. 13., & Thomas à Iesu lib. 7. cap. 17.

Hi sunt errores circa rationalis animæ statum, quos prædicti Scriptores Armeniorum Nationi adscribunt. Ipse porrò, qui rem Armenam non solùm auribus ab alijs accepi, sed manibus quoque tractaui, animum inducere nequaquàm possum, vt eorundem errorum ream faciam Armenam Ecclesiã. Quamuis enim obscurum mihi non sit, complures esse, ac fuisse in illa Magistros, qui hæc falsa dogmata & profiteri, & prædicare, & scriptis etiam propagare pro virili parte studuerint: quapropter anno Salutis 1341. Benedictus XII. Romanus Pontifex à multis testibus, tum Armenis, tum etiam Latinis, certior hac de re factus, misit ad eorum Regem Leonẽ IV. & Patriarcham, libellum [a], in quo prædictorum errorum, aliorumque plurimorum catalogus scriptus erat; iniungens illis [b], alijsque Armenis Episcopis [c], videlicet Sisensi, Tarsensi, Soldanensi, & Episcopo Ecclesiæ sancti Thaddæi, vt ad eorum extirpationem vnà simul incumberent: tamen nihilominùs explorati ssimum quoq; habeo, alios plures esse, ac fuisse Armenos Patres ab ijsdem erroribus penitùs alienos. Quarè idem Rex Armeniæ Leo, cùm prænotatum libellũ inspexisset, nimi-

mis grauiter tulit, Armenam Ecclesiam, vt hæresibus illis conspurcatam, diffamari: iussuque illius Daniel Monachus ad eam excusandam apologeticum Commentariũ [d] edidit, ac transmisit ad Benedictum, in quo paucorum Magistrorum errores illos ab inuidis toti Armeniæ Nationi impositos fuisse iure meritò conquestus est.

d. Reperitur est is Commentarius in Archiuio Armenensi, & Romanis Statutis. lege Annal. Eccl. apud Rainal. tom. 16. an. 1341, nu. 118.

Immò non multò post, nimirùm anno à partu Virginis 1346. Consolator [e], Armeniæ Patriarcha, nec non Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Clerus Armenus, per Nũcios suos, Ioannem de Merchar, & Antonium Episcopos, ac nobilem virum Gregorium Cenguiz, Clementi Papæ VI. [e] significarũt, quòd peracta iam Armenorum Episcoporum Synodo, abiecerant, & condemnarant per eam omnes illos errores, quos Benedictus, prædecessor ipsius, ab eis damnandos requisierat, inter quos præcipuè omnes, à nobis suprà memorati, recensebantur: quin etiam offerebant, si in suis libris alia forsitan reperirentur erronea, & Catholicæ fidei repugnantia, paratos se esse, illa de libris eisdem iuxtà Romanæ Sedis mandata delere, seque institutis Apostolicis in omnibus conformare.

e. Clem. VI. an. 5. lib. 3. epist. cur. 17.

Igitur vniuersa Armeniorũ Natio, & Ecclesia non potest nisi temerè, magnamque per iniuriam de prædictis hæresibus condemnari ex eo, quòd ipsorum nonnulli eas professi sint, aut profiteantur. Porrò autem, cùm adhuc extare videamus

mus

մանաւ, որք ի նմանէ եղեն սուտ անուն վարդապետք մոլորելոցն։ եւ զոր այսու հնարեաւ դիւ մի՛ ոք ի քարեպաշտասէրս հաւատոյ ընծառանէիցէ ունկնդիր լինել չար ուսմանց եւ մոլորական գրոց դոցին. սակս այսորիկ մեք ստացաք զհնարեալ ի նմանէ գիւանդ անուանեալ, որոմք ի հնձանէ սբ գրոց, հատոյց, եւ վարդապետաց սրբոց, եւ պատճառաւոյ, բացայայտեմք զոչ-ղղափառութիւնսն տիեզերաց անիծեալ աւետարանչին քրիստոսի. որոյ արտաքոյ չիք փրկութիւն։

Jac 11

mus in illa pèrnicioſos Pſeudomagiſtrorum Codices, erroneis huiuſmodi doctrinis refertos; nec deeſſe inpræſentia ſeductores, qui ad eas ſectandas diſcipulos ſuos, & Populum Armenum incitent; vndè multi dubitant, ignorantq; in quâ debeant flecti ſententiam: ideircò earundem ſingularum hæresũ falſitas per ſingulas Quæſtiones demonſtrãda mox erit.

ՄԻՆ ԹԷ ՀՈԳԻՔԸ ԲԱՆԱԿԱՆՔ ԵՂԷՆ

Առիթ եալ յառաջ քան զմիանալն նոցա
ընդ մարմնոս .

ԱՌԱՋԻՆ ՀԻՒՆԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Ընդ քննելն երկու կարծիք , և լուծումն
միոյնաբանութեան ;

Գլուխն . ա .

VTRVM ANIMAE RATIONALES

Extiterint ante corpora .

QVAESTIO INTER ARMENIOS PRIMA.

Proponitur duplex ſententia, & reſolutio Quæſtionis.

§. I.

ՎԱՐԴԱՆ ՎԻՐԱՊԱՆ ՀԱՅ ա
ԴԱՆ Ի ԱՌԱՔԱՍՈՒԱՆ
ՈՐՈՒԹԵՍՆ ԻՐՈՒՄ ԱՌ.
ԹՈՒՂԹՆ , ՈՐ ԳՐՆՑԱՒ Ի
ՍԲ ՀԱՅՐԱՊԵՏԱՑՆ ՍԻ
ՆՆ ՀԱՒԱՏՈՑ ԱՌ. ՔՂԴՆ ՀԱՅՈՑ ՀԵԹԱՆՈ
ՍԻՆՆ Ի ԽԵՂՆ ՀՐՈՎ ԳՐԵ ԱՒՂ : ԱՂՕՂ
Է ԱՅՍ ՈՐ ԱՍԱՆ. ԹԷ ՄԻՇՏՈՑ ԱՌԱՋԴ Ա
ՆՁԻՆ ՀՈԳԻՔՆ ; ԱՒԱՂ ԱՌԱՔ Է ՄՈՎԱԿԱՆ , ՈՐ
ԱՍԷ. ԿԱՏԱՐԵԱՑ ՁԱՒԴ , և ՀԱՆԳԱՒԱՒ ։]
ԵՒ ՅԵՏ ԱՌԱՔԱՒՆ ԴՐՆՂ ԱՍԷ. ԹԷ ՀՈՂՆ
ՀՈԳԻՔՆ ՉԷ ԱՌԱՋԴԱՆԵԱՆ Ի ՀՕՐԷ , և ՉՔ
Ի ՄՕՐԷ :] ՀԱՒԱՏ ՅԱՅՏՆԱԻՆՔ ԳՈՒԳԱ
ՒԷ . ԹԷ ԱՒՍ ՀՈԳԻՔՆ Ի ԱԿԶԲԱՆՔ ԱՌԱՂ
ա

I

AFFIRMAT vnà cum cóſectaneis ſuis Vartanus, Doctor Armenus, qui in confutatione cuiuſdã epiſtolæ, ad Haytonem Armeniæ Regem datæ à Romano Pontifice, num. 4. *Error eſt*, inquit, *eorum, qui dicunt, animas à Deo ſemper de nouo creari. Nam mendacem faciunt Moyſen, aſſerentem Gen. 1. Deum ceſſaſſe ab omni opere ſuo.* Et paulò poſt addit, *eas nec à patre, nec à matre productas.* Vnde videtur inferre, Deum illas

insimul ab initio condidisse. ¶

Propter hanc, & alias hæreses, huius Vartani nomen, ad Clementem Papam VI. delatum, ab eo dānatum fuit; vt constat ex eiusdem Clementis epistola [a] ad Consolatorem, Armeniæ Patriarcham; vbi sic illum interrogauit: *Scire volumus, si credidistis, & creditis tu, & Armeni, qui tibi obediunt, Vartanum, quē (prout nobis à pluribus est relatum, & assertum) Armeni pro speciali doctore habuerunt; & qui multos de Armenia Minori labe hæresis infecit, docens, & scribens, quòd spiritus omnium hominū fuerint insimul à Deo creati; &c. fuisse hæreticum, & hæresiarcham pessimum.* ¶

Huc etiam spectat id, quod legitur in libello [a], quem, vt suprà diximus, Benedictus Papa XII. ad Armenum Patriarcham transmisit, vbi cap. 22. sic habetur: *Armenij dicūt, quòd quando Christus resurrexit, educens ex Inferno Sanctorū animas, quæ ibidem erant, duxit eas in Paradisum terrestrem, & cum ipsis dictum Paradisum intrauit, dicens eis: Ecce locus, in quo fuistis, & de quo exiuistis. & statim de dicto Paradiso eas eiecit, & posuit eas in terra, vel in aëre circa Paradisum terrestrem.* Quibus verbis asserere videntur, omnes humanas animas à principio vnà cum Adami anima à Deo fuisse creatas. Simile quid anteà docuerūt Origenes, Priscillianus, & Rabbini aliquot Iudęorum, vt infrà dicendum est. ¶

Cæterùm hac de re peracris olim altercatio à me cū Simone Ciulfaën-

[a] .VI. pist. 72.

[a] t in chiu. ebus men. &c.

ſi, Armeno, ac magni quidem nominis Magiſtro, ſuſcepta coràm Populo fuit Galatæ apud Byzantium in Eccleſia S. Gregorij, Armeniæ Epiſcopi, ac Martyris. Contendebat enim is, humanas animas non recèns à Deo creari, cùm fœtus in vteris matrum animãtur; ſed omnes vnà ſimul à principio conditas eſſe; ſucceſſiuè verò deinceps vniri cum ſuis corporibus. Hoc autem impenſiùs affirmabat, ne concedere cogeretur, Deum aliquid noui creaſſe poſt diem ſeptimum: cùm ſcriptũ ſit Gen. 1. *Et requieuit Deus die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patrauat: & benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illum, quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo.*

Itaque inſtituta ſuper hoc diſputatio, ac in aliquam temporis morã protracta, poſteà diuertit ad aliud. Nam Simon, coactus fateri, non extitiſſe animas ante corpora, in illud reſilijt, humanas animas non minùs à parentibus propagari, quàm corpora: Deum, afferens, cùm primis Parentibus dixit, *Creſcite, & multiplicamini*, tunc in illos, ac poſteros naturalem vim indidiſſe generandi & animas, & corpora ſimul: quod eſt error peior priore.

Cùm denique ad ſecundum hũc errorem euertendum rationes non paucas adducerem; nullum Simon reſponſum reddidit: ſed conuerſus ad populum, me vnum, teſtatus eſt, à Latinis reliquis in propoſito dogmate diſcrepare; quòd ſocordiùs, ac negligentiùs alijs in eorum Col-

legijs ſtuduiſſem. Sed de hoc alio erro-
re agemus in quæſtione ſequenti.

NEgant verò Armeni Patres Ca-
tholici: quorum vera ſententia vt probetur, ſciendum eſt, quòd iuxta duplicem opinionem diuulgatus fuit error propoſitus.

Prima quidem opinio eſt, omnes animas rationales vnà ſimul initiò creatas à Deo eſſe in Cælo; ſed ante infuſionem in corpora peccaſſe, atq; in pœnam peccati in ipſa corpora, tanquàm in carceres, fuiſſe detruſas. Platonicum hoc figmẽtum ſequutus eſt Origenes lib. 1. de principijs, c. 7. & in Hieremiæ caput 24. & 28. ac prætereà Priſcillianus, vt teſtatur Concilium Bracarenſe primum, capite 6.

Secunda eſt, omnes humanas animas vnà cum Angelis à Deo conditas eſſe; ac deinde modò vnam, modò aliam ad corpus mitti, non quia peccauerint: ſed ne cogamur aſſerere, Deum poſt diem ſeptimum aliquid noui creaſſe. Hanc ſecundam opinionem tutati ſunt Rabbini aliqui Hebræorũ, vt habetur ex Commentario Rabbi Salomonis in c. 33. Deutor.; quam ſequutos etiã fuiſſe Doctores alios Chriſtianos, teſtatur D. Hieronymus in epiſt. ad Marcellinum, & Anapſychiam, quæ eſt 27. inter epiſtolas S. Auguſt. Hæc igitur vtraque falſa opinio refutanda mox erit à nobis.

Ը Ի ոչ սակաւ ընդ դէմ երիցսդ մե-
ղադրէս. զոչինչ ստաստիանն ետ
վարդապետն. այլ միայն զարձեալ
զերեսս առ ժողովրդեան զիս զրպար-
տէր առնելով. Թէ չէի լաւ ուսեալ՝ ե
դասդատուս գտանկաց գնած-աբանա
կան գիտութեի: ձշդդ յիդս երկերդդ
մոլորուԹես այսպիսկ ձառնացոյց՝ ի
յերկերդդ վիճաբանուԹե.

ԻԱԿ բացատեն այլ հարքն հայոց
ուղղափառք. և քարոզեն, Թէ
ի-բարձանչիւր հոգի ոչ սահեզ անկ յիւր
ԼՈՒ ոչ գինի կէբարձուցոյ մարմնոյն
երբեան: ձշդդ՝ վս հաստատելոյ զձշ
մարիտ բանն երբեանց, գիտելի է.
զի ըստ երիցդ կարծեաց աստուձ
բնաւ Ելէւ դադարացեալ մոլորուԹենե:

ձ ռաջին կարծիք է. ԼՈՒ հոգիք
սահեզան իմիասին՝ ի յերկինս. և յե-
տոյ մէզան. և՝ ի պատիժ մեզացն ե-
րեանց ձգեցան յերկրիդ՝ ի վայր. և նոքա
փակեցան՝ ի մարմինս, որպէս՝ ի բան-
տի: ձշդ է ազանդ պղատոնիկի: վ-ր
ընկալաւ և սուրբ որոգինէս յառա-
ջին գիրս յիդս սկզբանց. յերկնաբոյդ
գլխին:

Երկերդդ կարծիք է. ԼՈՒ հոգիքն
սահեզան յիւր ընդ հրեշտակս. և մի
առ մի հետևաբար առաքին՝ ի մար
մինս. ոչ Թէ վս մեզաց. զի ոչ էին.
այլ զի բանադատիմք. ասեն. այսպէս
հաւ առաջ վս բանիցն մովսէսի. Թէ
հանդերձ ամ-յիւր գործոց եւբոց: այս
պէս կարծեցին ռաբբիք ոմանք՝ ի հրէ
ից. ըստ որում յիշատէ՝ և գրոցն ռաբբի
սա գամանիէլ: և ևս այսմ չար կարծե
ցաւ հետևեցան երբեմն այլ ոմանք

քրիստոնէից. ոմ վկայէ սբն ձերոնիմոս՝ ի Ը-ղՊն առ մարկելլինոս: ձշդ՝ պարտ
է՝ մեզ այժմիկ առա-ա ցուցանել զերկուսին կարծիքս զայս:

ՅՈՒՑԱՑԱԼԻ

OSTENDITVR

ՃԻ Թէ հոգիք ոչ նախաւ եղեն յերկինից՝ եւ
մարմնոյն ի մեղաց ինչ
խրեալ :

ԳԼՈՒԽ. Բ.

ԱՅս առաջին կարծեցաւ հնոցիս
ցաւ՝ եւ ոչ ժողովոյն պատակաւ
ցոյց. որ՝ ի. Ղ. Նզով՝ գլխոյն սահմանեալ
այսպէս ասէ Թէ ոչ ասիցէ Թէ մեղկացեալ հո
գիքն յաշ մեղանչ՝ ի յերկնային բնակու
Թենն. եւ այնր աղտագոյ՝ ի վայր ձգիլ
ցան՝ ի մարդկային մարմինս. այնպէս
սին նզովեալ եղիցի :]

ԱՅդ՝ ցոյցանէ այս՝ սահման՝ ի սուրբ
գրոց: քանզի ոչ առաքեալն պօղոս
առ հռովմայեցիս. Ղ. զդ՝ գլխ ասէ. Թագա
ւորեաց մահն յադամայ մինչ եւ ի
մովսէս. եւ ի վերս չմեղացեալսն յոյն
նմանու Թէ յանցուածոյն ադամայ :]

ՈՂՔՄՂ ասէ առնոյն հռովմայեցիս
Ի. Նզոտդ գլխ. մինչ չեն ծնեալ էին. մինչ
չեն բարւոք, կամ չար գործեալ էին :]

ՈՂՔարձեալ գրէ ի յերկրորդ առ
կորնթացիս. Ե. Նզդ՝ գլխն. հաշիանցուք
մեզ յանդիման լինել կամ առաքելոյ ա
ռաքինին քրի. զի ընկալցի իւրաքանչիւր
ըստ գործոց մարմնոյ զորինչ գործեաց
ազ. եԹէ բարւոք. եԹէ չարաչ :] հաստ
ատ առաքեալն. եԹէ հաւանաբար ասելոց
եմք մեք վասն գործոց, զոր ոչ գործեաց
ի մարմնի. եւ ոչ առանց մարմնոյ :

ՀԱյդ՝ ասի առաջեալ բանքդ առա
քելոյն ոչ էին չհնարեալ. եԹէ հոգիքն
մեղս ցեալ էին ի յերկինս. եւ վասն
այսորիկ արտաքսեալ էին ի տանջանքն
խրատուց, եւ մուծեալ ի մարմինս :

ԵՐկրորդ ցուցանեմ վկայու Թ
ամբ հարցն. զոր հայք ընդունին:
քանզի հղեմնաԹա ազիքսանդրացին

ի.

Animas non intruſas fuiſſe in corpora in pœnam alicuius præcedentis peccati.

III
1

§. II.

OPpoſita ſententia damnata fuit à Concilio Bracarēſe primo loc. ſuprà cit. his verbis : *Si quis animas humanas dicit priùs in cæleſti habitatione peccaſſe, & per hoc in corpora humana in terram deiectas fuiſſe, ſicut Priſcillianus dixit; anathema ſit.*

II
2

REfellitur autem primò hæc ſententia teſtimonio Diui Pauli. Nam ad Romanos 5. *Regnauit*, inquit Apoſtolus, *mors ab Adam uſque ad Moyſen, etiam in eos, qui non peccauerunt.*

Item ad Rom. 9. *Cùm enim nō dum nati fuiſſent, aut aliquid boni egiſſent, aut mali*, &c.

Denique, 2. Cor. 5. *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti; Vt referat unuſquiſque propria corporis, ſicut geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.*

IIII
3

Omnia hæc Apoſtoli verba vera non eſſent, ſi animæ in Cælo peccaſſent, & ideò damnatæ fuiſſent ad corpora.

REfellitur ſecundò ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia. Etenim Clemens Alexandrin. lib. 4. Stromatum: *Non huc*, ait, *de Cælis anima ad ea, quæ ſunt deteriora, demittitur. Deus autem fecit omnia ad ea, quæ ſunt meliora.*

Methodius apud Epiphanium

hæres. 63. *Fabula*, inquit, *est*, *& tragica cantilena*, *dicere*, *animas ex Cælis deiectas esse*.

Et, vt alios gratiâ breuitatis omittam, eos solummodò Patres afferamus, qui disertè aduersùs eundem errorem scripserunt.

Ijq; sunt, Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanũ, ac præterea in lib. 2. de hæresibus, tom. 1. hæres. 64.

Hieronymus in epist. ad Pammachium contra eundem Ioannem.

Theophilus Alexandrinus in libro 1. Paschali.

Augustinus in epistola 28. ad Hieronymum.

Et præclarissimè omnium, quem præ omnibus alijs Armenij reuerentur, Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Euangelium Ioannis cap. 9. vbi viginti tribus argumentis hunc errorem penitùs expugnauit.

REfellitur tertio rationibus. Quia si anima creata esset in Cælo, & in pœnam peccati damnaretur ad corpus, vt ad carcerem; certè vel creata fuisset in suo esse naturali perfecta, atque completa, quemadmodùm Angelus: vel in suo esse naturali imperfecta, seu vt forma corporis incompleta, ordinata ad constituẽdum cum illo, vt cum materiali comparte, naturam hominis vnam completam.

Si primum: ergo anima, cùm in peccati pœnam detruderetur in corpus, non faceret cum illo vnum per se in ratione naturæ, seu naturam vnam completam. Quod enim in-

ratio-

[ի. գլ. իդ՝՝ գիրեն ստրտմատուած, ասէ այսպէս: Հոգի ոչ արկանի յաստ՝ ի վայր առ յաչխս, որք էն անարգալ գոյնք. զի ած արար զայմ առ յաչխս, որք էն պատուականագոյնք:]

Համաձայնս՝ ի գիրեն յղգս հերձուածոց, ի. գլ. իդ՝՝ գրէ ասէ: Հաւատ ակնարկելի է, և վարկապարտելի, ասել զհոգիան յերկնից արկեալ՝ ի վայր:]

Եւ զի միւս առաւել եւս քան զայնց դանդաղոցուցանէ զլուծն, միայն առաքաբերեալ զաբէլեմբ զաբ հայոց պաչտօնիկ. որք առաւաւբուխ բանին զպիղծս շարժագիծն ընդ դէմ մնալոյս Աստուածորեկ. յր. աբէն նախիման՝ ի Թուղէն առ յոհան էրզնկեցի, և Եւ՝ եչերկիր գիրեն յղգս հերձուածոց՝ ի. գլ. իդ՝՝ գրէ առաքին հաւատոյն: աբէն ձերունիմս՝ ի Թուղէն առ պատանիկս: Եէսուիտ աղէքսանդրացին՝ ի յառաքին գիրեն որ յղգս սէ զատկէն: աբէն օգոստինոս՝ ի Թուղէն. իբ. գլխ՝՝ առ ձերունիմս: Եւ մանաւանդ աբէն հիւրնէղ աղէքսանդրացին յառաքին գիրեն՝ ի մր Ե. գլխ՝՝ գլխոյն յոհաննու. որ յանդգնան և երիւք պատճառօք զմոլորս Ճշմարտացս յաղթահարէ:

Երդ՝՝ յուցանի պատճառօք եւ առաքին պատճառ է. զի՝ եթէ հոգի առնջել էր յերկինս. և յետոյ՝ ի վայր արկեալ՝ ի մարմին ոչ՝ ի բանտ առ՝ ի պատիժ մեղացն իւրոց. արդ՝ ոչ՝ կամ կատարեալ առնջ առ բնութիւն, որպիսի է հրեշտակային բնութիւնն, և կամ անկատար. յր. երբեմն ինչ և առնակ մարդկային բնութիւնն:

Եթէ կատարեալ առնջ առ բնութիւն. ապա ուրեմն հնուէր. եթէ միւս կարով ընդ մարմնոյն, ոչ կատարէր

ընդ

ratione naturæ perfectum quid est, non remanet in eadem ratione per se vlteriùs perfectibile ; alioquin perfectum anteà non fuisset : vndè circumfertur philosophicum axioma illud : *Ex entibus completis nequit fieri Vnum per se*. Ac proindè homo non esset vna per se composita natura ; sed potiùs duplex natura perfecta, inclusa scilicet, & includens ; atque vnum aggregatum per accidens, quale est illud ex Angelo, & corpore assũpto. Nec præterea posset anima exercere in corpore actus vitales corporeos, nempè videre, audire, &c. sicut nec potest Angelus in corpore ipso assumpto, quæ omnia absurdissima sunt.

Si secundum : ergo anima, vt acquireret naturalem suã perfectionem, scilicet corporis complementum, debebat peccare ; atque adeò Deus, qui talem ei naturam indidisset, auctor fuisset eius peccati. Tum quia, si non peccasset (quod ipsi liberum foret), mansisset perpetuò in suo esse naturali imperfecta, semper exigens corpus : ac proindè Dei opera non fuissent perfecta, contra illud Deutor. 32. *Dei perfecta sunt opera*. Tum denique, quia perfici illam in suo naturali esse, & operari per corpus, quod est naturæ maximum beneficium, pœna, & supplicium dici deberet. quæ quidem omnia non minorem continent absurditatem.

Præterea, si corpus daretur animæ in carcerẽ, sequeretur in primis, quòd maius beneficium præstitisset

nobis

nobis Diabolus, qui mortem nobis procurauit, hoc eſt, ianuam carceris aperuit; quàm Chriſtus, qui reſurrectionem nobis acquiſiuit, ideſt, in carcerem, eumque perpetuum, noſtras animas reuocauit. Tum quia improuidè Deus ſceleratos homines occidiſſet Diluuio, & iuſtum Noë conſeruaſſet: Sodomitas perdidiſſet, Loth verò ab incendio liberaſſet. quid enim hoc fuiſſet aliud, niſi viros improbos è carceribus dimittere, probos in vinculis detinere? Deniq; benedictiones illæ: *Creſcite, & multiplicamini*, Gen. 1. & 9. Et, *Patrem multarum gentium te conſtitui, faciāq; te creſcere vehementiſſimè*, Gen. 17. Et, *Addat Deus ad hunc numerum, multa millia*, Deutor. 1. non benedictiones, ſed maledictiones fuiſſent: dum multiplicari homines, aliud non eſſet, niſi impleri carceres. Similes alias rationes reperies in Diui Cyrilli Alexandrini Commentarijs, loco ſuprà citato.

ANIMAS NVLLO MODO Exiſtere ante corpora, PROBATVR *Ex ſacris Scripturis.*

§. III.

OPpoſita Sententia damnata fuit à S. Leone Papa in epiſt. ad Turibiū, cap. 10. his verbis: *Catholica fides conſtāter prædicat, atq; veraciter; quòd animæ hominū, priuſquā ſuis inſpirarētur corporibus, non fuere.* Ideò

Refel-

ի մարմինս. Սատան էր սուրհ մահուն, եւ չարչարանաց: Բայց Տէր մեր Յիսուս Քրիստոս զմեզ անմահութեան:

Եկիցէ պատճառ է. զի եթէ մարդ միայն առաքեալ էր հոգւոյն սուրբ բանին եւ պատիժ. այսու նախ հնարեալ էր. Թէ մեծագոյն բարեբարութեամբ արարել էր մեզ բանաստեղծութեան. որ էրէց պատճառ մահուան մերոյ. եւ եբաց մեզ դրունս բանտին. քան զի. որ շահեցաւ մեզ զհանդերձեալ յաւուրքն մեռելոց. եւ կամի զևրսուին փակել զհոգիսն մեր ի բանտին չհանդչեսցեն որ կապանաց:

Եկիցէ զի ած ոչ երբեք արար բարձեալ էր եկիցէ զամբարշտսն ըմբհղեալսն հնոյ, կենդանի պահելով զարդարսն. եւ ոչ արդարութիւն սատակեալ էր զսուրբսն մարգարէսն, ապաքէն զղջմամբ եւ սուրբ էրմանէ հրոյն: քանզի այս զինչ ասէ էր. եթէ ոչ զամարտապարս ապաստել ի բանտէ. եւ զարդարս յամենեցունցանէ ի կապանս: Եւ եկիցէ զի օրհնեալ Քրիստոս մխորհի. հաձեցեալ եւ բարձմանցուսուք. յաւուրսն զկնի նմանոց: եւ հաձեալ զբնիկ հայր ապանց բազմաց. եւ ապեցուցից զբնիկ մեծապէս. ի. Հէ. բիւ ոչն: եւ Յաւելցէ ած ի Քրիստոս այս զբարեպատուհաղագս. յաւուրսն զկնի եկիցէ օրհնութիւն: ոչ արդ էօր օրհնութիւնքն էին. այլ անէծք եւ սպառնալիք զի ապականանել զմարդիկ ոչ էր այլ ինչ. եթէ ոչ կորուսանել զբանսա:

Թէ Հոգիքն.

Համարեան ոչինչ կէրպիւ եղեն յաւուրս բան զնաստնիս իւրեանց.

Ցուցանի ի սուրբ գրոց:

Պրսակք. Դ.

ԵԿիցէ կարծէքն այնոցիկ, որք ասէին զհոգիսն առանձ եալ յա-

ռաջ

Refellitur primò ex ſacris Scripturis : Dicitur enim Sapien. 15. *Quoniam ignorauit, qui ſe finxit : & qui inſpirauit illi animam, quæ operatur ; & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem.* S. Ambroſius in Symb. Apoſtol. cap. 17. colligit ex hoc loco, quotidiè Deum in formatis iam corporibus nouas animas creare: quemadmodùm & in Adami corpore fecit, de quo pariter dictũ eſt, Gen. 2. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ ; & factus eſt homo in animam viuentem.* Nam ſi animæ ante corpora præextitiſſent, certè nõ diceretur Deus inſpirare, nec inſufflare illas in corpora ; ſed potiùs mittere, aut ſimiliter.

Pſalm. 32. *Qui finxit ſigillatim corda eorum.* Et Ioan. 15. *Pater vſq; modò operatur, & ego operor.* Idem Ambroſius loc. cit. & Hieronymus in epiſt. 61. ad Pammachium, ex duobus his locis oſtendunt, ſingulorum hominum animas recenter à Deo creari, infundique ſuis corporibus.

Iſaiæ 57. *Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.* quæ verba, cùm exponantur communiter à Patribus de animarum creatione, & dicantur in ſignificatione futuri temporis, non eſſent vera, ſi animæ vnà ſimul conditæ fuiſſent ante corpora.

Denique Zachar. 12. apertè aſſeritur, anima in corpore ipſo, & non extra, nec ante corpus, à Deo formari, dum dicitur: *Qui format ſpiritum hominis in eo.*

PRO-

PROBATVR IDEM SECVNDO Ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. IV.

CLemens Papa, & Apoſtolorũ diſcipulus, lib. 5. Conſtitut. Apoſtol. cap. 8. *Qui in Vtero*, inquit, *hominem de puſillo ſemine fingit; animamque illi, non dum exiſtentem, creat: &, Vt ipſe ait quodam in loco Ieremiæ, antequàm te formarem in Vtero, noui te: & alio in loco, ego Dominus, firmans Cælũ, & fundans terram, & formans ſpiritum hominis in eo.*

Irenæus lib. 2. aduersùs hæreſ. cap. 58. oſtendens, animas, antequá humanis infunderentur corporibus, nõ extitiſſe, ſic ait: *Si enim hoc, quod in breuiſſimo tempore Viſum eſt, Vel in phantaſmate conceptum eſt, & ab eo ſolùm per ſomnium, poſtquàm cõmixta ſit corpori, commemoratur: multò magis illorum reminiſceretur, in quibus tantis temporibus, & Vniuerſa præteritæ Vitæ ſecula immorata eſſet.*

Athanaſius in Tract. de Definitionibus, vbi quid ſit vnitas: *Non enim*, inquit, *ante Verbum, quod Deus eſt, ſubſtantialiter ibi fuit corpus, Vel anima; ſed ſimul cara, & Deus, qui Verbum eſt, ſimul in eo fuere: quemadmodùm de noſtra quoque conceptione Videtur, quòd anima per ſe ſubſiſtens ſimul concurrat cum corpore. Nam corpus per ſe conſiſtere non poteſt; nec anima ſubſiſtit ante corpus.*

Nazianzenus Orat. 31. *Vereor*, ait,

Ե ... ոչ-բեմ՝ ասէ ՅԾ՝ ի ձեռն յեսայեայ
5 մարգարէին՝ ի . Ճէ . Խրդ՝ պլինն . Հոգի
յեռնէ ելցէ . և զիաւ շուրնչս նս ստանց :]
Եւ քանզի բանքս այսոքիկ իսմանին՝ ի
ունկնչաց սբ հարցն վս առնդ մանս հո-
գւոյ մարդկան . և նշանակին զաստա
գայ ժամանակն . որպիսոյ ոչ էին ձշմա
րիտք , ևթէ ոմն առնդ-եալ էր զիաւ
հոգիս՝ ի սկզբանէ առաջ քան զնաւ
տիսն ի-բնանց .

ոչ-բեմ՝ Զայսպիսիս մարգարէ՝ ի
Յբ . կդ՝ պլին . յայտնապէս գրէ , պին
գին՝ ի-մարմնն առնդ եղ յիւր . և ոչ ա
ռաջ . քան զարտաքոյ մարմնոյն . ասէ
լով այդ . ոչ առնդ ոմն զհոգիս մարդ
ոյ ի նմա :]

Հայերէն

Ծուցանէ վկայութիւնս ամբոխ
հարցն . զոր ընդ ոտն կոչեալ
Լցին հայոց :

Գլուխ . ը .

Ուչն կղեմէնտոս պատուն և առա
քելոց աշակերտն՝ ի հինգերորդ
գիրսն առաքելական սահմանադրի՝ ի
յոր ԽԵրորդ գլխոյ ասէ այսպէս : Ոչ ի յոր
ժամուն ինոք՝ ի միոյ անբանական ձևա
յոց ցուցանէ զմարդն . և ի նմանի առնդ-ա
նէ զհոգին , որ ոչ գոյ յառաջ . որպէս
և ինքն ասէ՝ ի ձեռն Երեմիայ . Քէ
մինչ չէ առնդ եալի զքեզ յորովայնի .
ծանեայ զքեզ : և յայլ տեղ . Քէես
եմ աէր , որ հաստատեմ զերկինս և
զերկիր . և առնդ եմ զհոգին մարդոյ
՝ի նմա :]

Ոչն Եփիփաս հերձ ած առաքելոցն
ելի՝ ի . Բ . կդ՝ պլինն , որ ընդ-դէմ հեր
ձուածոց , ի . ծը . կդ՝ պլինն . գոյցա
նէ . եթէ հոգիք ոչ էին առաջ քան զնա
ւտիսն

ait, *ne absurda etiam, ac præposteræ cogitatio cuipiam obrepat; tanquàm anima alibi vsquàm versata sit, ac deindè corpori huic astricta fuerit.* Et post pauca: *Sed quoniam hoc existimare, nimis stultum, & absurdum est, atque ab Ecclesiastica fide, & doctrina alienum;* &c.

Nyssenus in Disput. de Anima, & Resurrectione, post medium ait: *Si datum fuerit, quòd ante corpus in peculiari quadā statione anima viuat; omninò necesse est, vt absurdas illas sententias, & fictas opiniones eorum, qui propter vitiositatem animas in corpora deduci volunt, vires habere putemus.* Item in lib. de hominis opificio, cap. 28. & 29. ex proposito hūc errorem refellit: quarè caput ipsum 29. hoc exordio inchoat: *Cùm vnus, & idem homo sit, qui corpore, & animo constat; vnum esse, communeque tribuendum ei dicimus existendi principium: ne parte hac seipso prior, altera iunior sit, ac posterior.* Et infrà: *Animus adeò quemadmodùm ante corpus non existit; sic hominis initio sine animo corpus esse, dici verè nequit: vnum est vtriusque principium.* Hoc idem affirmat homil. 7. in Cant.

Ambrosius Tract. in Symb. Apostol. cap. 17. *Sed videamus,* inquit, *quidnam hæreticis respondendum sit, qui animam Adæ, aut portionem Dei esse volunt, aut antè eam factam, quàm eius corpus de terra fingeretur; quod prorsùs alienum à fide Catholica, & extraneum est. Scriptum est namq; quia formauit Deus hominem, pulverem accipiens de terra, & post plasma-*

tionem inſpirauit in eo ſpiraculum Vitæ, & factus eſt homo in animam Viuentem. quod ita eſſe, Euæ mulieris nos docet exemplum, quæ cùm de coſta Adæ in mulierem formata eſſet, poſteà animam à Deo accepit: quæ creationis forma Vſque ad finem Mundi in nobis ſeruatur. Et infrà: Nec prior eſt anima corpore; nec antè cõdita; nec ex Dei ſubſtantia; nec in corporeis, atque irrationabilibus creaturis, Vt hæretici Volunt, multo iam tempore neſcio Vbi fuiſſe, conuerſata: quod Vndè hauriant, non habent. Quotidiè ergo Deus Maieſtatis in plaſmatis iam corporibus animas facit, & infundit.

Hieronymus in epiſt. ad Marcellinum, & Anapſychiam, vocat hanc ſecundam ſententiam, *ſtultam perſuaſionem*. Item in epiſt. ad Pammachium contra Ioannem Ieroſol., & lib. 3. Apologiæ aduersùs Ruffinũ, ait: *Eccleſiaſticũ dogma eſſe, Vt Deus quotidiè animas fabricetur.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioan. cap. 9. *Non ergo*, inquit, *carni coniunguntur animæ, quia peccauerimus anteà, quippe qui antè corpus non fuimus.* Et infrà: *Si ergo pro operibus, quæ perperàm, aut contrà cum corpore geſſimus, retributio fiet; nec Vlla erit mentio eorum, quæ antè corpus probè, Vel contrà fecerimus; quomodò ante corpus fuiſſe animam, audent dicere?*

Theodoretus in diuinorum decretorum Epitome, cap. de homine, ſic ait: *Eccleſia autem, diuinæ Scripturæ credens, dicit, animam Vnà cum corpore fuiſſe creatam.* Et infrà: *Rurſùs autem etiam in legibus idem Pro-*

pheta

մեղաչն ի բնանց:] Եւ գրէ՛ ի գիրսն
յիշգն առէզ մանն մարդոյ, ի Եբ. տ"
գլխէն յանդիմանէ զմարդասիրեալ զա-
ուրկիկայս. և սկզբնաւ որէ զդրուխն
ԻԲ. տ" այսպիսի բանիւ: Եւ քանզի
մի և նոյն մարդ է. որ՛ի մարմնոյ և՛ ի
հոգւոյ բաղկանայ. սակս այսորիկ մի
և նոյն առնէ զդ զակիզբն լինելոյ
նորա. զի մի՛ իմասցի լսող մանկն
առաջադոյն լինել. և քան մի առաւ
յետագոյն: քանզի որպ ոչ լինի հոգի
նախ քան զմարմինն. նոյնպէս և ոչ ակըզ
բնաւ որի մարդ առանց հոգւոյ. զի
մի է սկիզբն լինելոյ Եւ կրկնոյնդն:]

Եւբն ասէրտանաս՝ ի մեկնու Ը. ո՛
հաւ առաւելքին, ի. Ժէ. տ" գլխէն ա-
ւէ: աշխ՝ առնոյս է. Ը՛ զինչ պատաս
խանի պիտոյ է առալ հերձուած-ոգւոյն
որ ասէն. Ը՛ հոգին ադամայ է մանն
ինն ած ու Ը՛Ե. և կամ առնդ նախ
քան զառնդ ուրն մարմնոյն նորա՛ի
հոգոյ. որ առնելոյ ինա ասաւ է յաղթ
ինա հաւ առուցն: քանզի գրէալ է.
Ը՛Ը ած՝ առնալ զհողն ի յերկրէ, և
առնդ զմարդն. և զինչ առնդ-մանն
միշտ՝ ինա շունչ կենդանի. և նորա
մարդն ի հոգի կենդանի: Եւ զի այս
պէս եակ նորա. ցուցանէ սրբնաւկն Ը
Հայի. որ նախ ստրծեալ նորա՛ի կո
զին ադամայ. և յետոյ էառ զհոգին
յոյ: Եւ այնպիսի կերպ առնդ-մանն
ասէն՝ իմել մինչ և՛ ի կատարած աշխ
արհի:] Եւ զինչ դէ առէ: ձշմա հո
գին ոչ է նախնեցագոյն քան զմարմին.
և ոչ նախ առնդ-եալ. և ոչ նմա ինչ՛ ի
գոյացու Ը՛նէն ոյ. և ոչ բնաւիկալ
յոյլ ուրէք ի մարմնաւ որ և անբան
առնդ-ուած-ս. որպ կամին հերձուա
ծողքն. որք ոչ ունին զկատու Ը՛ի ինչ:
ու ասի կարիցին առաքիլ զայդ ոսկի

ու-բէն

ար բնութիւն ապրի յետ որ ուր փառաց ի վեր
եղեալ մարմնոյն զհոգիս սուրբ 2
դառնէ և հեղու։]

Եբէ ոչ անդրեմոս ի Թուղթն առ
մարկելլինոս և անաբտիկիան, կուշէ զայս
երկբօրդ կարծիս, յիմաստ հրապոյս։
Եւ ի Թուղթն առ պամաքիոս ասէ։
Է-կեղեցւոյ բան է՝ ասել. Թէ ուր յետ
որ առեղծանէ զհոգիս։]

Եբէն կիւրեղ աղէքսանդրացին յա
ռաջին գիրսն ի վեր. Թ. երդ՝ գլխին
յոհաննու ասէ։ Հոգիք ոչ միտ ը
ստն ընդ մարմինս՝ այլոց զի յառաջ
մեզան։ զի զհասխ բան գիտացին ոչ
էին։] Եւ յետոյ գրէ ասէ. Եթէ հա
ւատոյս ճշ լինիցի զի գործոցն, զոր գոր
ծէլիք մարմամբ, թէ չար, կամ թէ
բարի. և ոչ լինին յիշուճ գործոցն
զորս գործեալ էիք առաջ քան զմարդ
տինս. զինչդր ինչ ասէլ. Թէ հոգիք
եղեւ նախ քան զմարմինն։]

Մի-էտրեւտոս ի Ճառն յիշոյ ուր
այնին ասհմանագրու Թէց. ուր Ճառէ
յիշոյ մարդոյ. ասէ։ Էհկեղեցին, հաւ
առալով ուր այնին գրոցն, ասաց ցանէ.
Թէ հոգին միանգամայն ընդ մարմնոյ
առեղծեալ է։] Եւ յետ ասկաճ ոց
գրէլ ասէ։ Էտսի արդ՝ եւս մտածես ի 2
գիրսն օրինաց յայտնապէս ուսուցանէ.
Թէ նախ մարմինն կերպարանի. և յե
տոյ հոգին առեղծանի. և պատառա
պէս ընդ մարմնոյն։]

Ը-ՐՐՈՒՄԻՐ

Ցուցանեն պատճառք. որ սրտիս
հանդիպ ի սբ գրոց։

ՊՐԱԿՔ. Ե.

Ա՛ձ. զի հոգին ադամայ ոչ
առեղծուած ընդ հրեշտակս.
և

pheta Moyſes nos apertè doeuit, quòd corpus priùs formatur, deindè procreatur, & inſeritur anima.

PROBATVR IDEM TERTIO Rationibus, ex Scriptura ſacra deductis.

§. V.

ADæ anima non fuit creata vnà cum Angelis, nec in Cælo, nec ante, ſed poſt formationem corporis ipſius Adæ; dicente Scriptura Geneſi 2. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciem eius ſpiraculum Vitæ, & factus eſt homo in animam Viuentem.* quem locum exponens Diuus Chryſoſtomus homilia 13. ſic ait: *Sicut enim Cælum, & Terra, & Sol, & Luna, & cætera omnia formata ſunt, & irrationabilia animalia; & poſt hæc homo, horum principatum ſuſcepturus: ita & in hac hominis formatione priùs corpus producitur, & poſteà anima, quæ dignior.* Igitur & aliorum hominum animæ non vnà cum Angelis, nec in Cælo, nec ante, ſed poſt generationem corporum vniuſcuiuſque ipſarum creatæ ſunt: nulla enim eſſe poteſt maior ratio de his, quàm de primi hominis anima.

Prætereà, ſi animæ creatæ fuiſſent à principio extra corpora, vtiq; per tot ſecula, quibus caruiſſent corpore, habuiſſent operationem aliquam intellectus, & voluntatis: ac proindè meritum, vel demeritum, contra id, quod ait Apoſtolus ad

Roman. 9. *Cùm enim non dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali.*

Præterea, *Dei perfecta sunt opera*, Deutor. 32. ergo absurdum est asserere, vnam hominis partem, scilicet animam, factam esse à Deo initio Mundi; alteram, nempè corpus, fieri post multa secula, atque adeò Deum non modò fecisse aliquandò opus suum imperfectum; verùm etiam illud in eius esse imperfecto tandiù conseruasse.

Quòd autem anima non sit perfecta natura, manifestum est, tum ex suprà dictis contra priorem opinionem; tum quia anima non est totus homo, sed pars hominis naturalis; seu (vt definiuit Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 8.) *est forma, & essentialiter forma humani corporis*, cum quo, vt cum materia, vnam hominis naturam componit. tum etiam quia, si anima sine corpore perfecta natura esset, queri posset: vtrùm sua voluntate cum corpore vniretur, an aliena? Si aliena: certè cogeretur à superiori potestate in pœnam alicuius præcedentis peccati; qui est error Origenis suprà refutatus: vel saltem violenter maneret in corpore; neque nobis beneficium esset vita, sed pœna. Si sua voluntate: tria sequerentur absurda: primum, quòd frustrà velit coniungi cum corpore, dum in se perfecta natura est, nec indiget eius opera. secundum, quòd nunc, quasi mutata sententia, velit esse in corpore, cum tot seculis manserit separata

ձ
6

ԶՊարդ՝ զհոգին լինել անկատար քան
նուԹ. յայտ է՝ ի միտոգելոցն ընդ
դեմ առաւելին չար կարծեացն։ Նոյն և
զի հոգին ոչ՝ բոլոր ինդ. այլ բնական
մասն մարդոյ. և որպ սահմանեցաւ
՝ի սբ ժողովոյն լատերանոյ, ՝ի զատ
նուԹեանն իւրոյ առեալ մարդկային
մարմնոյ։ ընդ որում, որպ ընդ նմա
Ծոմ, բնաւ ոչ եցաւ բաղկացուցա
նել զմի բնուԹի մարդոյ։ Նոյն և դեռ
զի ԷՒԷ հոգին առանց մարմնոյն կա
տարեալ էր բնուԹ. կարեաւ հարցա
նել, միԹէ կատարեալ ոչնչանէր
՝ի մարմինն. կամ Թէ ոչ։ ԷԹէ
ոչնչանայ. ապա ինչանէր ուժով և բն
ձ
7
նադատաեալ ՝ի վէրադոյն գործուԹ
ամն առ՝ի պատիժ մեղացն ինչ իւրոց.
որ՝ որպիսիսն կարծ էին զար՝ի վէ
րոյ անդրմանեցեալ։ և կամ ճարտ ՝ի
մարմնի բնուԹ և ոչնչանայ. միւս ո
րոյ կեանն մեր ոչ էր բարեբարուԹի.
այլ պատիժ։ ԷԹէ ինչանէր ՝ի մարմինն
կամաւորապէս. յայտնի առ էրեք ան
առիթ հեռուէին։ նախ ԹՒ՝ի զոյր կա
մեր մեռանել ընդ մարմնոյ. մինչ ըստ
ինչնեանն էր կատարեալ բնուԹիւն և
պիտոյ ոչ ունէր ՝ի մարմնոյ անտի։ Երկ
բորդ՝ զի միւն էր այժմ փոփոխեալ զոր
ուաւորուԹիւն իւր, և կամի կալ ՝ի մար
մնի. մինչ ՝ի սիրէանն և ՝ի վաղնջուց
կեցաւ զառեալ ՝ի մարմնոյ և էրորդ՝
զի մարդ լինէր, և դիպաւածով պա
տահէր. Թէ միանգամայն յարեալ
նա էրկու կամեցողուԹիւնք. յի. մինն
հոգոյն, որ էր միւն ինչանելոյ ՝ի մարմնի.
և միւսն ծնողին, որ էր միւն ծնանելոյ
միոյն մարմնի, և պատրաստելոյ զոչ
նուԹ։

Բայց արդ էնեակ պարտիմք պա
տասխանել առարկուԹեան վարդա
պետ.

rata. tertium, quòd casu fiat, vt vno eodemque tempore cõcurrat voluntas hominis, generantis corpus, seu disponentis materiam, cum voluntate animæ, descendere cupientis in illud.

Ad obiectionem Vartani, qua dicebat: Si Deus quotidiè nouas animas procrearet; sequeretur, quòd aliquid noui faceret post septimum diem, in quo, vt habetur Gen. 1. finẽ imposuit omnibus suis operibus: Respondetur cum S. Augustino in epist. 28. ad Hieron., Deum cessasse die septimo ab omni opere suo secũdùm speciem; quia deinceps nouam aliam rerum speciem non creauit; sed tantùm gubernauit eadem opera multiplicando indiuidua specierum, quas condiderat à principio. Cùm igitur Adami anima, quam creauerat sexto die, fuerit eiusdem speciei cum cæteris; non facit nunc Deus aliquid noui secundùm speciem, creando reliquas animas successiuè; sed solùm indiuidua eiusdẽ speciei multiplicat: maximè cùm id non faciat, nisi vt causa naturalis ad exigentiã naturæ, sic ab initio constitutæ. Nã, cùm principia generationis humanę produxit, hoc est, virum, & fœminam; eisque dixit: *Crescite, & multiplicamini*: tum naturæ ordinem ita constituit, vt quotiescunque corpus humanum fuisset in vtero matris sufficienter organizatum, continuò ad illud animandum inspiraretur anima: adeò vt pro miraculo habendũ sit, si anima corpori disposito, ac præparato, suo tempore desit.

VTRVM

նայ . ոչ ասէր . զի ելիցէ՞ յայմ օրէնէ հոգին առեղծանէր . այլ հետեւի՛ր . եթէ զինչ ինչ առնէր զինին եւ ընկերոցդ առե՞ւ ըն, յորում գրեցաւ, եթէ ոչ կատարեցաց զգործ իւր . եւ հանգեաւ : աշա. որ պատասխանէմ ընդ սրբոյն օգոստինոսի ի . իբ . երդ" ընդ զնա առ սրբն ներսիսեան . եթէ ոչ հանգեաւ յայմ գործոց իւրոց ըստ առասպաց , ոչ ըստ անհատից նոյն առասպացն : զի յինն ընկերոցդ օրէնս հետեւ ոչ տրտոր զայլնոր առասպ երից . այլ միայն պահեաց զարտաքին ի սկզբանն գտեսանկն , բազմացուցանելոյ հետեւապէս զանհատս նորին . զի մի՛ առասպքն կորընչեին : աշդ՝ քանզի հոգիքն մեր ոչ տարբերին առասպե՛ի հոգւոյն ադամայ . սակս այսորիկ ոչ ստեղծանելոյ այժմիկ զայլ հոգիս, ոչ ստեղծանէ զնոր ինձ ըստ առասպի . այլ միայն բազմացուցանէ զանհատս նորին առասպին , զոր ստեղծն ի սկզբանէ . զի մի՛ կորընչիցի տարբերանն ի սկզբանէ մարդկային առասպն : ամանաստե՛ղ՝ զի ոչ ստեղծ զայդ որպ բնական պատճառս , եւ ի ինդրոյ բնութեն. որ այդպէս հաստատեցաւ՛ն ի սկզբանէ : քանզի յորմամ նախապէս ստեղծ ոչ զսկիզբ բունս մարդկային առնին . այլ զայր եւ զկին . եւ ասաց նոցա, աճեցէք եւ բազմացուցէք . յայնժամ զինոր բնութեն այնպէս հաստատեաց . որպէս զի երբ լինի մարդ մինն բաւական ներպայեալ ի յորովայնի մօրն . միանգամ հոգին ինչեացի առ ի կենդանացուցանել զմարմ . մինչ զի պարտ եղէ հասարել արմնելոյն . եթէ ի վե բաւական որամատուցեալ պատրաստեալ մարմնոյ ոչ լինի առժամայն ստեղծեալ հոգի .

VTRVM ANIMAE RATIONALES

Traducantur ex parentum propagine.

QVAESTIO INTER ARMENIOS SECVNDA.

Proponitur duplex ſententia, & reſolutio Quæſtionis.

§. I.

ԱՍՊԱՐԱՆՆ ոմանք հեր
ձուած ոզջ. և մանա
ւանդ զայս ուսուցանէ
էր Եբրայեցի՝ մեք հայոց
մի վարդապետ. մանաւա
նապէս վկայէ զիրքն. զոր առա
քեալ էր բենեդիկտոս պապն առ ար
քայն հայոց լեւոն. յորում ասէ այսպէս:
Լուաք եթէ ոմն ունի վարդապետ հայոց մեծ
նաւ անուն՝ ուսուցանէ. թէ մարդ
կային հոգիք ծնանին ի հոգւոցն ծնո
ղաց. որպէս և մարմինքն ի մարմնոց:
և թէ ոչ ինչ գաւառան հայոց գիտեա
նայ զինքն ուսմանն հոգւոյն վարդապետին.

զոր

FFIRMANT ex Armenijs nonnulli, ac in primis Mekhitarius, prout in libello Benedicti Papæ ſuprà * citato, cap. 5. refertur his verbis: *Quidam Magiſter Armeniorum, Vocatus Mekhitarius, qui interpretatur Paraclitus, de nouo introduxit, & docuit, quòd anima humana filij propagatur ab anima patris ſui, ſicut corpus à corpore; quia cùm animæ rationales ſint quædā lumina ſpiritualia, ex ſeipſis propagant alia lumina ſpiritualia. & in hoc ſequun-*

quun-

quuntur eum quasi omnes de Prouincia Argicienſi, quæ eſt magna Prouincia, continens ſeptem dictas. Alij verò Armeni non dicunt hoc, ſed quòd Deus omnes animas creat. Et Armeni de dicta Prouincia habent illum Mekhitarium pro ſancto. Hæc ibi.

Eiuſdem erroris auctor fuit Tertullianus lib. de Anima, cap. 27. & alibi: vbi animas hominum fieri docet ex traduce, ſeù à parentibus propagari; hoc eſt, animam filij traduci, ac produci ex anima parentis, quemadmodùm ex corpore corpus: quem ſequuti ſunt poſteà Apollinaris, multique Occidentales, vt teſtatur D. Hieronymus in epiſt. ad Marcellinum, & Anaps. Attributum etiã fuiſſe Luciferianis, refert S. Auguſtinus lib. de hæreſ. cap. 81. ac denique Armenijs, tradunt præterea Guido Carmel. in Sum. hæreſ. de Arm. err. 4. Coccius in Theſauro, tom. 2. lib. 10. art. 8. & Thomas à Ieſu lib. 7. de Conuerſ. Gent. cap. 23. quamuis haud alius mihi Armenus occurrerit, huiuſmodi errore implicitus, præter vnum Simonẽ Ciulſaënſem, de quo ſuprà retuli in præterita quæſtione, §. 1.

NEgant verò reliqui Armenì Patres, alijque omnes Catholici, præſertim Scholaſtici, qui hunc errorem reijciunt cum Magiſtro ſentẽtiarum lib. 2. diſt. 17. & 18. & ſanctus Thomas in 1. par. quæſt. 118. art. 2. hæreſim eum appellat. Quarè meritò damnatus poſteà fuit in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſſ. 8. vbi definitum eſt, *Animas ſingulas ſingulis hominibus creari, & infundi à Deo.*

ANIMAS RATIONALES
A Deo solo creari, & infundi corporibus,
Probatur ex sacris Scripturis.

§. II.

ECcles. 12. *Reuertatur pulvis in terram suam, vnde erat; & spiritus redeat ad eum, qui dedit illum.* Glossa interlin. *Reuertatur*, ait, *corpus in terram suam*, &c. *& anima redeat ad Deum, qui dedit illam: non est enim de traduce.*

Sapien. 15. *Quoniam ignorauit, qui se finxit, & qui inspiranit illi animam.* subijcit Glossa Nicolai de Lyra. *solus infundendo eam per creationē.*

Psalm. 32. *Qui finxit sigillatim corda eorum.* sequitur Glossa interlin. *Hic destruitur quorundam hæresis, qui dicebant, in Adam simul omnes animas esse creatas:* intellige, tanquàm in radice, seu propagine, quæ illas virtualiter contineret, hoc est, in virtute seminali. Et S. Hieronymus, *sigillatim*, ait, *id est, non ex Adam, vt quidam dicunt, animam ex anima.*

Isaiæ 57. *Non enim in sempiternum litigabo, neque vsq; ad finem irascar; quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam* Glossa interlin. *animam scilicet: vndè inspiranit in faciem eius spiraculum vitæ.* Vertit quoque Procopius sic: *Quia & spiritum viuificantem ego tribuo, & animam creo; indignum est, vt æternaliter pereant.*

Zachar. 12. *Qui fingit spiritum hominis in eo.* subdit Nicolaus de

Lyra: *quia anima à Deo creatur, & infunditur corpori organizato.*

Denique Apoſtoli ad Hebr. 12. *Patres quidem carnis noſtræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos: non multò magis obtemperabimus patri ſpirituum, & viuemus?* Patres carnis vocat parentes, qui nos tantummodò ſecundùm carnem genuerunt; Deum verò vocat patrem ſpirituũ, id eſt, animarum: vt oſtendat, nos non habere animam à parentibus; ſed eam à Deo creari, & creando infundi humano corpori.

PROBATVR SECVNDO Ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. III.

CLemens Papa lib. 5. Conſtit. Apoſtol. cap. 8. *Tunc quidẽ*, ait, *hominem, qui nullus erat, ex diuerſis conſtantem rebus effecit, data ei anima de nihilo.*

Athanaſius in quæſt. de anima, & mente: *Quapropter*, inquit, *anima quoque ductu intellectus imaginatur ſuperna; & quæ illic ſunt, quærit, appetit, & deſiderat: quoniam illinc habet creationem ſuam.*

Hilarius lib. 10. de Trinit. ante medium inquit: *Anima hominis opus eſt Dei; carnis verò generatio ſemper ex carne eſt.* Et infrà: *Vt per ſe ſibi aſſumpſit ex Virgine corpus: ita ex ſe ſibi animam ſumpſit; quæ vtiq; nunquàm ab homine gigentium originibus præbetur.*

Na-

Nazianzenus Carm. de anima canit sic : *En quæ primigeni fuerit structura parentis.*

Post autem in reliquis carnes ex carnibus ortum

Ducunt : exteriùs Mens verò illapsa, latenter

Pulueræ moli sese coniungit : vt ille Nouit, qui primùm effigiem cum carne ligauit.

Nyssenus in lib. de anima, cap. 6. errorem hunc de propagatione animarum ex parentibus refutat ex instituto.

Ambrosius Tract. in Symb. Apost. cap. 18. *Quotidiè*, ait, *Deus Maiestatis in plasmatis iam corporibus animas facit, & infundit.* Et infrà : *Sicut ergo impium est, animam hominis de substantia Dei, vel animam ex anima diei ; ita*, &c. Item in libro de Noë, & Arca, cap. 4. *Plerumque Angelos, filios Dei Scriptura vocat; quia ex nullo homine generantur animæ.* Item in lib. de Paradiso, cap. 11. *Considera, quia de corpore costæ sumpsit, nõ de anima portionẽ ; hoc est, non anima ex anima, sed os de ossibus, & caro de carne.*

Hieronymus in Comment. capitis postremi Ecclesiastæ : *Satis*, ait, *ridendi sunt, qui putant, animas ex corporibus seri ; & non à Deo, sed à corporum parentibus generari.* Item in libro 3. Apologiæ aduersùs Rufinum vltra medium, & in epist. ad Pammachium contra Ioan. Ierosol. ait. *Omne genus hominum non ex tradvce habere animas iuxta bruta animalia ; Vt quomodò corpus ex corpore, sic anima generetur ex anima : sed*

Ecclesiasticum dogma esse, Vt Deus quotidiè animas fabricetur.

Chrysostomus homil. 33. in cap. 19. Matth. in fine: *Anima*, inquit, *nec generat, nec generatur; & nullum cognoscit patrem, nisi eum, cuius Voluntate creata est; nullam cognoscit matrem, nisi Ecclesiam, quæ illam regenerauit in fide.*

Cyrillus Alexan. lib. 1. in Ioan. cap. 9. *Opportunè*, inquit, *ac iustè non peccare in carne iubemus; quoniam eo cœpimus esse tempore, quo Vnà cum corpore in hunc Mundum Venimus; ac quasi à loco quodam, à nihilo ad esse peruenimus.*

Demùm S. Augustinus, quamuis anteà incertam esse tradiderit originem animarum, tamen in epist. 157. ad Optatum, quam scripsit iam senex, ac multò posteriùs, apertissimè refellit sententiam de propagatione animarum ex parentibus, dicens: *Itaque illi, qui propaginem animarum inconsiderata temeritate defendunt*, &c. Et in eadem epist. loquens de Tertulliani sententia, inquit: *Qui animas ex illa Vna propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit; atque ita eas ex parentibus trahi, dicunt; si Tertulliani opinionem sequuntur, profectò eas non spiritus, sed corpora esse contendunt: quo quid peruersius dici potest?*

ասելն որպես ուղղ. զի հոգիք ոչ ծնանին ի մարդոյ ասէր։] Եւ դարձ՛ի գնան յիւրդ դրախտին. ասէ. ԼՈՒԿ. Ընդ որում ի մարմնոյ էառ զիմն. և ոչ ի հոգւոյ գիտաս ինչ։ զի ոչ հոգի ի հոգւոյ գոյ. այլ ոսկր յոսկերաց. և մարմին ի մարմնոյ։]

ԱՓՐԵՄ ՆԵՐՈՒՆԻՈՑ՝ի ՄԵԿՈՒՔԻ յիշոյն գլխոյն էբլէսիաստէս. ասէ։ Տոյժ ծնանդեանք են. որք հարճ են զհոգիսն սերմանել՝ի մարմնոյն։ և ոչ առնդ իւր յոյժ. այլ ծնանիլ՝ի ծնողաց մարմնոյն։]

Եւ դարձ՛ Յ. Գ. ԹԳԻ՝ գիտեա ընդ զեմ բառիիճոսի. և՝ի Թա-զԻՆ առ սրտմտեալն. ասէ։ ՀՀ ԱՆԱՅՆ այլոյն մարգիանն ոչ ոմանք զհոգիսն՝ի ծնողաց. տրիալ ոչ՝ սեմ անբան անասունսն. այնչ զի ոչ մարմնոյ՝ի մարմնոյ. նոյնպէս հոգի՝ի հոգւոյ ծնանի։ այլ ԱՒԳՈՒՏԻՈՍ բան՝ի բան ասէլ. Եէ ուր յոյժ օր առեղծանէ զոյ հոգիսն։]

ԱՓՐԵՄ ՊԱՒԼԻԱՆՈՍ՝ի ՀԱՒՈՒ. ԻԳ. ԹԳԻ՝ ի ԺԲ. ՅԹ. ԹԳԻ՝ գիտոյն մանՔԷՈՍ ասէ։ Հոգի ոչ ծնանէ. և ոչ ծնանի։ և զոյզ հայր Հանդերձ. ԵՒԷ ոչ գիտ միայն, որոյ կամաքն առեղծաւ։ և զոյ ոչ մարդ ոմն. ԵՒԷ ոչ միայն զԱԴԱՄ՝ի ԱՂԵՔՍԱՆԴՐԻԱՑԻՆ՝ի ՅԱՒԱՐՔԻՆ գիտոյն ՄԵԿՈՒՔԷ. Ա. ԹԳԻ՝ գիտոյն յոհաննու. ասէ։ Յ-ամէն, և երբէ՝ի հրամայեցաւն ՄՂ ոչ մեղան չել՝ի մարմնի. զի սկսաք լինել յոյնմ ժամանակի. յորում մարմնացեալ հան զԱՂՔ ԱԼԱՔ յաշխարհս այս. և որպ՝ի առեղծել ունիմք, այսուհետ հասանել եմք առ լինելոյն Թէ։]

ԱՓՐԵՄ օգոստինոս՝ի ՀԾ. և. Ի. ԹԳԻ՝ Թա-զԻՆ առ որատասոս, անախտագէս յան գեանալ գիտացուն Թիս զայս. ասելով։ ԱՀԹԻ՝ նոյն։ որ գրեաւ ուս հոգւոց յան դուղ լուսոյ Թեամբ բարգիւն։] Եւ յառաջ բէրելով գրեանն գաղնեալ ասէ։ ՄԱՐԴ

ասելն

ասեն, ի հոգւոյ ստահասանիցի մարդոյն բանաւորիլ զայլ հոգիսն. և այսպէս ի ծնողացն ելանել. որպէս կարծեաց Ներսուէհանոս: այսինքն ոչ հոգեւոր համարին լինել. այլ մարմնաւոր: և զինչ ինչ կարծիցէ, բան զայս ասել:]

Ապացոյց գ.

Ա՛ռաջին՝ զի հոգի բանական ըստ ինքեան ենթադրեալ անկախ է ի մարմնոյ. քանզի բաժանելի ի մարմնոյ, տակաւին գոյ ըստ ինքեան: ապա թէ ոչ՝ ոչ լինէր անմահ. այլ հոգի անմահ մարմնոյն ետուոյ. կորնչանէր և ինքն. որպէս պատահի ողջոյոյ ընկալեալ որոյ անբաւելոյ. քանզի զի գոյանայն հոգիքն դոյացեալ ընդ ա- գ
պականելն մարմնոյ ապականին և ա 2
ինքեանք. զի ոչ ենթադրեալ ըստ ինքեանց. այլ ի յինչանել և ի յեղծել լինել կախին ի մարմնոյ անտի, որում յենթակայէ: Հաւատ ուրեմն հոգի բանական ըստ ինքեան ապատադրի է անկախանալ ի մարմնոյ. վասն որոյ և ոչ եղծանի ծնեալքն ի սերմանէ. այլ առնէ-անեն յոյժ յոչընչէ: Եզրակացութեամբ այս յառաջադրեալս յոյժ մանէ հարկաւորապէս մահաբնակ: քանզի կախապէս յայլմէ որում յենթակայէ և ի նմա ոյժ, ապատադրի ինքն ոյժ գ
միայն. որ կայանայ կախապէս ի կա 3
ցութենէ ապրին ենթակային. զոր օրինակ. տիս ըստ որ հոգի անասնական ընդունի սիս յոյնկ ըստ լինելոյն ինքեան սրահի ի մարմնոյ. և ոչ կարէ ապրեցուցանել ենթադրեալ զի յոյժաւ ծնանի, ապատահանի ի մարմնոյ: որում և յայսմ լինի մահանալ ինքն՝ ապատադրեալ ի մի ևս ապատանչութենէ նմին ըստ

անասնին

PROBATVR TERTIO Rationibus.

§. IV.

PRima ratio eſt: Anima rationalis per ſe ſubſiſtit independenter à corpore; nam ab hoc ſeparata perſeuerat adhuc in eſſe: alioquin non eſſet immortalis, ſed pereunte corpore etiam ipſa periret, vt accidit animabus ſenſitiuis brutorum, quæ, cùm per ſe non ſubſiſtant, ſed pendeant in fieri, & conſeruari à corpore, vt à ſubiecto, corrupto corpore pereunt: ergo anima rationalis per ſe etiam producitur independenter à corpore, ac proindè non fit ex propagine, ſed creatur ex nihilo. Conſequutio iſta neceſſariò ab illo antecedente deducitur: illud enim producitur dependéter ab alio vt à ſubiecto, ſeu materia, quod exiſtit ad exiſtentiam illius; quemadmodùm anima bruti materialis ideò ſubſtentatur à corpore, nec poteſt ſine illo exiſtere, quia cùm generatur, educitur ex corpore: & idem Inductione patet de qualibet forma materiali, quæ de materiæ potentia educitur. Cùm igitur anima hominis ſpiritualis per ſe ſubſiſtat independenter à corpore; ſignum euidens eſt, quòd per ſe quoque producatur independenter ab illo. Itaque vel animæ hominum non ſunt immor-

immortales, quod eſt Epicuræum; vel per ſe fiunt ex nihilo, & ſic non ex traduce. 4

Secunda ratio: Anima Filij non fit ex corpore parentis, neque ex illius corporeo ſemine: alioquin non eſſet ſpiritualis, nec immortalis; ſed corporea, & corruptibilis, quales ſunt animæ brutorum, quæ ex corporali ſemine producuntur. Neque fit ex anima parentis: non enim ex parte illius, quia parentis anima, vtpotè ſubſtantia ſpiritualis, & indiuiſibilis, non conſtat ex partibus: neque ex illa tota; alioquin vel parens careret anima, quam totam tranſfunderet in filium; vel vna, & eadē anima eſſet in patre, & filio ſimul: ergo anima filij nullo modo trahitur ex parente, ſed creatur ex nihilo. 5

Dicet fortaſſe Mekhitarius, animam filij fieri ex ſpirituali ſemine animæ parentis; quemadmodùm & corpus illius fit ex corporeo ſemine eiuſdem parentis.

Sed contrà eſt: nam ſemen illud animæ ſpirituale, vel eſſet ſolùm accidens; vel etiam ſubſtantia. Si ſolùm accidens, virtus ſcilicet ſeminalis; ergo ſemen animæ non eſſet materia, ex qua alia fieret anima (hanc enim modò quærimus, quænam illa ſit); ſed tantùm inſtrumentum agentis, quo vna anima aliam crearet ex nihilo: creare autem ſoli conuenit Creatori. Si eſſet etiā ſubſtantia, ſicut eſt ſemen corporeum, ex quo fit corpus, quæro vlteriùs: vtrùm hæc ſpiritualis ſubſtantia feminis producatur ab anima genitoris 6

ris ex nihilo; an ex alia substantia
7 spirituali? (nam semen corporeum producitur ex substantia corporali alimenti superflui). Si ex nihilo; ergo crearetur à creatura. Si ex alia substantia spirituali; de hac iterùm idē quæro: & sic procederemus in infinitum. Nisi fortè dicatur fieri semen illud ex ipsa substantia animæ: sed tunc quærerem: ex tota ne anima, an ex parte illius? & ad dilemma suprapositum rediretur.

Tertia ratio desumitur ex diuersitate modi, quo vsus est Deus in
8 producendo animam primi hominis, & animas bestiarum, vt discrimen inter eas ostenderet. Adducitur autem à Chrysostomo homil. 13. in Gen. cap. 2. in hæc verba: *Et vide etiam in hoc ipso, quàm diuersa ratione hoc admirabile rationale animal, & cætera irrationalia formata sint. de illis enim inquit: Producant aquæ reptilia animarum viuentium: & prodierunt ex aquis animantia animata. Sic & de terra: producat terra animā viuentem. De homine autem non sic: sed priùs de puluere corpus formatur;* 9 *& vitalis illi virtus datur, quæ scilicet animæ est substantia. & idcircò de brutis dicebat Moyses: Sanguis eius anima eius est. in homine autem substantia quædam est incorporea, & immortalis.* Ex quo intelligimus, animas bestiarum materiales esse, & ex materia ipsa eductas; animam verò hominis spiritualem, & ab ipso Deo creatam ex nihilo. Vndè, sicut corpus Adæ ex materia tunc Deus formauit, animam autem ex nihilo:

ita

ita nunc humanũ corpus Deus propagat ex corpore per generationẽ; animam verò ipſe ſolus producit ex nihilo.

SOLVVNTVR Obiectiones.

§. V.

OBijci ſolet primò: Si anima nó traheretur ex Adamo per naturalem generationem, ſed ex nihilo crearetur à Deo; ſequeretur, quòd nec ex Adamo traheretur originale peccatum: quod eſt hæreſis Pelagianorum. Sic enim ratiocinabantur illi: Peccatum non in carne, ſed in anima inſidet; atqui anima non trahitur ex Adamo; ergo nec peccatum trahitur ex Adamo.

Ad hanc obiectionem, quæ ſemper Auguſtino difficillima viſa eſt; Reſpondetur primò, quòd neque propagatio animarum ex anima Adami iuuaret, vt originale peccatũ transfunderetur in poſteros. Siquidẽ Adami anima iuſtificata à peccato fuit, antequàm ille filios procrearet: ex anima verò iuſta non poteſt iniuſta trahi. igitur non quia anima fit ex anima, traducitur peccatum in prolẽ: maximè cùm filij, originali peccato obſtricti, gignantur etiam a parentibus ſanctis, & peccato originali carentibus. Ad aliam ergo rationem recurrendum eſt, vt ſaluetur propagatio originalis peccati.

Vt hæc igitur afferatur, notandũ eſt, quòd, vt Adam verè ſit, ac dicatur

catur noſtrùm omnium caput, fons, & primus parens, non eſt neceſſum, quod anima fiat ab anima; ſed ſatis eſt, ſi homo ipſe, cuius pars eſt anima, ab homine generetur. verè autē, ac propriè dicitur homo hominem generare, tametſi anima nō producatur ab homine, ſed inſpiretur à Deo: nam generatio non terminatur ad productionem formæ, vel materiæ, ſed compoſiti. vndè qui animam cum carne cōponit (quod facit homo, cùm per generationem materiam ita diſponit, vt anima infallibiliter conſequatur) is verè hominem generat. Hoc ergo poſito,

Reſpondetur ſecundò, ideò peccatum originale ex Adamo transfuſum eſſe in poſteros; quia, cùm ipſe per generationem ſit omnium hominum caput, fons, & primus parens, in eius voluntate poſita fuit à Deo, ſummo omnium Domino, noſtra voluntas: vndè quòd tunc Adā egit, & comedit contra diuinum imperiū, omnes nos cenſemur egiſſe, & comediſſe: & ſic, Adamo actu illo peccante, nos omnes, in eo tamquàm in capite, fonte, & ſeminario contenti, & quaſi radicaliter concluſi, idem peccatum commiſimus, vndecunque ſit anima, vel ex traduce, vel à Deo. Et hoc innuere voluit Apoſtolus, ſic ſcribens ad Rom. 5. *Sicut per Vnum hominem peccatū intrauit in Mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt; in quo* (vno ſcilicet homine, quaſi in capite) *omnes peccauerunt.*

Obijcit ſecundò Apollinaris: Si

Deus ipſe infunderet corporibus animas; ſequeretur, quòd etiam fornicarijs, & adulterinis conceptibus animas largiretur; ac proindè cooperaretur peccato adulterorũ, & fornicariorum; quod eſt impoſſibile.

Pulchrè reſpõdet primò D. Hieronymus in lib. 3. Apologiæ contra Ruffinum, his verbis: *Si dixero illud Eccleſiaſticum: quotidiè Deus operatur animas, & in corpora eas mittit naſcentium; illicò magiſtri tendiculas profers: & Vbi eſt iuſtitia Dei, vt de adulterio, inceſtuque naſcentibus animas largiatur? ergo cooperator eſt malorum hominum; & adulteris, ſeminãtibus corpora, ipſe fabricetur animas? Quaſi vitium ſementis in tritico ſit, quòd furto dicitur eſſe ſublatum; & non in eo, qui frumenta furatus eſt, idcircò terra non debeat gremio ſuo ſemina confouere; quia ſator immunda ea proiecerit manu?*

Reſpondetur ſecundò, in adulterio, & fornicatione duo quædam conſiderari poſſe: & actionem naturalem generationis humanæ; & peccatum tranſgredientis legem Dei in actione illa perficienda. Primum quidem bonum eſt, eique bono Deus cooperatur, cùm in materiam, ad hominis generationem vltimò diſpoſitam, inſpirat animam: quod ſanè, vt cauſa naturalis eſt, tenetur facere; ne naturæ peruertat ordinẽ. Secũdum verò malum eſt; cui Deus nullo modo cooperatur, ſed illud permittit, volens hominem in eius libertate relinquere.

Obijciũt tertiò illud Geneſis 46.

Genuit

է մեղք այլ՝ զի յղացմանդ յայնպիսէ
ացդ. և ինքն երբեք քահանան պատճառս
չարչիւ զհոգինս:

Genuit Iacob ſexdecim animas. Et rurſùs ibidem: *Omnes animæ, quæ egreſſæ ſunt de fœmore Iacob, fuere ſexaginta ſex.* ergo, inferunt, anima ex parentibus generatur.

Էրկրորդ պատասխանատրի՛ն մէ նչ. ԷՔ՛ն պտուղքու-ՔԷ զերկու ինչ իմանամք այլ. զբնական ներգործու-Քի մարդկայինն ծննդու-ՔԷն. և զայն յանէ՛ն գործ-ու-Քի՛ն զայն: այդ՝ առաջինն բարի՛ն է. և առ այն բարին դուք ծանչի հանդերձ բնու-Քէ՛ն ես. յոր ժամ՛ն պատրաստաւ ալնու-Քն վիշէ ըզ հոգին. ևանաւ սնդ զի որով զբնու-

Respondetur, & hoc in loco, & alibi frequenter in ſacris Scripturis animam pro homine accipi. Sic Leuit. 5. *Anima, quæ tetigerit aliquid immundum,* &c. Et rurſùs ibidem: *Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs ſuis,* &c.

ևան պատճառ՝ հարկաւ՛ որի առնել այսպէ՛ն ի ներգործ բնու-ՔԷն. զի ու՞ր կարդ բնու-ՔԷն կործանէսցի: իսկ երկրորդն է՛ չար և մեղք. որոմ ոչ գործ անչի ես. այլ մի՛ այն Քողու. զմարդն գործ ել ըստ անձնիշխանու-ՔԷն ես բուա:

Էրրորդ՝ առաքէն զայն. որ ասէ՛ն. Եսք. նրդ՛ զիս ծննդոցն. Քէ ծնաւ՛ յակոբ առանն և վէց հոգիս:] Եա՛ն նէրդոյ դրէ՛լ ասէ. աշխ հոգիք ելեալք՛ ի մէջ յակոբայ էին վաթ սուն և վէց:] ապա ուրէմն հոգի՛ն ծնողացն ելանէ:

Պատ՛ասխ. Քէ՛ ոչ զերծն բազու-մանգամ առնանի հոգու-ոյ անուն փոխանակ մարդ-ոյ» և ըստ այսմ շշանակու-ՔԷ ասի և սրբ. Եզ. նրդ՛ զիս զեւսական գրոցն. Հրսե, որ շօշափիցէ զգիղձ ինչ:] Եա՛ն նէրդոյ դրէ՛լ ասէ. Հոգի, որ ներգնու-ցու, և պատաբերնցէ շրթամբք ես բուզք:] և այլ:

ԱՒՐ ԹԷ ՔՐԻՍՏՈՍ, ԻՆՉԵԱԼ Ի ԴԺՈԽԱՍ,

ԱՂԱՒԵՍԱՑ ԱՆԱՍՈՒՆՍ ՂՈՒՄԻՍ. ԹԷ ՄԵՌԱՒՍԻՑ,
ԹԷ ԱՄԲԱՐՁԱՑԱՑ.

ԵՐԻՒՐԻԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

ԱՂԲԵՐԸՆ ԵՐԿՈՒ ԿԱՐԾԵՔ, ԵՒ ԼՈՒԾՈՒՄՆ
ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԵՑԱ:

ՊՐԱՒԿՆ. ՃՐ.

AN CHRISTVS, CVM DESCENDIT

Ad Inferos, omnes inde animas liberauerit, tum bonas, tum malas.

QVAESTIO INTER ARMENIOS TERTIA.

Proponitur duplex ſententia, & reſolutio Quæſtionis.

§. I.

ԱՂԲ ԴԻՏԵԼԻ Է. ԹԷ Ա
ՈԱՔԱՆ ՂՄԱՀՆ ԿԻ ԱՄ ՀՈԳԵՔ ՄԵՌԵԱՒ, ԹԷ ԱՐԴԱՐՔ, ԹԷ ԱՆԱՐԴԱՐՔ, Ի ՄԱՐՄԻՈՅ ԱՍՄԱՆ ԲՆԱՒԷԼՆ Ի ԴԺՈԽՍ. ՅՐ. Ի ՅԱՆԴՈՒՆԴՍ ԷՐԿՐԻ: ՈՒՍՄԱՆ ԱՍԷՐ ՅԱԿՈԲ Յ. ՀԻ. ԷՐԻ" ՊՂԻՍ ԴԱՆԴՈՂՈՅՆ. ԲՆԱՆԱՑԵԱՄ ՍՊԱՆԱԼՈՎ ԱՍՈՐԴԻ ԻՄ Ի ԴԺՈԽՍ:] ՅՐ. ԱՍ. ՅՈՂՈՎԵՒ. ՂԱՒ ՀԱՄԱՐՁԷՐ ՊՂԵՐԱՒԱԼ Ի ԳԱՂԱՆԱՑ: ԵՒ ՅՈՎԲ Ի. ՅԼ. ԷՐԻ" ՊՂԻՍ ԱՍԷ. ԴԺՈԽՔ ԵՆ ԱՍՈՒՆ ԻՄ:] ԵՒ ԻՒՔՆ ՔՈ Ի. ՅՂ. ԷՐԻ" ՊՂԻՍ ՂԱՒԻԱՍՈՒ ԱՍԷ. ԱՄԼ

ԱՍԼ

ա
1

NOTANDVM primò (quod ipſis adhuc Armenijs obſcurum nõ eſt) ante Chriſti mortem, & deſcenſum ad Inferos, omnes humanas animas, ſiue iuſtas, ſiue iniuſtas, in Infernum, id eſt, in inferiora terræ viſcera è corporibus demigraſſe. ait enim Iacob, Geneſ. 37. *Deſcendam lugens ad filium meum in Infernum*; hoc eſt, ad Ioſeph, quem putabat à feris deuoratum. Et Iob 17. *Infernus domus*

mea

mea eſt. Et Chriſtus Dominus, Luc. 16. *Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in Inferno:* vbi & aſpiciebat Lazarum in ſinu Abrahæ. Nec eſt, qui hac de re dubitet; cùm Inferni nomine omnes ſancti Patres cum communi ſenſu Eccleſiæ aliud non intelligant, niſi terræ viſcera circa centrũ: quicquid temerè Caluinus effutiat, qui in Pſalm. 15. & lib. 2o. Inſtit. cap. 16. §. 9. Infernum explicare voluit pro ſepulchro; ideoq; negauit, Chriſti animam verè ad Inferos deſcendiſſe.

Notandum ſecundò (quod ex infrà dicendis clariùs innoteſcet); communi Scholaſticorum ſententia, præſertim Diui Thomæ in 3. parte, quæſt. 52. & ſupra 3. lib. ſentent. diſt. 22. quæſt. 2 art. 1. & 2. conſtitui intra terrã quatuor ſinus, ſine vllũ in quatuor partes diuiſũ. Primus eſt pro damnatis, qui cæteris eſt inferior, & proprie Infernus dicitur; de quo Dauid, *Eruiſti*, ait, *animam meam ex Inferno inferiori:* hoc eſt, ex Inferno damnatorũ, qui ei pro peccato debebatur. Secundus pro infantibus, morientibus ſine Baptiſmo in peccato originali; qui dicitur Lymbus puerorum. Tertius pro animabus, Deo quidem gratis, ſed nondum perfectè in hac vita purgatis; qui vocatur Purgatorium. Quartus denique pro animabus ſanctis, quæ decedebant ante Chriſti paſſionem; qui appellatur Sinus Abrahæ, & nũc vacuus remanet. Sæpè tamen in ſacris Scripturis, & apud Patres hi Sinus confunduntur, & omnes Inferni nomi-

F 2

Ը 3

nomine nuncupantur.

Desumitur autem pœnalium horum locorum diuisio penes diuersa pœnarum genera. nam omnis pœna, aut est damni solùm, aut etiam sensus; & iterùm aut est æterna, aut temporalis. pro pœna damni, & sensus æterna est Infernus dâmnatorum: pro pœna damni, & sensus temporali est Purgatorium: pro pœna solius damni æterna est Lymbus puerorum: pro pœna solius damni temporali erat olim Sinus Abrahæ. Quæritur ergo nunc, an Christus omnes tunc animas, in his quatuor Inferni partibus commorantes, liberauerit?

AFfirmant Armeniorum Pseudomagistri; qui huius etiam erroris culpâ notantur in libello, ad ipsorum Patriarcham transmisso à Benedicto XII. Rom. Pont., vbi cap. 14. sic habetur: *Item dicunt, & credunt dicti Armeni, quòd Christus, descendens ad Inferos, prædicauit ibi; & illas animas, quæ ei credere voluerunt, iustificauit: illas autem, quæ ei credere noluerunt, in suo peccato reliquit. Exiens autem ab Inferis, omnes animas, quas ibi inuenit, siue essent bonæ, siue malæ, indè eduxit, & posuit eas in isto aëre, & terra, & circa Paradisum terrestrem; vbi erunt vsq; ad finale iudicium.*

Quarè Vartanus, refutans Ecclesiæ Romanæ dogmata in epist. ad Haytonem, inquit: *Errant, qui dicunt, Christum, ad Inferos descendentem, iustorum tantùm animas illinc liberasse.* Et paulò post: *Si peccatores,*

poſt Chriſti deſcenſum ad Inferos, adhuc ibi permanſiſſent captiui; cur diceret Propheta: Reuertantur peccatores in Infernum? hoc eſt, in die extremi iudicij. Vanachanus etiam in tract. de Locis Animarũ: *Dominus, inquit, ad Infernum deſcendens, omnes ab eo animas humanas, quæ ab initio Mundi ſub Diaboli poteſtate illic detinebantur, liberauit. Hinc paſſio Chriſti duplex nobis bonum operata eſt; primò ſatisfecit pro debito culpæ: ſecundò ianuam Cælorum aperuit. ſoluta ſunt ergo Vincula Inferorum; dicente Propheta: Contriuit portas æreas, & Vectes ferreos confregit: hoc eſt, originale, & actuale peccatum diſſoluit.* Et ſimiliter alij.

Idem etiam ſenſit olim Marcion hæreſiarcha; qui (vt teſtatur Epiphanius lib. 1. hareſi 42.) docuit, *Chriſtum ad inferos deſcendiſſe, vt ſalnaret Cain, & Core, & Dathan, & Abiron, & Eſau, & omnes gentes, quæ non nouerunt Deum Iudæorum.* de quo pariter hæc tradit Nicephorus lib. 4. hiſt. cap. 28. *Scribit Marcion, Cain, & Sodomitas ſalutem conſequutos eſſe, quòd ad Chriſtum apud Inferos acceſſerint.*

NEgant verò reliqui Armeni Patres Catholici, cum ſua ipſorum Eccleſia; quæ in Cantico, *Maioris Benedictionis* dicto, fatetur, Chriſtum, ad Inferos deſcendentem, ſolas iuſtorum animas indè liberaſſe: vndè in huiuſce rei teſtimonium ſic modulatur: *Sedens non modò ſupra Vnificum ſtipitem, ſed etiam in Cherubico curru, deſcendit ad Inferos, &*

Vitam

8

9

10

Vitam iustorum cœtibus attulit. Et Nierses Lampronensis Episcopus, atque eiusdē Ecclesiæ Doctor eximius, in lib. de Traditionibus sanctorum Patrum, loquens de animabus damnatorum, quæ in inferiori parte Inferni cruciantur, inquit: *Si Christus pluries, ac ter quadraginta pro nobis denuò moreretur; ne Vnum quidem mortuum, qui in profundo Inferni detineatur, indè liberaret.*

Dicendum igitur est, quòd prior sententia sit error detestabilis; quem Gregorius magnus Papa in epist.* ad Georgium, & Theodorum, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Clericos, primò damnauit his verbis: *Post discessum Vestrum, dilectissimis filijs meis Diaconis narrantibus, agnoui, quòd dilectio Vestra dixisset, Omnipotentem Dominum Saluatorem nostrum Iesum Christum, ad Inferos descendentem, omnes, qui illic confiterentur eum Deum, saluasse, atque à pœnis debitis liberasse. De qua re, Volo, Vt fraternitas Vestra longè aliter sentiat. Descendens quippè ad Inferos, solos illos per suam gratiam liberauit, qui eum & Venturum esse crediderant, & præcepta eius Viuendo tenuerant.* Hæc S. Gregorius, adeò quidem sanctitatis, & doctrinæ famâ apud Armenos etiam celeber; vt, quamuis inter nos longè post Chalcedonense Concilium, & Armenicum schisma floruerit, ipsi tamen minimè dubitent eius memoriam in suo Menologio celebrare.

Secundò eundem damnauit errorem Concilium Toletanū IV. can. 1;

vbi in Professione fidei dicitur: *Descendit ad Inferos, vt Sanctos, qui ibidem tenebantur, erueret.*

CHRISTVM, AD INFEROS Descendentem, Iustorum tantùm animas liberasse, SVADETVR PRIMO Ex sacris Scripturis.

§. II.

PRouerb: 11. *Mortuo homine impio, nulla erit vltrà spes.* Hæc Scriptura vera non esset, si Christus animas impiorum ab Inferis liberasset.

Eccliſ. 24. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Ex his verbis Cyrillus Alex. lib. 12. in Ioan cap. 36. & alij Patres, colligunt; Christum descendisse ad omnia Inferorũ loca; vt, sicut viuorum, ita etiam mortuorum dominatum acciperet, & quasi possessionem caperet totius Regni sui: quod etiam affirmat Damascenus lib. 3. fidei orthodoxæ, cap. 29. Iuxta quorum sententiam penetrauit Christus Gehennam, vt damnatos, qui iussu ipsius in carceribus, & tormentis tenebantur, incredulitatis, & impietatis argueret. Nam Cyrillus Ieroſol. Catech. 14. Ambrosius in lib. de Myster. Paschæ; & Eusebius Emesenus in Orat. de Pascha, terrorem, aiunt, intulisse Christum

Gehennæ

Gehennæ, ac Dæmonibus suo descē-
ſu. Sinum Abrahæ penetrauit, vt in-
dè liberaret Sanctos. Et Purgato-
rium, vt ijs, qui ibi purgabantur, spē
gloriæ daret; & qui purgati iam fue-
rant, secum duceret in Regnum Cę-
lorum. Vndè, sicut scriptum est,
inspexit quidem omnes dormientes;
sed non illuminauit, nisi sperantes in
Domino sāctas animas, quibus glo-
riæ lumen cum beatifica visione lar-
gitus est.

Iob, 7. *Sicut consumitur nubes, & pertransit; sic qui descendit ad Inferos, non ascendet.* Et Isaiæ 38. in
4 Cantico Ezechiæ: *Non Infernus cō-
fitebitur tibi, neque mors laudabit te; non expectabunt, qui descendunt in lacum, Veritatem tuam.* Quæ verba, cùm intelligi nequeāt de animabus sanctorum Patrum, quæ ibi expe-
ctabant æternæ Veritatis, hoc est, Redemptoris aduentum; certè super-
est, vt de animabus impiorum in-
telligantur.

Oseæ 13. *De manu mortis liberabo eos; de morte redimam eos: ero mors tua ò mors; morsus tuus ero Inferne.* Subijcit Glossa interlin. *Meos Electos educendo, Reprobos verò ibidem relinquendo.* Nam qui mordet, non totum, sed partem abducit.

Iudæ Apost. in epist. Cathol. *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ Ciuitates, simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.* Si Sodomitæ, & Gomor-
rhenses ignis cruciatus in Inferno su-
stinebant quando hæc scripsit Iudas

Apoſtoſus ; vtique non fuerunt ab Inferis liberati quando Chriſtus illuc deſcendit.

SVADETVR SECVNDO Ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. III.

THaddæus, ex 70. Diſcipulis vnus (vt refert Euſebius lib. 1. hiſt. cap. vltimo), in Concione ad Abagarum, quem Armenij ſuum fuiſſe Regem dicunt, hæc ait: *Deſcendit ad Inferos, ſepemque illam, anteà nunquàm diſruptam, ſcidit: reſurrexit etiam, ac mortuos, qui à ſeculis dormierant, vnà excitauit: qui deſcendit quidem ſolus; multa verò turba comitatus, ad Patrem aſcendit.* Ex quibus verbis duo habentur. Vnum eſt, animas, ab Inferis liberatas, non relictas fuiſſe in aëre, vel in Paradiſo terreſtri, vt Armeniorum nonnulli ſomniauerunt; ſed vnà cum Chriſto aſcendiſſe in Cælum. Alterum eſt, multas quidem animas ab Inferis liberatas tunc fuiſſe, non omnes; eaſque præſertim à Thaddæo nunc recenſeri, quorum corpora Chriſtus à mortuis excitauerat, Sanctorum videlicet, vt teſtatur Matthæus, dicēs cap. 17. *Multa corpora Sanctorum, qui dormierant, ſurrexerunt.*

Nicodemus, & ipſe Chriſti diſcipulus, in hiſtoria, quæ fertur nomine eius, de Paſſione, & Reſurrectione Domini, refert; *Dominum Ieſum, cùm ſecundùm animam deſcendiſſet ad Inferos, manum Adami tenuiſſe, ac dixiſſe:*

dixisse: Pax tibi cum omnibus filijs tuis iustis meis. hoc est, cũ omnibus animabus ijs, quæ iusta fuerunt.

Irænеus lib. 5. aduersùs hæreses cap. 31. *Nunc autem*, inquit, *tribus diebus conuersatus est, vbi erant mortui; quemadmodùm Propheta ait de eo: Commemoratus est Dominus Sãctorum mortuorum suorum, eorum, qui antè dormierant in terra sepelitionis; & descendit ad eos, extrahere eos, & saluare eos.*

Tertullianus in lib. de anima cap. 55. *Si Christus*, ait, *descendit ad inferiora terrarum, vt illic Patriarchas, & Prophetas compotes sui faceret: habes & regionem Inferorum subterraneam credere.*

Origenes homil. 15. in Genes. *Quòd enim*, inquit, *dicit ad latronem: hodie mecum eris in Paradiso: non hoc illi soli dictum, sed etiam omnibus Sanctis, pro quibus in Inferna descenderat.* Aduerte hic, Christum in Paradiso tunc fuisse, non quantùm ad locum, qui erat Infernus, sed quantùm ad effectum: quia anima ipsius beata beatificauit ibi animã Latrotis, & aliorum Sanctorum.

Cyrillus Hierosol. Cathec. 4. cap. de Sepulchro, postquàm de Christi sepultura dixerat, subiungit: *Descẽdit ad Inferos, vt illinc iustos liberaret.* Item Catech. 14. *Redempti sunt omnes Sancti, quos detinuerat mors. decebat enim prædicatũ Regem bonorũ præconum suorum esse redemptorẽ. tum verò quilibet iustorũ dicebat: Vbi mors victoria tua? liberauit nos Victor.*

Philastrius in Catalogo hæresum, post

poſt medium, memorat, ac damnat hunc errorem, dicens: *Alij ſunt hæretici, qui dicunt, Dominum in Infernũ deſcendiſſe, & omnibus poſt mortem ibidem renunciaſſe, Vt confitentes ibidem ſaluarentur: cùm hoc ſit contrarium dicẽti Prophetę Dauid: In Inferno quis confitebitur tibi? & Apoſtolo: Quotquot ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt.*

Epiphanius lib. 2. de hæreſibus, tom. 2. hæreſ. 69. prope finem ait: *Volebat enim Deitas omnia perficere, quæ ad Paſſionis myſterium pertinent; & cum anima deſcendere ad Inferna, ad operandum ſalutem eorum, qui illic prædormierunt, ſanctorum inquam Patriarcharum.*

Ambroſius in epiſt. ad Epheſios cap. 4. *Triumphato ergo Diabolo*, inquit, *deſcendit in cor terræ, Vt oſtenſio eius prædicatio eſſet mortuorum; Vt quotquot cupidi eius eſſent, liberarentur.* nõ ergo omnes, ſed quotquot cupidi eius eſſent: hoc eſt, eos tantùm, qui iuſti, & ipſius amatores erant.

Chryſoſtomus Serm. 4. in quintã feriam Paſſionis: *Reddunt Inferi*, ait, *corpora redimiua Sanctorum; & in occurſum Authoris, Inferos penetrãtis, temporalem accipiunt beatæ animæ commeatum.* Idem Chryſoſtomus (vt refert Niceta in Commentario ſuper Orat. 42. Nazianzeni ſub finem) affirmauit, *neminem in Inferno à Chriſto ſalutem accepiſſe, niſi qui ſalute dignus eſſet, cùm ex hac vita diſceſſiſſet.* Denique homil. 37. in Matth. refellit hunc errorem dicens: *Quòd ſi ita non eſt: ſed omnes, ab ini-*

ա՛ ապաւինին և այլոց աղօթից:

Ի՛ր կ՛ենթադիր երթալոյն ի դժոխս զ՛ք. բրդ՛ ձառն յիշէ սէրդ զերկոսեանն ասէ: Է՛ր ի դժոխս զի ապաւինացի անաւետս հոգւոյն ազատուց:] Եւ զ՛ք. Ժդ. բրդ՛ ձառն դրէ ասէ: վերին ցան ամ սբ՛ն. զոր կ՛ենալ էր մահու: զի զի պարտ էր, զգաղթելոյ ազատ՛ ոչ լինել վերինչ բան բարեզգայն հոգւոյ ազդ՝ յոյժ ամ հոգալոյ ազատ՛ ոչ ասէ. ոչ մահ ևս է յաղթ ոՀ է. ահա ազատեաց զմեզ յաղթօղն:]

փիլատոսեան՝ ի գերեզման ոգ յիշէ հնձ ձոյ. յիշէ և մեռեալ զայս տեսան ասելով. ձայլ սնանիք հերձուած օղք ասեն. ԷՀ առէն մեր ՆՀնալ է դժոխս ա՛ Հասարակաց ամենեցուն որք անդ էին. զի խոստովանողքն, և փրկեալ չէին: որ է հակառակ այսմ առաջելոյն մարգարէին զա՛ԷՀ. ԷՀ ոչ ոք է, որ ի դժոխս խոստովան առնիցէ զա՛ք և Հա առաքելոյն, որ ասէ. որք սիրան զամ արատոյ օրինացն մեղան. արատոյ և օրինացն կորնչին:]

Եւ՛ն Եպիփան յերկրորդ գերեզման հնձ ձոյ. ի. կԹ. բրդ՛ գլխ Ներկոսդ հաստատին ասէ: Հրամայեաց ՀՈ ՌՀին հաստատել զամ Հնչ, որ սպաս հանեն ա՛ խորհուրդ չարչարանացն. և հոգւոյն հանդերձ ի զնանել ի դժոխն զի գործ Հոյ զիրկու ՀՀ որոց նա խաՀարձին:]

Եւ՛ն ամբրոսիոս ի մեկնու ՀՀ չոր բորդ գլխոյն ա՛ Եփեսացին. ասէ: Ձնա որոյ յաղթ Հաց սատանային. Հ՛ի սերան Ներկին. զի յայտնու ՀՀն իւր լինի յորդորուածն մեռեալոյն. և զի ոչ ցանկացօղք էին նորա, փրկեացին:] Հ՛ապա ոչ ամենեքեան փրկեցան. այլ ևս այն որ ցանկացօղք էին նորա. ի-

tio defunctos, à Gehenna Christus liberauit: quomodò ipse inquit: tolerabiliùs erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum? quod certè significat, puniendos quidem illos omninò, quamuis remissiùs. Et paulò post subdit: *Si post mortem infideles reduci ad fidem possunt, atque saluari; nullus unquàm peribit. poterunt enim homines tunc pœnitentiã agere, &c. Fugiamus ergo tales opiniones, fabulas certè aniles, atque Iudaicas. ipsum audiamus Paulum de his differentem: Quicunq; enim, ait, sine lege peccauerunt, sine lege etiã peribunt: quod de his, qui ante legem fuerunt, protulit. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: id iam de his, qui post Moysen fuerunt, omnibus dicit.*

Hieronymus in illud Oseæ 13. *Ipse diripiet thesaurum omnis Vasis desiderabilis*, inquit: *Vasa desiderabilia, quæ in thesauro retinebantur Inferni, Sanctos intelligimus; quos alligatos à Forte Dominus eripuit, & rapuit, & tulit de Inferis; & quasi Vasa pretiosissima secum perduxit in Paradisum.* Item in illud Apostoli ad Ephes. 4. *Descendit in inferiora terræ*, sic ait: *Inferiora autem terræ, Infernus accipitur; ad quem Dominus, Saluatorque descendit, Vt Sanctorum animas, quæ ibi tenebantur inclusæ, secum ad Cælos victor abduceret. Vnde & post resurrectionem eius plurima corpora Iustorum in sancta Ciuitate visa sunt.*

Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 15. *Non absurdè*, inquit, *credi videtur, antiquos etiam Sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis*

qui-

quidem à tormentis impiorũ remotiſſimis, ſed apud Inferos fuiſſe; donec eos indè ſanguis Chriſti, & ad ea loca deſcenſus erueret. Item lib. de hæreſibus, num. 79. inter alias hæreſes hãc etiam enumerat, dicens; *Alia eſt hæreſis eorum, qui deſcendente ad Inferos Chriſto, credidiſſe incredulos, & omnes indè exiſtimant liberatos.*

Cyrillus Alexandrinus in Iſaiam lib. 1. cap. 5. ſuper illud: *Dilatauit Infernus animam ſuam*, inquit: *Sin verò dicat aliquis, Iudæos, impiè, ſceleratèque viuentes, periiſſe, & veluti ad Inferos conceſſiſſe; propterea quòd per Chriſtum ad vitam reuocati non fuerint, exemplo eorum, qui in eum crediderant (hoc eſt, luſtorum); is neutiquàm à vero aberrauerit: nam & hoc eis accidit.*

Յգ 13

Յդ 14

SVADETVR TERTIO Rationibus, ex Scriptura sacra deductis.

§. IV.

PRima ratio est: Si Christus etiã impios ab Inferis liberasset; sequeretur, damnatorum pœnas non esse perpetuas, sed temporales. nã, vt latè probabimus in sexta quæstione, animas impiorum non remanẽt impunitæ vsque ad vniuersale iudicium, sed mox, vt è corporibus migrant, incipiunt pœnas sibi debitas luere, iuxtà illud Ecclesiastici 11. *Facile est coram Deo in die obitus retribuere Vnicuique secundùm Vias suas.* Et, quod præcipuè spectat ad pœnas damnatorum, qui ante Christi passionem mortui, in Inferno detinebantur, sufficiat nunc testimonium Redemptoris, qui Luc. 16. referens historiam Diuitis epulonis, ait: *Mortuus est autem, & diues, & sepultus est in Inferno. eleuans autem oculos suos, cùm esset in tormentis, vidit Abraham à longè, & Lazarum in sinu eius; & ipse clamans dixit: Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Si ergo improbi, qui in Inferno cruciabantur, liberati essent à Christo, cùm illuc descendit; certè illorum cruciatus non fuisset perpetui. Quòd autem pœnæ damnatorum perpetuę sint, & non temporales, vt error fuit Origenis,

TESTANTVR primò ſacræ Scripturæ: Iob 10. *Dimitte ergo me, Vt plangam paululũ dolorem meum, antequam Vadam, & non reuertar, ad terram tenebroſam, & opertam mortis caligine; terram miſeriæ, & tenebrarum; Vbi Vmbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat.*

Iſaiæ 66. *Et egredientur, & videbunt cadauera Virorum, qui preuaricati ſunt in me: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

Ezechielis 26. *Cùm adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ, & detraxero te cum his, qui deſcendunt in lacum, ad populum ſempiternum.* Et infrà: *Ad nihilum redigam te, & non eris; & requiſita non inuenies in ſempiternum, dicit Dominus Deus.* Vbi dicuntur damnati populus ſempiternus; & etiam, quòd non erunt, nec inuenientur in ſempiternum; non quòd eſſe deſiſtant, ſed quòd Deo non viuant; eumque perdiderunt in æternum, qui dixit: *Ego ſum Vita.*

Matth. 3. *Paleas autem* (hoc eſt, peccatores) *comburet igne inextinguibili.* Et cap. 25. *Ite maledicti in ignẽ æternum.* Et ne dicatur, ignis eſſe quidem æternus, non autem manſio in igne; ſubditur: *Et ibunt hi in ſupplicium æternum; iuſti autem in Vitam æternam.*

Marci 9. *Bonum eſt tibi, claudum introire in Vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in Gehennam ignis inextinguibilis, Vbi Vermis eorũ*

non

Դուքն զայս վկայեն օր դնէքն. զի ասէ յոբ ՚ի. Ժ. եթէ՛ պիտեն. Թոյլ ասա՛ ինձ սակաւ մի հանգչել. մինչ և երթայ ոչ դառնայցեմ. յերկիր խաւարին և ՚ի մթին. յերկիր աղջամղջին յաւիտեանական:]

Ոչ՝ ոչ՝ ասէ Եսայեան ՚ի յետին պիտեն. Եւ նոցին. և տեսցեն զդակեսն մարդկան առ նա յանցուցելոց. զի որ դնա չունայ ոչ չիջցի:]

Ոչ՝ ոչ՝ ասէ եզեկիէլ ՚ի. Ի՛զ. եթէ՛ պիտեն: Յարժամ ած ինեամ ՚ի վէր զերկիր դառնդա. և ծած կիցեն զքեզ ջուրք բազումք. և արկանիցեմ զքեզ ընդ այ նասիկ. որք իջանեն ՚ի դուռ առ ժողովուրդ միանձնեաւոր:] Եւ յետոյ դպիտեն: աձև ոչինչ հասուցից զքեզ. և ոչ լինիցիս. և խնդրեալ ոչ գտանիցիս յաւիտեանս. ասէ տէր ած:] Զոր չէն ասա դատապարտեալքն ժողովուրդ միանձնեաւոր. և ևս ոչ լինիցին միանչ և յաւիտեանս: ոչ ևս զոր գոյացն պիտեն. այլ զի ոչ կիցցեն այ. և զի կորուսին յաւիտեանս զայն. որ ասաց. ես եմ կեանք:

Ոչ՝ ոչ՝ ասէ քն ՚ի մաթ. Հրատակ զոր պիտեն; և զորդն (. յիւ. զմեզաւոր ասա) այ բնեցէ անշէջ հրով:] Եւ ՚ի. ՚ի՛ն. եթէ՛ պիտեն ասէ. հրեշտակք յինէն անդ ելցեն ՚ի հուրն յաւիտեանից:] Եւ զի մի ոք ասիցէ. զհուրն զոյ յաւիտեան. այլ ոչ զհրոյ պատճառն. զերեսեան ասէ. Որ ինչէն նոցա ՚ի ասանկանս յաւիտեան:]

Ոչ՝ ոչ՝ ասէ տէրն ՚ի մարկոս. Ե. եթէ՛ պիտեն: Լաւ ինչ բեզ կաղ ՚ի կեանն մտանել. քան զերկուս ոտս ունել. և արկանել ՚ի գեհենն անշէջ հրոյ. ուր որդն նոցա ոչ մեռանի. և հուրն նոցա ոչ չիջանի:] Եւ մաթ. Ժբ. եթէ՛ պիտեն: քանզ Ի՛ն հրեշտակս առաքեսցէ և հաւաքեսցեն

ասա

non moritur, & ignis non extinguetur. Et Matth 18. quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum.

Iudæ Apoſt. epiſt. cathol. *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ Ciuitates, ſimili modo exſornicatæ, & abeuntes poſt carnem alteram, factæ ſunt exemplum, ignis æterni pœnam ſuſtinentes.*

2. Ad Theſſal. 1. *Qui in flamma ignis dat Vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti; qui pœnas dabunt in interitu æternas.*

Apoc. 20. *Diabolus, qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris; Vbi Beſtia, & Pſeudoprophetæ cruciabuntur die, ac nocte in ſæcula ſæculorum.*

TESTANTVR hoc idem ſecũdò ſancti Patres vniuerſi; ſed Armenijs hi pauci ſufficiant pro re, in Eccleſia Dei tam certa, & exploratæ:

Athanaſius in lib. de naturali cõmunione ſimilis eſſentiæ inter perſonas diuinas: *Quomodò, inquit, fieri poteſt, Vt omne peccatum, & omnis blaſphemia remittatur hominibus? aut ſi remittuntur hominibus in futuro ſæculo, cur ob id miſer Vapulat Origenes, finem aliquem pœnarum conſtituens; ac tandem remiſſionem peccatorum hominibus pariter, & Dæmonibus à Deo concedi, prædicans.*

Ephrem Syrus in Serm. de ijs, qui in Chriſto obdormierunt, in perſona defunctorum ſic ait; *Quocirca deinceps ne Vos ipſos fallatis; ſed à nobis, qui Vos præceſſimus, & in ſepul-*

chro nunc ſumus, edocti reſipiſcite, & firmiter credite, apud Inferos iudiciũ eſſe, & ſine fine ſupplicium.

Baſilius in Orat. 4. de Pœnitentia: *O perditum meum conſilium!* ait, *propter breuem, ac menſtruam peccati Voluptatem, in perpetuum omni genere cruciatus, atque ſupplicij torquebor: propter carnis illecebras in ignem æternum trador.* Item Orat. 23. de futuro Iudicio: *Hæc, & talia cùm ſacræ litteræ dicant, Vnum omnino illud eſt ex inſidijs, & calliditate Diaboli, quòd cùm multos homines tantæ, ac tales Domini ſententiæ prætereant, finem ſupplicij, Vt audentiores ad peccandũ ſint, ſibi ipſis proponunt. Quòd ſi aliquandò ſupplicij æterni erit finis, erit profectò & Vitæ æternæ. Si hoc de Vita ſtatuere nolumus, quomodò amabò rationi erit conſentaneum, æterno ſupplicio finem ſtatuere Velle?*

Chryſoſtomus homil. 9. in cap. 3. epiſtolæ 1. ad Cor. in princ. *Quòd ignis*, inquit, *non habeat quidem finem, & Chriſtus pronunciauit, & Paulus quoque id dicit, oſtendens immortale ſupplicium; & quòd peccatores dabunt pœnas exitioſas, & æternas.* Item homil. in Pſal. 49. *Non longitudo temporis mollit dolorem. quomodò enim, cùm flamma perpetuò impẽdeat? non ſpes liberationis: eſt enim æternũ ſupplicium.*

Cyrillus Alexan. in Orat. de exitu animæ in princ. *Metuo*, inquit, *ſeueriſſimas pœnas: metuo ſupplicium, finem non habens.* Et infrà: *O Deus, æqua ſunt opera tua, & iuſtum iudicium, & rectæ Viæ, & obſcuriſſima conſi-*

լոյն այսպէս ասէր՝ այսմհետեւ մի՛ խաբէք. այլ ուսանայք՝ ի մէնջ. որ զնէզ առաքեցաք. եւ այժմ՝ ի դերեզմանին էմք. խնացարուք. եւ հաստատացարուք հա՛ ասացէք. զի՛ ի դժոխս դատաստան է՛. եւ պատիժ անվախճան:]

ԱՐՔ՚ն բասիղիոս յերկրորդ ճառն յիշոյ ապաշխարու[թ]եան ասէ: ո՛ կորուստ մեղսասէր ոք է[մ]ս. վասն առժամանի եւ անաւգնեայ հեշտու[թ]եան մեզաց տրտնջել լինելոյիմ յաւիտեան պատժոց: Ասակս վասն վաշտս բաղձանաց մարմնոյ արկանիմ՝ ի հուրն յաւիտեան:] Եւ դարձ՚ի. ինչ, երդ՚ ճառն յիշոյ հանդերձեալ դատաստանն ասէ: Թէ-եպէտ եւ զայս ասեն ոք դնեցն. սակայն բազում մարդիկ՝ ի խաբէու[թ]եանէ առաստայի անփոյթառնելոյ զայսչափ վկայու[թ]իւս սուրբ գրոց՝ ի մտաս իւրեանց հայցուցանեն զվերջն պատժոց: Բայց եթէ յաւիտեան պատժոյ վերջն իցէ երբէք. ապա եւ յաւիտեան կենացն վերջն լինիցի: Եւ եթէ կենացն ոչ կամիմք հաստատել զայդ. զի՞ երդ երանելոցն լինի վերջն հաստատել յաւիտեան պատժոյն:]

ԱՐՔ՚ն ասկէբէրան յ. Ե. երդ՚ ճառն՝ ի մէ նորոգ պկիսոյն առաքեն Թզ Հայոց առ կոմնդացիս. ասէ: Եւ զի հուրն ոչ առնի զվերջն. քեզ նոյոյ. եւ որպէս եւս ասէ. անանձն ցաւ-ցանելոյ զպատիժն. եւ եթէ մեղաւորն տայցեն վրէժ՝ ի սատակումն յաւիտենից:] Եւ դարձ՚ի մէկնա[թ]են. Ե. երդ՚ սաղմոսին ասէ: Ոչ երկարու[թ]իւն ժամանակին զնա[թ]ացու[թ]եանէ զդատէն: Եւ զիւրդ. եթէ տապն վշանջնեաւ որ է՛: ոչ գոյ յոյս ազատու[թ]եան. զի տանջանքն յաւիտենական է՛:

ԱՐՔ՚ն հիւրիլ աղէքսանդրացին՝ ի ճառն յիշոյ սուրբ անդամոյն հոգւոյն ասէ:

Եւ զկ

consilia: propter breuem peccati fruitionem in æternum torquetur.

Denique eundem Origenis errorem referunt, ac refellunt, Epiphanius in epist. ad Ioannem Ierosolymitanum; Hieronymus in cap. 3. Ionæ; Augustinus lib. 25. de Ciuit. Dei, à cap. 17. vsque ad cap. 26. & Gregorius Papa libro 9. Moral. cap. 45. & 46. & lib. 34. cap. 12. & 13.

TESTATVR hoc tertio Armena ipsa Ecclesia, quæ in fidei professione, quam eius populus quotidiè in Templo clara voce pronunciat, hæc post alia subijcit: *Credimus operum retributionem iustis quidem esse vitam æternam; peccatoribus autem cruciatus æternos.* Quarè de duobus alterutrum valdè miror: aut falsa retulisse Authores, cùm scripserunt in locis supra citatis à principio, Armenam gentẽ asserere, Inferni pœnam non esse perpetuam; aut inueniri potuisse Armenios adeò inconsultos, vt eos profiterentur errores, quos ipsorum adhuc Ecclesia in fidei professione condemnat.

Instant porrò nonnulli, dicẽtes, illorum quidem damnatorum pœnas esse perpetuas, qui eleemosynas non fecissent; secùs autem eorum, qui misericordes fuerunt. Idque primò confirmant ex illo Iacobi 2. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Qui ergo fecerit, inquiunt, quamuis mores in meliùs non mutauerit, sed inter ipsas suas eleemosynas nefariè, ac nequiter vixerit, iudicium illi cum misericordia ita futurum est, vt post aliquod tem-

pus

pus punitionis ab illa damnatione liberetur. Secundò ex eo, quòd in die iudicij examen duntaxàt fieri videtur de eleemosyna: dum dicitur Matth. 25. *Esurivi, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi potum*, &c. Nec deest, qui censeat, Armenicam Nationem hac de causa impensiùs, quàm reliqui Christiani, eleemosynarum largitionibus, alijsq; pietatis, ac misericordiæ operibus deditam esse.

Sed hos redarguit S. Augustinus in Enchiridio, c. 75., & 76. ac præterea in lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 27. vbi ait: *Quũ ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, priùs eas facere incipiat à se ipso. indignum est enim, Vt in se non faciat, qui facit in proximum, cũm audiat: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: itemque audiat: miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc ergo eleemosynam, id est, Vt Deo placeat, non faciens animæ suæ, quomodò dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? ad hoc enim & illud scriptum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit?* Et infrà: *Si enim Christiano esurienti panem tanquàm Christo darem; profectò sibi panem iustitiæ, quod ipse Christus est, non negarem: quoniam Deus non cui detur, sed quo animo detur, attendit. Qui ergo Christum diligit in Christiano, hoc animo ei porrigit eleemosynam, quo accedit ad Christum, non quo Vult recedere impunitus à Christo.*

Matth. 22.

Eccliſ. 30.

Eccliſ. 14.

Itaque Deus ad iustificationem, & salutem impij alia multa requirit præter eleemosynam. Siquidem Lu-

cæ

cæ 13. *Si pœnitentiam*, inquit, *non habueritis; omnes similiter peribitis.* Et 1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Qualem autem caritatem habet, qui eleemosynas faciens, Deũ offendere non timet; aut postquàm eum offendit, reconciliationem non quærit;

Hinc patet responsio ad Iacobi testimoniũ. Ex eo enim quòd dixit: *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiã*; non sequitur, quòd si quis misericordiam alijs tãntùm faciat, iudicium cum misericordia ipsi fiet. vt si dicã: damnabitur ille, qui Catholicam fidem nõ profitetur: non hinc sequitur, quòd saluabitur ille, qui solùm Catholicus est, nisi etiam Catholicam fidem bonis operibus prosequatur. Et ratio est, quã idem Apõstolus in eodem capite affert, dicens: *Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in Vno, factus est omnium reus.* quippe bonum est ex integra causa; malum verò ex singulari defectu.

Ad illud etiam de examine postremi iudicij respondetur; Dominũ minora posuisse, vt indè colligeremus maiora. Qui enim Gehennam minatur ijs, qui non dederunt sua, multò magis eos puniet, qui rapuerunt aliena; & qui promisit Regnũ ijs, qui fecerunt eleemosynam, multò magis eos coronabit, qui vitam pro fide ponunt. Laudauerim ergo maximas Armeniorũ eleemosynas, non quòd æternas damnatorum pœnas

nas possint facere temporales ; sed quia cum alijs operibus bonis adiunctæ, pios perducere valent ad Regnum. 22

Reinstant alij : Deus clemens est, & misericors : si in æternum puniat, vbi est eius misericordia? vbi clemẽtia? idcircò scriptum est Psal. 76. *Nunquid obliuiscetur misereri Deus ; aut continebit in ira sua misericordias suas ?* Et Psal. 102. *Miserator, & misericors Dominus, longanimis, & multùm misericors : non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur.* Et Rom. 11. *Concluſit Deus omnia in incredulitatem, vt omnium misereatur.* 23

Respondet ad hæc S. Hieronymus in Ioan. cap. 3. *Misericors Dominus, & iustus: misericordia, & Veritas obuiauerunt sibi ; iustitia, & pax osculatæ sũt. Sic parcit Deus, vt iudicet : sic iudicat, vt misereatur. Si longo post circumitu, & numero seculorum, omnium rerum restitutio fiet, & vna erit dignitas militantium ; quæ distantia erit inter Virginem, & postribulum ? quæ differentia inter matrem Domini, & Victimas libidinum publicarum? idem ne erit Gabriel, & Diabolus? idem Apostoli, & Dæmones? idem Prophetæ, & Pseudoprophetæ? idẽ Martyres, & Persecutores? Si finis omnium similis est ; præteritum omne pro nihilo est : & vbi Dei iustitia est?* 24

Cæterùm ad illa, & similia loca Scripturarum, respondetur ; ea verba intelligi solùm in hac vita, de qua dicitur: *Ecce nunc tempus acceptabile :* vel etiam in alia respectu pia-

piarum animarum, quas Deus temporaliter punit in Purgatorio : vel denique, ſi extendantur ad damnatos, ſenſum eſſe ; illos puniendos quidem in æternum, ſed tamẽ citrà condignum.

AFFERTVR
Secunda Ratio.

§. V.

SEcunda ratio eſt (quam adducit Gregorius Papa in epiſt. ſuprà citata ad Georgium, & Theodorũ) : Nemo ex fidelibus, qui poſt Chriſti paſſionem ſine bonis operibus moriatur, ſaluari poteſt ; dicente Apoſtolo ad Galat. 5. de fidelibus : *Qui talia agũt, Regnum Dei non conſequẽtur* : ergo multò minùs ſaluati ſunt infideles, ac reprobi, qui ante Chriſtum mortui, in Inferno cruciabantur. Perſpicua eſt Conſequẽtia : alioquin melior fuiſſet ſtatus antiquæ legis, quàm Euangelij, cõtra id, quod ſcripſit Paulus ad Galat. 2. *Non iuſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Ieſu Chriſti*. Et iterùm : *Si enim per legẽ iuſtitia, ergo gratìs Chriſtus mortuus eſt.* ac melior ſors fuiſſet illorum, qui Incarnationẽ Domini præceſſerunt ; quàm iſtorum, qui poſt Incarnationis myſteriũ nati ſunt quod quantæ fatuitatis ſit dicere, vel ſentire, Dominus ipſe teſtatur Diſcipulis, dicens Luc. 10. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis ; & non viderunt.*

Reſpondet Vartanus, ac mihi ſanè ita interdùm Armenij alij reſ-

ponderunt: non ſalutas quidem à Chriſto, deſcendẽte ad Inferos, animas impiorum; ſed ſolùm in aëris regionem eductas, vt poſt vniuerſale Iudicium ad Inferos iterùm reuertãtur. Addúcuntque illud Pſalmi 9. *Conuertantur peccatores in Infernum*, quod vertit Textus Armenicus: *Reuertantur*, &c.

Sed contrà eſt: nam, cùm ipſimet dicant, animas impiorum haud alias in Inferno pœnas ſuſtinuiſſe anteà, ſicut nec ſuſtinere modò in aëre, præter mœſtitudinem quandã ex timore cruciatus futuri poſt Iudicium: quid eis profuiſſet ſola illa loci mutatio ex deſcenſu Chriſti ad Inferos ſine mutatione conditionis, ac ſtatus ipſarum? an mœſtitudo illa corporeo ſenſu carentibus potuit leuior in medio aëris fieri, quàm fuerit in medio terræ? Ineptiũt ergo qui talia reſpondent. Tum illud: *Reuertantur peccatores in Infernum*, potiùs pro nobis faceret cõtra ipſos, quippe cùm peccatorũ animæ poſt Chriſti paſſionem, iuxta ipſorum ſententia, non ad Inferos, ſed immediatè ad aëreum domiciliũ è corporibus migrent; verba illa vniuerſaliter vera non eſſent in die Iudicij de omnibus peccatorum animabus. Secùs autem iuxta Catholicorũ ſententiam, aſſerentium, omnes animas reproborum ex Inferni cruciatibus venturas eſſe cum corporibus ad Iudicium; acedindè vnà cum ipſis corporibus ad eoſdem Infernj cruciatus redituras.

Reſpondent Armeni alij communiter; Chriſtum ex Inferno plurimorum

ղչարչարանս չի: ևՀարց Ոչ ոչ. ոբ-
բևեւ արդևօք յաւ ագոյն էր տալ հին
օրինացն, քան դատաստանին. ընդ
դեմ այսր, զոր ասէ արդարս յերկրորդ-
գլխին առ դիոգն. Ոչ ոչ տարտաւանեալ
մարդ՝ ի դուռն օրինացդ. ԼՈՔ ոչ՝ ի
հանապատին չի չի:] Եւ դձիլ ասէ.
Օն ԼՈՔ յօրինուց անաւն՝ ապրուս-
ՊՆ. ապա քո զրոյս մեռանի:] Եւ բա-
բերեալ էին ոչխարին. որ նման քան
զդալըստան չի ուսուցչան. քան զմեզ.
որ չեա չի դատաւն Ծնաց: նակ ոբ
չասի խնդրեսցուք ՊՆ ևցէ զրոյս ասել.
ևոչն առէն մեր քո միայնոց աշակնե
ատցն եւրոյ՝ ի դիտաս. Ի Լրմ՝ գլխին ա-
ելով՝ զի բազում մարդարէք և Ոչ զբ
ցանկացան տեսանել զոր տեսանէիդ.
և ոչ տեսին:]

Բայց՝ ընդդիմաբանէ վարդան.
և ասէ: Ոչ ոչ մեղեցան ամենևին՝ ի
դժոխոյն հոգիք սրբոց ասց. այլ մի-
այն հանեալ լինին անտուտա՝ ի քէ-
և եկեալ՝ յօրս միոջ և ցօրն դատաս
տանին. յորժամ միաբան դառնալ
ցին՝ ի դժոխս. ըստ այսմ էլ ասացին
անգղէն մեղաւորք՝ ի դժոխս:]

Իսկ՝ առա ասէ, և յիմարաբար
խաւն: մն գի ԼՈՔ ըստ կարծեացդ նո
բին վարդանայ, չար հոգիքն առաջ
քան զօրն դատաստանին ոչ տանջին
ի դժոխս և ոչ տանջին այժմ՝ ի յօրո.
այլ միայն տրտմին: զինչ օգուտ էի
նոցա՝ ցի հանէիցէ՝ ի դժոխոյ
անտի. և Ծոցէ՝ ի յօրս: զի վաղուց
ուրեք տէր զոյն առանց վախճանին ոչ
պիտոյ ԼՈՔ նոցա՝ ի գուռ լինէր: Եւ
կամ մի Ոչ հարց, մանաւանդ զի
դատաստանաւք մեղեալոցդ, ԼՈՔ և
գոյր լոյծ տրտմութ Ոչխան այն՝ ի մէջ
յօրոյ. քան ԼՈՔ էին՝ ի նմանէ հրեշտ.

rum

rum etiam infidelium, & impiorum animas liberasse, ac tandem saluasse; eo quòd ipsi, Euangelium ibidem prædicanti, crediderint, & cum ipso reconciliatæ sint. idque colligũt ex illo perobscuro loco epistolę primę D. Petri, c. 3. *Et his, qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit; qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur Arca.* Vndè hoc ipsi modo ratiocinantur: Christus in Inferno prædicauit; ergo incredulis, & peccatoribus: sed non frustrà, nec sine fructu: ergo pleroſq; conuertit, eisque salutem attulit.

Sed contra primò est: nam si aliquas damnatorum animas Christus ab Inferis liberauit, quòd ad ipsum conuersæ sint; ergo reliquas pertinaces ibidem reliquit: igitur non omnes illinc eduxit, nec funditùs, vtì dicunt, deuastauit Inferni loca.

Contra secundò: quia melior fuisset conditio eorum peccatorum, qui ante Christum mortui sunt; quippe qui conuerti, ac saluari potuerint post mortem; quàm illorum, qui tempore legis Euangelicæ decedentes, saluari post mortem nequeunt: quod iam falsum esse, ostendimus.

Contra tertiò: vel enim animæ damnatorum, in Inferno conuersæ, ac liberatæ à Christo, erant priùs ante conuersionem in pœnis, & cruciatibus; vel non erant, sed reseruabantur cum alijs ad pœnas futuras post finale Iudicium. Si primum; ergo pœnæ damnatorum non sunt æternæ, sed temporales; quod est

contra Scripturas, ac ſanctos Patres; vt ſuprà viſum eſt. Si ſecundum; quæro: liberatæ ne ſunt ex Inferni loco ſolummodò; an etiam à pœnis illis futuris poſt iudicium? ſi primũ: ergo nihil boni contulit eis conuerſio, & liberatio, nam per ſolam illã loci mutationem vſque ad diem Iudicij, non mutata fuiſſet priſtina ipſarum conditio, vt ſuprà dictum eſt. Si ſecundum: ergo ſceleratorũ animæ nullas pro tot, tantiſque peccatis pœnas darent, nec ante, nec poſt Iudicium; ſed omninò impunitæ abirent ad Regni gloriam: & vbi iuſtitia Dei? vbi veritas Scripturarũ, toties peccatori poſt mortem ſupplicia intentantium?

Contra quartò: quia poſt hanc vitam nullus eſt pœnitentiæ locus, neque reconciliationis; vt mox infrà probabimus, vbi etiam exponemus verba illa D. Petri.

ա՛Է բնաց զդժոխս. ոտկէս կարծեն:

Բ՛րիւրդ՝ զի լաւ ադոյն էր բաղձ բանաստե՛ի մեղաւորացն այնոցիկ, որք մեռանին առաջ քան զքո. զի կարացին դառնալ և փրկիլ յետ մահուան ի բնէնց. քան զայժմոցիկ, որք մնան ի ժամանակս օրինացս, զի ոչ ոտքն յետ մահուան ոչ կարեն դառնալ, և ոչ փրկիլ. որպէս և ի վերոյ գոյացաք:

Բ՛րիւրդ՝ զի հոգիք ամբարշտաց դատելոց և փրկելոցն ի դժոխոց, համ յառաջ էին ի տանջանս. համ ոչ էին. այլ սպասէին տանջանացն ապագայից յաւուրն դատաստանի: Եթէ ի տանջանս էին, և փրկեցան. ապա ուրեմն տանջանքն դժոխոց ոչ են յաւիտենից, այլ ժամանակաւորք, ընդ ոմանս ի նոցանէ պրոցն, և աբեղ հարցն: Եթէ ոչ էին անդ ի տանջանս դարձեալ հարցանեմ միթէ ապաւէցան ի տանջ դոցէ դժոխոցն միայն. կամ եթէ և ի տանջանացն լինելոց յաւուրն դատաստանի: Եթէ զառաջինն ասիցեն, ապա դարձեալ և փրկուելն ոչ եղեն նոցայ օգտաւէտ. որպէս ցոյցաք ի վերոյ ընդդէմ վարդապետի: Եթէ զերկրորդն ասիցեն. ապա չարագործ հոգիքն ամբարշտացն ևս այնչափ ուրացան ի բնէնց ոչ տային դիմել, և ոչ առնոյին ցհաւատս զոր ծոց, ոչ առաջ, և ոչ ցկնի դատաստանին. այլ ամենևին անպատիժ երթային յաջակողմեանն երկնից: Եւ ո՞ւր էր ապա ատեան Քի ոչ: ո՞ւր էր ճշմարտութիւն ածոյ շունչ ասելոյն. որ այնքանիցս խոստանայր զպատիժ անդէնց մեղաւորացն յետ մահուան;

Չորրորդ՝ զի յետ ասելոյն Քի ոչ գոյ տեղի դարձման ի մահուս չափ մեղաց. որպէս ի յետագայ պատճառէ յայտ լինելոյ: Զոմն ևս բազմաբեակ բանիցն սրբոյն պետրոսի զնոցանէ յորժամ պատասխանելոյ մեզ առարկութեանց:

ԱՌԱՐԵԼՈՒԹԻՒՆ

Երրորդ պատճառս։ ա 1

ՊԱՐԱԳԱ. Զ.

ԵՐրորդ պատճառն է՝ զի հոգիք յետ առնուն կենացս ոչ կարեն գործել զգործ. որ արդիւնաւոր եղիցի չարչարին սոցա, կամ արժանի պատժոյ: ապա որք ելանեն ի մարմնոյ ընդ անիծս սոցա. և առանց սիրոյ և չնորհին ելին. ոչ և կարեն հաշտել ընդ սոցա, և ի չնորհս նորա դառնալ: ոչ թէն ապաչխարեսցեն ոչ փրկեսցի զայլ հոգիս ի դժոխոյ անտի. եթէ ոչ զաւրագոյնն միայն: ը 2

ՅԱՌՋԱԲԱՆԵԼԻ առաքելոյն թէ ձեռնարկու եմանս նախ պատճառաւք: բանզի միով դիւր եմք ի մարմնի աստ. եմք ի պատերազմի, և ի հանապարհի, և յաստիարանի: այլ որք միով պատմ յաստի ելնեսցեն փոխեսցան. անդր զերծք արարին պատերազմի, և զգեցան պայծառութեամբ, և հասին ի կենաց հանապարհին: ապա ոչ թէն ի կեանս այսմիկ միայն է տնօրէն և ժամանակ ընդ պանալոյ առնելոյն. և արժանի լինելոյ վարձուց, կամ պատժոյ. եթէ բարւոք, եթէ չար պատերազմի. և շահելոյ, կամ կորուսանելոյ զբարեբանն յաղթութիւն: ը 3

Եւս և զի յետ առնուն կենացս չեն հարկն արդարքն մեղանչել և լինել նախատինաւք. ապա ոչ թէն և ոչ կարեն մեղս որք արդարանալ և արժանաւք. զի ոչ առ ոչ ինչ դիմակայ եմ հաւանական է: ԱՌԱՋԱԲԱՆԵԼԻՆ ցուցանէ. բանզի որդ հոգիքն ի հանդերձեալ կեանս յաչառանալեն զի պէտ. եթէ որչափ մեծ ինչ ինչ մեղս ելցէ և հանապատակ լինել եմ. և ըստ ոչ անդր ցանկութեամբ վարիցեն անասնոյ

հետ

AFFERTVR

Tertia Ratio.

§. VI.

Այլն Եփրեմ ի ձառն յորում հնչեցեալ ոչ է ըստ ասէ: Ի մեզ մեռեալ ոմանք որք սո բուռ եւ բարով առ աէրն գնացին: Թողին զմեզ որբացեալս. եւ ի հայրե նեաս իւրեանց ընթացան. մերկացին զապականութիւն. եւ զանմահութիւն զգե ցան: մեռան աշխարհիս. եւ առ քն ծ ը նան: եկին ի յերկիրս. եւ ահաւադ բնակին ի վերինս յԵմ: Թողին զդառնութիւն կենցաղոյս. եւ հասին ի յերկնային երանութիւն:]

Այլն հիլարիոս ի մեկնութիւն Ճ. եւ ԻԵ. սղմ" ոգեմանն. խօսելով յորո առաքելոցն եւ այլոց սրբոց, ասէ: Եւ զինաւդ կարողացաք էնանալ. եթէ լե րանց անուանակոչութիւք նշանակել ոչ իցեմք նոցա. որք ի վեր քան զերկնայ ին բնութիւն բարձրացեալք եւ փառաւ որեալք. առաւելոյ ցնծան առաքե ալք:]

Այլն բասիլիոս ի Ճ. սղմ" ձառն յորում առաջնորդութիւն խօսի ցի մեռեալ ազգաւ որե. եւ ասէ. Ելայ ինձ. ասէ ցես զի զարգարութիւն մերայ ոչ ըն դգե ցի. այլ ի մէջ նոցա հաստատուն ելա նէ: այժմ արդեօք ընդ հրեշտակս գա տաւորեալ էի. այժմ ի յերկնային բա նութիւնս զուարճանայի:] Եւ գնէ ի գովասանութիւն. Էս. մարգարոսացն ասէ: Ողջոյն ոչ ծածկեսցէ երկիր. այլ երկին ընկալցի:] Եւ գնէ ի գովասա նութիւն սրոյ նահատակին գորգեոսի ասէ: Բայց թէ ոչ ի ձեռս զահիճացն էր անկեալ. այլ ի ձեռս հրեշ տակաց անձնէր. որք զինքն առաջ նորդեալ յիւրեանց ապաւենեալ յիս նոյն ընկալցին. եւ հասուցին ի կեանս երանելի:]

Այլն գրիգոր ածաբանն ի գովա նութիւն սրոյն բասիլեոսի ի վերջն

ասէ:

ասէ ; եւ յետ դու ևս սրբասցուք եւ ընդ-այ Ժբ
ցելո՛ց ի յերկինից դասին եւ խնա 12
մեսցուք զմեզ եւ զհայրն մարմնոյ . որ որ
ուսո՛ւ մեզ ի խորհուրդս . կամ՝ ի բաց այսո
՛ր մինչ քոյին սբ աղօթիւք . եւ կամ հա
՛ւանեցո՛ . զի զնա քաջ սրտիւ հասցի
քեզոյդ : Եւ յետ եղանելոյ մերոյ յաս
տի կենացս ընկալ զմեզ ՛ի յաւիտ քոյ .
որպէս զի ընտանեաբ ընդ սուին եղբարդու
թիւն . զոր այժմ ընդ հայելի առաք
կամ՛ եւ փոքր ՛ի շատէ խնամատիք . կա
րասցուք ՛ի տիանին լինելոյն եւ զարդ
զարդոյս առնասնել . եւ վերջն դեռ յան
հուածից մերոց :]

Եբէն գրեցաբ նեռ-ասացին ՛ի գոլա Ժդ
ատան-թիւն սրբոյն Եփրեմի ասէ՝ Ի յեր 13
կինս առ ագաստին է բազմեալ հո
գին նորա . ուր են դասք հրեշտակաց .
ուր յաղթող-բդ հայրապետաց . ուր
երամք մարդարէից . ուր անուանք առա
քելոց . ուր ուրախու-թիւն մարտիրոսաց .
ուր ուսուն-թիւն ապդատոց . ուր սուր
ծառա-թիւն վարդապետաց . ուր հան
դեսն յաղթող անդրանկաց . ուր ձայնք
մարդու-բդ գոհաբանելոյ բերկրելոյ . և
այլն :] Եւ՝ ինչ բդ գրէ ասէ : Եւ յետ
դու , որ առաքի ընծային անգամոյ Ժգ
կաս . և ամենասբ երրորդու-թիւն և 14
ներհանդ հինաց ընդ հրեշտակս պատա
րագիս . յիշեսի զմեզ զամենեսեան :]

Եբէն հինգերդ Երրորդաբանացին ՛ի Ժգ. բրդ՝ ձառն յիշդ ասէ՝ աղաղակին ասէ :
Հոգո՛ւ փայտ մուծ հալէլուիա՛ ի դրա
խան :] Եւ զի մի Թուխտացի խաղալ զերբ
զամ՛ոց դրախտին . ասէ՝ ի նեռբդոյ :
մի երկնցիք յօձէն . զի անկա՛ ի յերկ
նից զերկոց յանտառ ոչ վարձցի :]

Եբէն նոխտան ՛ի գերան յիշդ հինգ
ձառ ասդ-ոյ Հզ. երդ՝ գլխոն ասէ : Մուտ
բեր են ՛ի պատեհ . հանդիսաւոր ասցին ՛ի
գիս-

forti animo perferamus, perſuade: noſque, poſtquàm ex hac Vita migrauerimus, tabernaculis tuis excipe; Vt, ſimul Viuentes, ſanctam, ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam ſpeciem, & imaginem accipimus, puriùs, pleniùſque cernentes, deſiderijs noſtris finem imponamus.

Nyſſenus in Orat. in S. Ephræm: *In Cæleſtibus*, ait, *Tabernaculis animus illius cõſedit, Vbi ſunt ordines Angelorum, Vbi Patriarcharũ populi, Vbi chori Prophetarum, Vbi ſedes Apoſtolorum, Vbi gaudium Martyrum, Vbi piorum lætitia, Vbi Doctorum ſplendor, Vbi celebres Primogenitorum cœtus, Vbi puræ latantium Voces.* Et infrà: *Tu verò diuino aſſiſtens Altari, Vitæque Principi, & ſacroſanctæ Vnà cum Angelis ſacrificans Trinitati, omnium noſtrum recordare, nobiſque peccatorum veniam impetra.*

Cyrillus Ieroſol. Cateceſi 13. de Latrone differens: *Tu*, inquit, *de ligno introduceris in Paradiſum.* Et ne loqui videatur de Paradiſo terreſtri, ſubdit: *Ne timeas ſerpentem: cecidit enim de Cælo; non te ejiciet.*

Epiphanius hæreſi 78. in fine: *Sancti*, ait, *ſunt in honore, quies ipſorum in gloria, profectio hinc in perfectione, ſors ipſorum in beatitudine, in manſionibus ſanctis, tripudium cum Angelis, dieta in Cælo, gloria in honore incomparabili, & perpetuo, bravia in Chriſto Ieſu Domino noſtro.*

Ambroſius lib. 7. epiſt. 59. ad Theſſalon. *Acolius*, inquit, *Superiorum incola, poſſeſſor Ciuitatis æternæ, illius Ieruſalem, quæ in Cælo eſt: Vidit*

dit

dit illic Vrbis eius mensuram immensam, purum aurum, lapidem pretiosum, lumen sine Sole perpetuum: & hæc omnia, iamdudum sibi comperta, sed nunc facie ad faciem. Th 15

Chrysostomus hom. 66. in c. 12. Ioann. sic ait: *Vbi ego sum, inquit, illic & minister meus. Vbi Christus? in Cælis. ergo ante Resurrectionem illuc animâ, & mente transferemur.* Item homil. 29. in cap. 8. Matth. *Multis è locis Scripturę comprobari potest, non errare hic post mortem iustorum hominum animas. Nam & Stephanus ait: suscipe spiritum meum; & Paulus resolui, & esse cum Christo desiderabat.* Ph 16

Hieronymus in epist. ad Marcellam de obitu Leæ: *Nunc*, inquit, *pro breui labore æterna beatitudine, fruitur; excipitur Angelorum choris; Christum sequitur, & dicit: quæcunque audiuimus, vidimus in Ciuitate Domini Virtutum.* Et passim alibi similia.

Ruffinus Aquileiensis in Exposit. in Symb. Apost. *Monumēta*, inquit, *aperta sunt, & multa corpora Sānctorum dormientium resurrexerunt, & apparuerunt multis, & ingressi sunt sanctā Ciuitatem illā, de qua Apostolus dicit: Quæ autem sursum est Ierusalē, libera est, quæ est mater omnium nostrum. sicut & ad Hæbreos dicit: Decebat enim, propter quē omnia, & per quem omnia, multos filios in gloriam adducentem, auctorem salutis eorum per passiones consummari.* Ph 17

Augustinus Enarr. in Psal. 83. super illud: *Beati, qui habitant in domo*

mo tua Domine; ait: *Possident Ierusalem Cælestem sine angustia, sine pressura, sine diuersitate, & diuisione limitum: omnes habent eam.* Et lib. 2. quæstionum Euangelicarum, capite 38. *Dicentes enim Angeli; quid statis intuentes in Cælum; quid aliud dixerunt, nisi nullo modo posse oculos hominum vsque in illud penetrare secretum, quò ibat Dominus, cùm in conspectu discipulorum ferretur in Cælum. Iam cætera secundùm superiorem expositionem accipi possunt; quia secretum Patris benè intelligitur, vbi etiam ante Resurrectionem iustorum animæ viuunt cum Deo.* Et hoc idem fæpiùs alibi.

Cyrillus Alex. lib. 12. in Ioann. cap. 36. *Credere debemus*, ait, *cùm à corpore Sanctorum animæ abierint, tanquàm in manus carissimi Patris, bonitati diuinæ commendari; nec, vt quidam infidelium crediderunt, in terris conuersari quousque sepulturæ honoribus affectæ sint; nec (vt Peccatorum animæ) ad immensi cruciatus locum, id est, ad Inferos deferri: sed, itinere hoc nobis à Christo primùm præparato, in manus potiùs Patris euolare; &c. Certam huius rei spem habeamus, firmiter credentes, in manibus Dei nos post mortem futuros, Vitamque multò meliorem, ac perpetuò cum Christo Victuros. Ideò enim Paulus desiderauit resolui, & esse cum Christo.*

Gregorius Papa in Psal. 4. pœnitentialem: *Beatitudo*, inquit, *& animabus Sanctorum antè Resurrectionem tribuitur, & corporibus nihilominùs post Iudicium conferetur.* Item

lib. 4. Dialog. cap. 25. ſuper illud ad Philip. 1. *Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto*, ſic ait: *Qui ergo Chriſtum in Cælo eſſe non dubitat, nec Pauli animam in Cælo eſſe neget.* Itē libro 4. Moralium, cap. 32. *Poſtquàm de corporibus tranſeunt* Sancti præſentis Eccleſiæ, *nequaquàm per morarum ſpatia, ſicut antiqui Patres, à Cæleſtis Patriæ perceptione differunt. mox quippè vt à carnis colligatione exeunt, in Cæleſti ſede quieſcunt.*

PROBATVR QVINTO Rationibus, è Scriptura ſacra deductis.

§. VI.

PRima ratio eſt: Sancti habuerunt iam in hac vita meritum æternæ beatitudinis, cùm in alia vita non ſit nouis meritis locus, vt in 3. quæſtione §. 6. demonſtratum eſt; nec vllum eſt impedimentum, quominùs beatitudinem hanc ſtatim poſt huius vitæ finem habere potuerint; cùm Cælum, anteà clauſum, nunc pateat: ergo non eſt ratio, cur poſt hanc vitam tale præmium non acceperint, ſed expectare illud debeant vſque ad ſeculi conſummationem. Probatur hæc Conſequentia; quia Beatitudo propoſita eſt hominibus, vt corona certaminis, & merces laboris, iuxta illud Iob 7. *Militia eſt Vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij, dies eius:* ſed poſt militiæ certamina, & mercenarij laborem ſtatim debetur mer-

ſեձ-ասեձ ջաւշաքանայ. յՀ՝ ի գիմախա
այլ առ աւ՛ել ի ձեռս ՚ւոյ հոգւո ընթա-
դալ. զի այսոցիսի ճգնաւորացն պատ
րաստեցաւ՛ մեզ առաջ՛ի քան: ձՀրդ՝
պարտական հաստատուածն յոյս տալ և հա
ւատալ. եթէ՛ ի ձեռս ՚ւոյ լինելոց ենք
զինեն մահուն. և ընդ քի մշտապա-ագծ
բերկրութեօք վայելելոց զկեանս յա-ասիս
նս: զի ասիս այսորիկ պօղոս ցանկայր
լրանալ. և ընդ քի լինել:]

ԱՀԲՆ գիտեր հոռոմեայ հյբ՚ալան՛ի
Ա. տրդ՛՛ պղինս ապաշխարու-ԹԵ ասէ:
Էրանաւելին հոգւոցն սրբոց առաջ
քան զյարու-ԹԻՆ սրբոցն. և մարմնոց
նոցին զկեղ դամբանին չնորհեցէ:] Էս-
դՀ՚ի. Դ. տրդ՛՛ գերա գիսալօգաւ՚ի.
ՆԵ. նրդ՛՛ գլուխ՚ի վերայ այնր. ՈՀ
ցանկալի երանել. և ընդ քի լինել ասէ:
Էր որ ոչ ա-ցանայ զքի լինել յերկինս.
մի՛ և առ ա-ցանայք, զհոգին պօղոսի յեր
կինս գոլ:] Էս ՂՀ՚ի Դ. տրդ՛՛ գերա
բարեյաղթեալ. ի նգ. տրդ՛՛ գլխեն ասէ:
Յորժամ՚ի մարմնոյ վտիտացան սէրն
առ օրինացս ՚ւոյ, ասէ հոգւոյն հին օրինի,
յաստիճանսն երթալ՚ի երկինսին հայ
բենիս. այլ ընդ երանելոյն՚ի մարմնոյ
միտեալ հանգեաւս յաստուածՈՀԵՆ երկն
դիոյ:]

ՀՀՆԳԵՏ ԵՐԿՈՒՐԴ

Յոհաննէ պատմեաւոր. որ յանդ
ՀատՀ գրոյս պատահանելոյ:

ԳԼՈՒԽ. Ջ.

ԱՌՔաջին պատճառ է. զի սէրն
՚ի ձեռնս այս կին ազաւնոյ յե
ՀաւէՀն երևան ՈՀԵՆ. վասն զի ի հանգչել
ՀեռՀ ձեռնս ՚ւոյ գոյ անպիտան ապրելոյ
նոյ, և ժանտաւոյ լինելոյ ազաւնոյն վասն
ձոյ. զոր ցուցեալ՚ի Դ. տրդ՛՛ ՀՀԳԵՏ
ՀԵՂ. ԼՐԴ՛՛ պատմիչեսկ յետ մահուանն ՚ւոյ
ապրել

merces, & præmium laboranti; ergo fatendum est, animas Sanctorum statim post merita huius vitæ præmium suum accepisse.

Et confirmatur primò: quia non est credibile, Deum in remunerando id committere, quod ipse ab omnibus committi noluit, dicens Leuit. 19. *Non morabitur apud te opus mercenarij tui vsque manè*. Et Prouer. 3. *Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere, & cras dabo tibi, cùm statim possis dare*: igitur non retinebit ipse mercedem Sanctorum suorum vsq; ad finem Mundi.

Confirmatur secundò ex parabola illa Patrisfamilias Matth. 20. in qua Christus ait: *Cùm serò autem factum esset, dicit Dominus Vineæ procuratori: Voca operarios, & redde illis mercedem*. quibus verbis indicauit, non differendum esse præmiũ æternæ gloriæ vsque manè Resurrectionis; sed mox post labores reddendum hora vespertina mortis.

Confirmatur tertiò: nam Matth. 19. dicitur: *Si vis ad Vitam ingredi, serua mandata*. Et Iacobi 1. *Beatus Vir, qui suffert tentationem; quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ*. Et Apoc. 2. *Esto fidelis vsque ad mortem; & dabo tibi coronam vitæ*. Igitur Deus ad remunerandum nihil aliud expectare videtur, nisi huius vitæ laborem, & certamen.

Secunda ratio est: Animæ Sanctorum iam nullum habent peccatum: nam, si quando in hac vita deliquerunt, nunc perfectè purgatæ sunt: ergo nulla debent pœnà pu-

niri: atquì, ſi eſſent in ſola ſpe futuræ beatitudinis, affligerentur aliqua pœna, iuxta illud Prou. 13. *Spes, quæ differtur, affligit animam*: ergo non debent beatitudinem expectare, ſed poſſidere. 6

Tertia ratio eſt: Animabus impiorum ſtatim à morte Deus pœnam infligit cruciatus æterni, vt oſtendimus in præcedenti quæſt. ergo & animabus Sanctorum ſtatim etiam donat beatitudinis præmium; præſertim cùm Deus, cui eſt proprium miſereri, magis ad præmiandum, quàm ad puniendum, ſit pronus, & citiùs ad miſericordiam flectatur, quàm ad iuſtitiam. 7

Quarta ratio eſt: Eccleſia Latina, Græca, Armena, & aliæ, habent inſtitutum inuocandi Sanctos; cùm tamen antè Chriſti aduentum non legatur id fieri ſolitum: ergo in differenti ſtatu reperiuntur nunc Sancti à ſtatu Sanctorum veteris Teſtamẽti; quæ quidem differentia alia certè non erit, niſi quòd nunc regnant in Cælis beati; cùm tamen anteà detinerentur extra beatitudinem. 8

Confirmatur: quia ante Chriſti aduentũ deflebatur potiùs dies mortis Sanctorum, vt notauit S. Baſilius Orat. in S. Barlaam; nunc verò à prædictis Eccleſijs ſumma cum lætitia celebratur, ac dies natalis vocatur; non aliam planè ob cauſam, niſi quia tunc mori miſeria erat, & calamitas; nunc verò felicitatis initiũ; cùm Sancti morientes in terra, naſcantur in Cælo.

Quinta demùm ratio ſumitur ex viſio-

ժոխս զհոգիս ամբարշտացն յաւիտեան տանջանաց. որպէս ցուցաւ՝ ի. ՀԷ. էջդ՚ վիճաբանութեանն: ապա ուրեմն և առ ժամայն դինի մահուն փոխանակ յերկինս զհոգիսն սրբոց: մանաւանդ զի ոչխարհն և մարդկան յոչ ինչ զինս զհոգիսն սրբոց: ա. 9

visionibus eorum, qui viderunt animas Sanctorum defunctorum fursùm ferri ad Cælestem beatitudinem. Lege Gregoriũ Papam lib. 4. Dialog. cap. 7. & sequen., ac Bedam lib. 5. hist. cap. 13. & sequen.

Զորրորդ պատճառ է. զի բազում եղէղեցի հաւատացեալ քրիստոնէից սովոր է կատարել զօգնութիւն և բարեխօսութիւն սրբոցն. և առաջ քան զդալուստան ի՝ն ոչ որոնք զայնպիսին սովորութիւն: ապա ուրեմն պէտ՝ ի ժամանակս որ օրինացս ոչ ևն՝ ի՝նոյն առաջ, նմուտ էին՝ ի ժամանակն հինն օրինացն: զի այժմ ընդ քի Թիւն՝ ի յերկնային երանութիւն. բայց առաքինքն էին արտաքոյնօրէն:

Եւ ևս առաւել հաստատուն այս պատճառս. զի առաջ քան զդալուստան քի ոչ բացին զօր մահուան սրբոցն, որպ զրկ սբն բասիլիոս՝ ինձբզբղանն սբոյն բարձաւայ: քանզ այժմ նոյն օրն մնձաւ խնդութիւն ածնախմբի. և օր ծնընդեան կոչի: Եւ վն էր՝ այս այսպէ. ևՔէ ոչ վն զի յայնժամ մեռանիլն Շնորհաւորութի էր և տաւարպանք. քանզ այժմ է՝ սիրելն երանութիւն. զի սբոյն մեռանելով այժմ յայնսահին, ծնանին՝ ի յերկինս»

Չինագիտութ պատճառն առնանի՝ ի հոգեառնելութեանն հարցն սրբոց. որք առ այն զհոգիս ամանս էմանել՝ ի յերկնային երանութիւնն, որպէս՝ ի վարս հարցանցն սբոց գրեալ կան: Նմա և զբազում առնխլս զայսոցիսոս պատմեն սբն գրիգոր պապ, և բեդա քահանայ:

ա

ՊԱՏԱՍԽԱՆՈՒԹԻՒՆՔ ԱՌԱՔԱՌԱԿԱՆ ԳՐՈՑ:

Գլուխ. Է.

SOLVVNTVR Obiectiones

§. VII.

Վ ԱՐԴԱՆ ոմն վարդապետ՝ ի գիրսն ոմն բաւական ց. ԷՀ՚ գլխոց, բազում առարկութիւնս ի սբ գրոց և՝ ի պատճառաց յանդիմանէ զդատաւանութիւն ուղղափառ եկեղեցւոյ վն առանձնական դատաստանին. և վն հաստատեցանն ըստ ենթարձանչիւր գրոց. Թէ ըստ սպասոյ. և կամ Թէ ըստ վարձոյ առաքն քան զվերջին յարուԹիւն: յիշեա զրոց և մեք հարկաւորս համարիմք առնել սաս զբնաստատութի նորին առարկութեանն:

Varianus in Monitis ad Armenios, cap. 5. multas obijcit Scripturas, & rationes contra assertionem de Iudicio particulari, & retributione pœnæ, vel præmij ante Iudicium Vniuersale reddenda: cuius nos verba obiectionum præcipuarum huc ad litteram transferemus.

Obijcit primò: *Si Vnusquisque statim à morte operum suorum retributionem acciperet; cur diceret Apostol. 2.*

ad

ad Corinth. 5. *Omnes nos ſtaturi ſumus ante tribunal Chriſti, vt reportet vnuſquiſq; in ſuo corpore id, quod geſſit, ſiue bonum, ſiue malum. Non igitur in anima ſolùm reportabit, vtì dicunt illi; ſed in anima cũ ſuo vnita corpore, vt ait Apoſtolus. qui rursùs ad Rom. 14. Omnes, inquit, ſtabimus antè tribunal Chriſti, &c. itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo. tunc ſcilicet, quando ſtabimus ante Chriſti tribunal poſt Reſurrectionem.*

Reſpondetur, verba Armenici Textus in priori loco (quæ deſumpta fuerunt ex interpretatione Syriaca) facere potiùs pro nobis contra Vartanum. nam ſi dixit Apoſtolus, quòd poſt Reſurrectionem recipiet vnuſquiſque in ſuo corpore id, quod geſſit; indicare profectò videtur, quòd in anima hoc idem recipiet ante Reſurrectionem in Iudicio particulari; de quo idem ait Apoſtolus ad Hæbreos 13: *Statutum eſt hominibus ſemel mori, & poſt hoc Iudiciũ.* Porrò iuxta interpretationẽ Diui Hieronymi aliter, & ita ſe habent illa verba: *Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonum, ſiue malum.* hoc eſt, ſicut exponunt communiter, vt referat vnuſquiſque pœnam, vel præmium ſecundùm ea, quæ geſſit viuens in corpore. quæ quidem verba, vnà cum alijs ad Rom. in ſecundo loco citatis, tam de vniuerſali Iudicio intelligi poſſunt, quàm de particulari poſt mortem: de quo Chriſoſtomus homil. 14. in Matth. *Omnes*

Ե

Զ

Է

3

Ը

4

Նախ և առաջին ասէ վասնզի այսպէս է. Եթէ յորժամ եկեսցէ Տէրն ի մարմնոյն ի բաժանչէն ոչ գիտասցուք զի ինքն գործոց ի բոյոց ընդունելոց. ապա զինչ ասէ ասէ առքն պօղոս ի կորնթա ցւոց Թղթին. ի. գ. երդ" զկին. Եթէ ամենեցունց մեզ յանդիման լինել հայ առաջի առնելոյն քո. զի ընկալցի ի բաբանչէն ոչ ի բոյոյ մարմնոյն զոր ինչ գործեաց. Եթէ բարւոյ, և Եթէ չարու և ոչ հոգւոյն միայն որպ ասէն. այլ հոգւոյն ի բ մարմնոյն որպէս ասէ առքն պօղոս ի հռոմէացւոց Թղթին. ի. Ժե. երդ" հաւանին. Եթէ ամենեքեան գալոց եմք առաջի առնելոյն քոյ ի բաբանչէն ոչ ի միոջ ընդ անձին հաւասարապէս տալոյ է ոչ:

Պահանջէ. Եթէ բանչն առքն պետրոս. զոր հայք Թարգմանեցին քան առաջոց Թարգմանութեն. առաջ է ելեալ հաստատուն զառաջէն մեր: բանչն առքոյ սկսն պօղոս. Եթէ յետ յարութեն ի բաբանչէն ոչ ընկալցի մարմնոյն ի բոյ զոր ինչ գործեաց. Քան ի սպանօք ցուցանել. Եթէ հոգոյն ի բոյ ընկալցէ էր զիոյն առաջ բան զյարութիւնն ի յառնանդնական դատաստանին. զորմէ ասէ նոյն առքն յետ յայնցոցդ. Ը. երդ" գլխին. Եթէ կայ և ճշմարիտ մարդկան մի անդամ մեռանիլ և յետ այնորիկ դատաստան:] Բայց քան Թարգմանութեն սրբոյն պետրոսի, որոյ մանաւանդ վարդն լատինացոյցն, ասէ առ. զի ընկալցի ի բաբանչէն ոչ քան գործոց մարմնոյ, քան որում գործեաց, Եթէ բարւոյ, և Եթէ չարու:] զոր զիրարու մեկնեն այսպէս. զի ընկալցի ի բաբանչէն ոչ Եթէ չարն, Եթէ պատուհաս, քան որում գործեացն ի մարմնոյ: նակ

Ե

5

Ը

6

Թ

7

Ժ

nes, inquit, animæ, cùm hinc emigrauerint, ad terribile illud ducentur tribunal. Et Hieronymus in cap. 2. Ioëlis; Quod, ait, in die Iudicij futurũ est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur.

Obijcit secundò: *Inquit Dominus Matth. 25. quòd in die nouissima sedebit Filius hominis in Sede maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes; & separabit eas ab inuicem; & tũc dicet illis, qui à dextris eius erũt: Venite benedicti Patris mei, percipite paratum Vobis Regnum à constitutione Mundi. illi verò, qui erunt à sinistris, audient: discedite à me maledicti in ignem æternum. igitur manifestũ est, tunc futurum esse Iudicium, & operum retributionem recipiendam; & non anteà.*

Respondetur, die nouissimo futurum esse Iudicium, & examen omnium hominum generale, quo omnes simul à Christo palàm iudicabũtur, & cuilibet præmia, vel pœnæ publicè reddentur, & hoc est, quod probant tum illa, tum aliæ Scripturæ; quæ tamen minimè negant, ante generale illud Iudicium præcedere aliud particulare, quo singulæ animæ, à corporibus separatæ, illicò post mortem à Deo priuatim iudicentur vel in Infernum amandari, vel in Cælum statim admitti, vel esse admittendas, postquàm fuerint pœnis purgatorijs expiatæ.

Inflat: *Si statim post mortem quilibet iudicatur: & redditur Vnicuique retributio secundùm eius opera: ergo frustrà iterabitur à Christo Iudicium in-*

nouis-

nouissima die. Si enim anteà omnis homo suam iam accepisset retributionē, profectò nullus remaneret homo tunc iudicandus.

Respondetur, Iudicium generale, etiamsi particulare præcesserit, non fieri frustrà: primò, vt totus homo, ex anima, & corpore constitutus, iudicetur, & præmium, aut pœnam suam integram recipiat: nunc enim solùm animæ iudicantur, & præmij, aut pœnæ partem accipiūt. Secundò, vt clarificetur Filius hominis coràm toto Mundo, & qui in primo aduentu, tanquā reus, iniustè iudicatus fuerat, appareat in secūdo glorioſus, & iuſtus omnium Iudex. Tertiò, ad maiorem laudem bonorū, & ignominiam malorum: vt nimirùm Sancti, qui in suis certaminibus ſpectaculum facti sunt Mundo, & Angelis, & Hominibus, similiter etiam coràm omnibus illis victores pronuncientur; vt inquit Paulus 1. Corinth. 4. *Quoadusque Veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium; & tunc laus erit Vnicuique à Deo.*

Obijcit tertiò: *Anima, & corpus simul operantur tam bonum, quàm malum: ergo simul etiam remunerari, aut puniri debent.* alioquin alteri parti inferretur iniuria; quod esset iniustitia.

Respondetur primò, ante resurrectionem non tribui corpori præmium, nec pœnam; quia tunc non est gloriæ, nec pœnæ capax, qualis est anima separata; cui potiùs iniu-

ſti-

և առաք յիւր վարձանէն ոգիս ևս ելիցի յիւրոյ։] Ար 11

Չորրորդ՝ ասէ վարդապետ։ Սարդիանոս և մարմնով զորձ է գործեալ և պէտքն, ապա և հատուցումն զոր ծոց ոչ տանէ առանց մարմնոյն։] զի ոչ էր իրաւ է, միմիայն զանձն պատուել առանց մեռելոյն։

Պատասխանի. Եթէ առաջ քան դատաստանին ոչ վարձատրի և ոչ պատուի մարմինն, զի յոմանց ասի ոչ է վարձոյ, կամ պատուոյ ընդունակ, որպիսին է հոգին։ սակս այսորիկ ոչ էր իրաւ է, յանցաւորանալ հոգին մինչ և է յորում Եբ 12 պահ մարմնոյ վն ապրոյ նման զվարձն, որոյ նա էրգործանն։ Նման և դատելոյ վասն զի հոգի է առաքելոյն պա տճառ գործոյն Եթէ բարի, Եթէ չար. մանաւանդ զի նա միայն ոչնչ զանձն նեղեալ Եին կամաց որով լինի մեղք, կամ արդարանայ Եին։ վն այսորիկ ա ռաքելոյն պատուա է պատուել զհոգին, քան զմարմինն։

Հինգերորդ՝ ասէ վարդապետ։ Աշա քեանն պօղոս յերկրայնոց ըզԵնն. և զՏ. ան դլխին. և և շղ. առանն ասէ վն արդարոցն, որ յարքել մինչ և է մարդ պարգեան զոր կեցուցանելոց աբդ Յա 13 համ. Եթէ արդ առնեանքին վկայեալք և հատ ատոյն, չև և ա ընկալան զոր Եառան, այլ վն մեր զան ագոյն հատարեալ. զի մի առանց մեր կատարեացին։ Աշխ Եթէ արդ ոչ ին առեալ զվարձս վան առելոցն, յայտ է, Եթէ և ոչ այլ մարդիկ

զատ

flitia inferretur, ſi ad recipiendum præmium, quod illi ſtatim debetur, expectare deberet diem Iudicij, & vnionem cum corpore. Secundò, animam priùs remunerari, aut puniri, quia ipſa eſt potiſſima cauſa boni, vel mali; immò ad eſſentiam meriti, vel demeriti, quæ in electione voluntatis conſiſtit, non concurrit, niſi ſola anima. Tertiò, quia anima, & corpus non ſunt duo, ſed vnum ſuppoſitum; quod mauult ſecundùm alteram potiùs partem interim beari, quàm ſecundùm neutram: nec proinde aliqua ei infertur iniuria; nam volenti non fit iniuria, ſed inuitò.

Obijcit quartò: *Apoſtolus ad Hebræos* 11. *enumerans iuſtos ab Abel vſque ad Prophetas, ait: Et hi omnes teſtimonio fidei probati, non acceperunt repromiſſionem, Deo pro nobis meliùs aliquid prouidente, vt non ſine nobis conſummarentur. Si ergo illi nondum ſuorum laborum præmium acceperunt,* ne ſoli ſine alijs glorificati fuiſſent; *conſtat, nec vllum etiam Sanctum illud accepiſſe, nec vſque ad diem Iudicij accepturum;* vt tunc omnes ſimul glorificentur.

Reſpondetur, Apoſtolum hìc loqui de Beatitudine integra, & conſummata, animæ ſcilicet, & corporis ſimul; cuius repromiſſio non accipietur à Sanctis, niſi die Iudicij vniuerſalis, quando omnes iuſti ſecundùm animam, & corpus integraliter glorificabuntur: & ideò ſubdidit: *Vt nõ ſine nobis conſummarentur,* id eſt, beatitudine cõſummata, eſſẽ-

tiali, & accidentali, animæ vtique, & corporis ſimul. Cæterùm hic nõ negat Apoſtolus, Sanctos ante reſurrectionem ſecundùm animas eſſe beatos beatitudine partiali, & eſſentiali, quæ in viſione, & fruitione Dei conſiſtit: immò hoc aſſerit pluribus in locis, vt ſuprà viſum eſt §. 2. ac præſertim in hoc ipſo capite 11. ad Hebræos, vbi paulò antè de ijſdem iuſtis loquens, dicit: *Qui per fidem deuicerunt Regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones.*

Ժդ 14

Obijcit quintò: *Dæmones dicebant Chriſto, Matth. 8. Veniſti huc ante tempus torquere nos. & Lucæ 8. Rogabant eum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent: ergo ſi Dæmones nondum puniuntur, ſed puniendi reſeruantur in diem Iudicij; certè id m de prauis hominibus dicendum erit. Liquet ergo, particularis Iudicij aſſertores ipſis adhuc peiores eſſe Dæmonibus: ſiquidem iſti credebant, Iudicium vnica ſaltùm die, ſcilicet nouiſſima, eſſe futurum; illi verò denegant.*

Ժե 15

Reſpondetur, quòd ſicut ſancti Angeli iam nunc glorificãtur in Cœlis, & Dei faciem intuẽtur, ex Saluatoris noſtri teſtimonio, qui ait Matt. 18. *Angeli eorum in Cœlis ſemper vident faciem Patris mei.* ita conſequẽter perſpicuum eſt, omnes rebelles Angelos tam pœna damni, quàm pœna ſenſus iam nunc puniri. & licet Dæmones aliqui nõdum in abyſſum demerſi ſint, ſed ad noſtram exercitationẽ in aëre hoc noſtro verſentur; adhuc tamen ijſdem excru-

Ժզ 16

cian-

ciantur pœnis, & secum suam Gehennam portant: quanquàm pœnarum suarum complementum, quod nunc timebant, dicentes: *Venisti ante tempus torquere nos*; habebunt in die Iudicij, quando Inferorum carceribus concludentur. Faxit vero Deus, ne Vartanus ipse, qui, vt peccatorum, & Dæmonum pœnas negaret ante finale Iudicium, ipsorum adhuc Dæmonum testimonio niti pertinaciter voluit, eas nunc acriores, quàm illi, sentiat, & malo suo confiteatur.

Obijciunt vltimò reliqui Magistri communiter verba illa Apoc. 6. *Vidi subtus Altare animas interfectorum propter Verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant: & clamabant voce magna dicentes: Vsquequò Domine (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conseruicorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Vndè colligunt primò, animas Sanctorum Martyrum nõ in Cælo quidem, sed *subtùs Altare* visas à Ioanne quiescere, hoc est, in loco aliquo sublunari, siue is aër sit [1]; siue Paradisus terrestris [2]; siue altaria ipsa [3]; siue tandem (vt quidam alij putauerũt) locus subterraneus, & amænus, similis Cãpis Elysijs [4]. Secũdò, eas, vbicunque sint, nõdum esse beatas, sed expectare, vt glorificentur, diẽ Iudicij, quãdo numerus Martyrum expletus erit.

1. Sic exponunt Armeni Magistri communiter.

2. Tertullian. lib. de anima sub finem.

3. Vigilãtius & Caluinus, qui eas dicũt sub altari quiescere, & quasi dormire.

4. Victorinus, & alij.

ciantur pœnis, & secum suam Gehẽnam portant: quanquàm pœnarum suarum complementum, quod nunc timebant, dicentes: *Venisti ante tempus torquere nos*; habebunt in die Iudicij, quando Inferorum carceribus concludentur. Faxit verò Deus, ne Vartanus ipse, qui, vt peccatorum, & Dæmonum pœnas negaret ante finale Iudicium, ipsorum adhuc Dæmonum testimonio niti pertinaciter voluit, eas nunc acriores, quàm illi, sentiat, & malo suo confiteatur.

Obijciunt vltimò reliqui Magistri communiter verba illa Apoc. 6. *Vidi subtus Altare animas interfectarum propter Verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant: & clamabant voce magna dicentes: Vsquequò Domine (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiẽdi sunt, sicut & illi.* Vndè colligunt primò, animas Sanctorum Martyrum nõ in Cælo quidem, sed *subtùs Altare* visas à Ioanne quiescere, hoc est, in loco aliquo sublunari, siue is aër sit [1]; siue Paradisus terrestris [2]; siue altaria ipsa [3]; siue tandem (vt quidam alij putauerũt) locus subterraneus, & amænus, similis Cãpis Elysijs [4]. Secũdò, eas, vbicunque sint, nõdum esse beatas, sed expectare, vt glorificentur, diẽ Iudicij, quãdo numerus Martyrum expletus erit.

Reſpõdetur, in hac viſione Symbolica pro altari holocauſtorũ terreſtri, in quo corpora Martyrum immolata, & ſepulta ſunt, ſignificari altare thymiamatis Tẽpli Cæleſtis, in quo propriè animæ ipſorum, ſtolis albis indutæ, hoc eſt, cęleſti gloria coronatæ, quieſcunt. idque ſatis declaratur ex eo, quod de ijſdem Martyribus ſubditur cap. 7. *Hi, qui amicti ſunt ſtolis albis, qui ſunt? & Vnde Venerunt?* & reſponſum fuit: *Hi ſunt, qui Venerunt de tribulatione magna, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni: ideò ſunt ante thronum Dei, & ſeruiũt ei die, ac nocte in Templo eius.* In hoc igitur Cæleſti Templo aſſiſtunt beatæ animæ apud altare thymiamatis, offerentes Deo thymiama laudũ, & orationum: quod clariùs etiam explicatur cap. 8. dum dicitur: *Et alius Angelus Venit, & ſteteit ante Altare, habens thuribulum aureum: & data ſunt illi incenſa multa, Vt daret de orationibus Sanctorum omnium ſuper Altare aureum, quod eſt ante thronum Dei.* Itaque apud hoc Altare *datæ ſunt illis ſingulæ ſtolæ albæ*, quæ gloriam animæ ſignificant: *& dictum eſt illis, Vt requieſcerent adhuc tempus modicum*, &c. nam alteram ſtolam, id eſt, gloriam corporis, poſt reſurrectionem habebunt; vt exponunt Gregorius Papa in 4. Pſal. pœnitent. Auguſtinus Serm. 4. de feſto Innocentium; Beda, Anſelmus, & alij Expoſitores, in hunc locum.

Ի 20

Եւ 21

Եր 22

մինչեւ սպասաւորացեալքն եւ ընկերացն; նոցանակի սեղանն խնկարկութեան եւ կամին առաջի աթոռոյն յաչս հրեշտակին որ ելանէ առաջի Աստուծոյ. եւ ելից հրեշտակին զխունկսն աղօթս սրբոցն ի ձեռանէ հրեշտակին առաջի Աստուծոյ. եւ ա. հրեշտակն առ զխունկսն եւ լցոյց զնոսա ի հրոյ սեղանոյն եւ արկ յերկիր. եւ եղեն որոտմունք եւ ձայնք եւ կայծակունք եւ շարժումն մեծ. եւ ա. հրեշտակն որ ունէր զաստղն զանգեղն եւ ի ջուրս բազումս. զի մարեսցի երրորդ ջուրցն եւ ի վիրապէ անդնդոյն, որ ի առաջի սատանայ ։] եւ ա. հրեշտակն առ սուր սեղանն առաւել խնկարկութեան սրբոցն արկանելի ի սեղանոյն որ առաջի Աստուծոյ. ոգ նշանակէր զխունկս հոգւոյն ։ եւ առաջի նոցա. զի հանդերձեալն մտցէ ի ժամանակն, եւ այլն. քանզի զխունկս արկանելի լինի. յայտ. զխունկս մատուցանէ, ուրախացեալ յետ յաղթութեան ։ եւ յայտ մինչեւ արդարոց հարցմանն ի. ը. ժ՚. ոգւոյն արձակեալ ասպարէզ եւ սկիզբն առնէ ա. ժ՚ ձառն առնի անուանեալ հանգոյն բնդհանրական. եւ բնդհանրացեալ նոյն ընդ այլ մինչեւ ի առնչեսցո զա լուսաւ այս ։

AN BEATI VIDEANT IN CAELO

Diuinam Essentiam?

QVAESTIO INTER ARMENIOS OCTAVA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quæstionis.

§. I.

NEGANT Armeniorum nonnulli, Deum per essentiam videri posse, aut vnquàm ab intellectu creato visum iri; vt apud Riccardum Armacanũ lib. 14. cap. 1. Ioannes, Episcopus Clatensis Maioris Armeniæ, refert in hæc verba: *Tenent Armeniorum aliqui, quòd nulla creatura possit diuinæ naturæ ita vniri, vt nuda, & clara visione intuitiua eam cognoscat: nec nostram finalem beatitudinem in futuro, aut Angelorum sanctorum in præsenti,*

ſenti, dicunt, conſiſtere in huius clara,
& nuda viſione diuinæ ſubſtantiæ: ſed
affirmant, finalem creaturæ rationalis
beatitudinem in hoc eſſe; quòd cogno-
ſcat perfectè, ſupernaturaliter illumi-
nata, quòd Deus non eſt aliquid en-
tium; ſed eſt ſuper omnia omninò in-
uiſibilis; ſine hoc, quòd ipſum clarè,
& nudè videat. Et hanc ſuam aſſer-
tionem adſcribunt ſuis antiquis Doc-
toribus, & præcipuè B. Dionyſio in ſuis
Opuſculis.

Similia tradũt alij Scriptores, præſertim Guido Carmel. lib. de hæreſibus, verbo, *Armeni*, dicens: *Aſſerunt, Beatos eſſentiam Dei non videre, ſed claritatem quandam illius eſſẽtiæ; in qua viſione affirmant ſupremã conſtare beatitudinem.* Et quòd ita, præcipuè ſenſerit, ac docuerit Vartanus, colligitur ex illis verbis Clementis Papæ VI. in Reſcripto * ad Conſolatorem, Armeniæ Patriarchã: *Scire volumus, ſi credidiſtis, & credis tu, & Armeni, qui tibi obediunt, Vartanum, &c. qui ſcripſit, ac docuit, quòd nec ſanctæ animæ Deum per eſſentiam beatificè videbunt, &c. fuiſſe hæreticum, & hæreſiarcham peſſimum.*

* Clem. VI. Epiſt. ſec. tom. 10. pag. 73.

Adſcribunt autem hanc ſuam ſẽtentiam Diuo Dionyſio Areopagitę; quòd ille ſæpiùs in lib. de Cæleſti Hierarch. & alibi, appellauerit diuinã eſſentiam, *inintelligibilem, inuiſibilem, ininueſtigabilem*, &c. ac dixerit, *Angelos intueri diuinum radium, claritatem diuinæ lucis*, & ſimilia. In eundem errorem incidit tempore Innocentij III. Petrus quidam Abailardus, qui dixit, Deum per eſſentiam

tiam videri non posse; quem sequuti sũt postea Arnaldus, & Almaricus, vt refert Alfonsus de Castro lib. 3. aduersùs hæreses tit. *Beatitudo*.

AFfirmãt verò Catholici, docentes supremam illam, & incõprehensibilem Dei essentiam, quãuis ab intellectu creato adequate circumscribi, & comprehẽdi nequeat, posse tamen ab illo supernaturaliter intuitiuè videri: immò quòd sic de facto à Beatis in Cælo videantur definitum de fide primò fuit post longas disputationes à Benedicto XI. in Extrauagãti, quæ incipit: *Benedictus Deus*: cuius hæc verba sũt: *Authoritate Apostolica definimus, quòd secundùm Dei communem ordinationem animæ Sanctorum omnium &c. etiã antè resurrectionem corporum, & Iudicium generale, post Ascensionẽ Domini nostri Iesu Christi in Cælum, fuerunt, sunt, & erunt in Cælo, Cælorum Regno, & Paradiso Cælesti, cum Christo sanctorũ Angelorum consortio aggregatæ: ac post Christi Iesu passionem, & mortem Viderunt, Vident, & Videbunt Diuinã essentiam immediatè, sè benè, & clarè, & apertè illis ostendentem: quòdq; sic Videntes eãdem diuina essentia perfruuntur: nec non quòd tali Visione, & fruitione eorum animæ, qui iam decesserunt, sunt Verè beatæ, & habent Vitam æternam, & requiem; & omnium illorum, qui postea decedent, eandem diuinam Videbunt essentiam, ipsãque perfruentur ante Iudicium generale.* Definitum hoc iterùm fuit deinde à Concilio Florentino, sess. vlt. verbis illis: *Definimus, Beatorum animas*

mas intueri clarè ipſum Deum Trinũ, & Vnum, ſicuti eſt, pro meritorum tamen diuerſitate alium alio perfectiùs. Cui etiam definitioni conſenſerunt (vt ſuprà diximus quæſt. 5. nu. 25.) Armeni Patres, ad idem Concilium legati ab ipſorũ Eccleſia. Hæc igitur vera ſententia probãda mox eſt.

QVOD BEATI VIDEANT In Cælo diuinam eſſentiam,

PROBATVR PRIMO Ex ſacris Scripturis.

§. II.

EXodi 33. Moyſi, quærenti videre faciem Dei in hac vita, reſponſum fuit: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.* Et rurſùs ibidem, Moyſi dicenti: *Oſtende mihi gloriam tuam:* reſpondit Deus: *Ego oſtendam omne bonum tibi.* Quodnam autem eſt omne bonum, niſi Diuina eſſentia? ex quibus verbis manifeſtè colligitur, Deum promiſiſſe Moyſi viſionem ſuæ eſſentiæ, ſed poſt hanc vitam.

Iſaiæ 33. *Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur Veritatem: qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus ſuas ab omni munere: qui obturat aures ſuas, ne audiat ſanguinem, & claudit oculos ſuos, ne videat malum: iſte in excelſis habitat, & munimenta ſaxorum ſublimitas eius, & panis ei datus eſt, & aquæ eius fideles ſunt: Regem in decore ſuo videbunt*

oculi

ահիւսանապատ ընդ Քէս այսմիկ հաճել նեցին և առաքապետին հաղքն հայոց. ոչ կկիղելոյն ի բնական առաքելոյն առ նոյն սրբազան Յովհ. բան առաջ ի Ե. Է. Եզր" վիճաբանութեանն առաջաբան. և ցուցաբ աձախոսելոց:

ԲՒ ԵՐԿՆԵՒՈՐ

Հոգևոր առաւելն ի յերկինս զէութիւն այլ.

ՅՈՒՅԵՑԱԿ

Ելոհ վկայութիւբ ամ աշխարհ պրոյն:

Պրակ. Բ.

Ի Հ-ծոյն ելոյ. ԼԳ. ծրգ" գլխէն. խնդրեալ մովսէս առնառնել զքեռ ամ ի դէմառ առաջ. պատասխանեն ետ նմա ամ. և առաջ: Ոչ կարցես առնառնել զերեսս իմ. զի ոչ առնառնիցէ զինս մարդ, և կեցցէ:] Եւ դ'ել ի նմա էոյ առէ մովսէս. ցոյց ինձ զփառս քոյ: Եւ պատասխանեաց ետ ամ: Եւ ցուցից զքոյ զամ բարի քեզ:] ԵՀԷ ոչ ամ-ասէն էութիւն: յորոյ բանից յայտ լինի. Թէ ամ-ծոյ առաջաւ մովսէս զառնառնէն էութեանն բնական. բայց ոչ ի դէմառ առաջ. այլ ի հանդերձեալ-ն:

Ես-յ" առէ եսայեաս ի. ԼԴ. ծրգ" գլխէս Ես զնոյ արգարոյ ընթ, և խօսի ուղղութիւն զանապարհէ. ոչ առէ զանօ բնութիւն և զանխրատութիւն, և ընդ թաւիթ զձեռս իւր ի կաշառից. ոչ ժողովի զլսելոյ զարիւն արիւն, և խնամ-զաչս իւր ի մի առնել զանխրատութիւն. նմա բնակիցէ ի բարձր ապր ի վէմի հաստատուն. հաց տացի նմա. և ջուր հաստատուն հաւատարիմ. զեղ-ապատ-ոյն փառաւոր առնա

oculi eius, cernent terram de longè.

Pſalm. 35. Dauid Propheta, finalem beatitudinem noſtram prænuncians, ait: *Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Et cauſam immediatè ſubijciens: *Quoniam*, inquit, *apud te eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: non quidem creatum, de quo Iſaias c. 6. *Non erit tibi Sol amplius ad lucendum per diem, nec ſplendor Lunæ illuminabit te* (namcreati luminis viſio non poteſt eſſe noſtræ beatitudinis cauſa): ſed increatum, quod ſcilicet fons vitæ eſt, & de quo ſtatim idem ſubdidit Iſaias: *Sederit tibi Dominus in lucem sẽpiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.*

Item Pſal. 41. *Quemadmodùm deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus: ſitiuit anima mea ad Deum fortem vivum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Cupiebat Propheta ante faciem Dei apparere; non ſcilicet ab illa videri, cuius quidem oculis ſciebat, *omnia nuda eſſe, & aperta*, vt dicitur ad Hebr. 4. ſed illam clarè videre. ſolet enim etiam dici, apparere aliquem ante faciem alicuius, cùm huius faciem apertè videt.

Item Pſal. 83. *Beati qui habitãt in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te: beatus vir, cuius eſt auxilium abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in Valle lacrymarum, in loco, quem poſuit. Etenim benedictionem dabit Legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deo-*

rum in Sion: in illa nimirùm, quæ ſursùm eſt, Ieruſalem, & libera, quæ eſt mater noſtra, ad Galat. 4. Illuc enim ex hac lacrymarum valle gradatim per virtutes aſcendere dicitur homo, vbi tandem Deum Deorum videbit. Ղ 6

Matth. 5. Chriſtus ait: *Beati mũdo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Et rursùs cap. 18. *Angeli eorum in Cælis ſemper vident faciem Patris mei.* Quibus fanè verbis quid clariùs ad propoſitum deſiderari poſſit, non video.

Ioann. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum*: hoc eſt, Diuinitatem meam nudè, aperteque illi ſpectandam exhibebo. nam & eius humanitas iam manifeſta erat hominibus; & gloria humanitatis manifeſtabitur etiam improbis in Iudicio; & Diuinitas quidem eius cognita adhuc erat, & eſt in hoc Mundo à diligentibus eum, ſed non clarè, ac manifeſtè videbatur: ſolùm igitur ſupereſt, vt claram hanc ſuæ Diuinitatis viſionem tunc Chriſtus promiſerit dilectoribus ſuis. Է 7 Ը 8

Eiuſdem cap. 17. *Pater, quos dediſti mihi, Volo, Vt vbi ego ſum, illic mecum ſint; Vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi; quia dilexiſti me ante conſtitutionem Mundi.* Quòd autem claritas hæc ſit Diuinitas, illi ab æterno à Patre communicata, colligitur manifeſtiùs ex præcedentibus verbis, quibus dixerat: *Et nunc clarifica me tu Pater, apud temetipſum claritate, quam habui, priuſquã*

Mun-

եբրեւ ասաւնձանօք՝ ի յերկինս. ուր և զնա հրեշտակացն տեսանէք:

ՀԱ—ԿՀ՝ ի մեծ. Ը. Նոր՝ գլխոյ ասէ: Հրաման որ սէ ին սուրբք. զի նոքայն զնա տեսցեն:] Եւ ԿՀ՝ ի. Ժը. Նոր՝ գլխոյ ասէ. Հրեշտակք նոցայ յերկինս հաճատպաղ տեսանեն զերեսս հօր իմոյ:] ԱՀա՛ յերկոսին տեղիս վկայութիւն բերի յայտնապոյն է՛ զան զլոյսն սրբեալան:

ՀԱ—ԿՀ՝ ի յոհաննու. Ժգ. Նոր՝ գլխոյ ասէ: Ով որ սիրէ զիս. սիրեսցի՛ ի հօրէ իմմէ. և Ես սիրեսցեմ զնա. և երեւեցուցից նմա զիս:] յր պատճառ ոչ ին իմ տալ նմա յայտնապէս տեսանել. բայց միայն դիտելի՛ նորա ահա երեւելի էր ամենեցուն. և փառք միայն դիտելի՛ յայտ լինելոյն և ամբարշտաց յոր ուր պատահանին. նա և նորա ոչ ին ձանաչել չէալէր և ձանաչելի յայտնի աշխարհիս՛ի սիրողաց իւրոց. բայց ոչ յայտնի էրեւեցոյց: ուրեմն ասպն զայս յայտնի տեսուի՛ ոչ ին ուրեք ամենեցուն իւրոյ միայն խոստացեալ յայտնի քն սիրելեացն իւրոց:

ՀԱ—ԿՀ՝ ի յհուա. ԺԷ. Նոր՝ գլխոյ ասէ: Հայր՝ զոր ետուր ինձ, կամիմ զի ուր եմ եմ, և նոքայն իցեն ընդ իս. զի տեսանիցեն զփառսն իմ, զոր ետուրն ինձ. զի սիրեցեր զիս առաջ քան զլինել աշխարհի:] ԱՀա՛ զի փառքն այն էր ինձն ոչ ին, զոր ի յաւուրց ա՛ էր սորին ի հօրէ. ետուր նոյն քն՛ ի բանն առաջագոյնս, ասելով. Եւ այժմ փառաւորեա զիս հայր, առ՛ ի քէն փառաւքն զոր ունէի առաջ քան զլինել աշխարհի:] յր. յայտ սպան այժմ զնա ոչ ին իմ, զոր՛ ի քէն և ընդ քեզ ունէի յաւուրս սպան զանստանզի զիս ետուր. յր. զնա այն ոչ ին իւր

կա

Mundus esset, apud te. hoc est, notam fac Mundo Diuinitatem meam, quã à te, ac tecum habui ab æterno. Hãc igitur increatam fui ipsius claritatẽ, diuinam scilicet essentiam, voluit Christus, vt Beati viderent in Patria; & nõ creatam nescio quam eiusdem Diuinitatis lucem, in cuius visione, asserunt aduersarij, Beatitudinem nostram consistere, contra id, quod in eodem capite Veritas ipsa expressè testatur, dicens: *Hæc est autem Vita æterna, Vt cognoscant te solum Deum Verum:* quasi dicat: vita, & beatitudo æterna in hoc consistit, vt te solummodo Deum trinum, & vnum, & non aliud præter te, cognoscant.

1. Corinth. 13. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem Venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Dicitur hic ab Apostolo beata visio in Patria facialis, & perfecta, quia est intuitiua Dei, & immediata inter Deum, & animam; ad differẽtiam cognitionis abstractiuæ, qua nunc cognoscimus Deum ex parte, hoc est, obscurè, imperfectè, & mediatè per effectus creatos, aut per fidem. Tum quia apertè dicit Apostolus: *Cognoscã, sicut & cognitus sum.* aut ergo Paulus non cognoscebatur tunc à Deo intuitiuè, aut etiã intuitiuè cognoscendus erat Deus à Paulo; nisi mentitum velimus hic Apostolum.

2. Corinth. 5. *Scientes, quoniam dum ſumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, & non per ſpeciem.* quid hoc indicat? niſi, quòd egreſſi ex hoc corpore, non peregrinabimur à Domino, nec per fidem, ſicuti nunc, ambulabimus, ſed per ſpeciem, diuinam ſcilicet eſſentiam clarè ſpectantes. ideò ſubijcitur: *Audemus autem, & bonam Voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præſentes eſſe ad Deum.* Anne Paulus in corpore præſens non erat Deo? præſens vtique & loco, & viſione paſſiua, qua videbatur à Deo; ſed non præſentiâ claræ viſionis actiuæ, quam ſperabat in patria.

Hebr. 12. *Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo Videbit Deum.* ergo à puris, & ſanctis animabus Deus videri poteſt.

Ioann. Apoſt. Epiſt. 1. cap. 3. *Nunc filij Dei ſumus; & nondum apparuit, quid erimus. ſcimus, quoniam, cùm apparuerit, ſimiles ei erimus; quoniam Videbimus eum, ſicuti eſt.* Non itaque cognoſcitur Deus à Beatis obſcurè, & negatiuè ſolummodò, nõ eſſe ſcilicet aliquid entium creatorũ, vti dicebant Armeniorum nonnulli; ſed videtur clarè, & poſitiuè, ſicuti eſt in ſe trinus, & vnus.

Apoc. vlt. *Sedes Dei, & Agni in illa erunt* (hoc eſt, in cæleſti Ieruſalem); *& ſerui eius ſeruient illi, & Videbunt faciem eius; & nomen eius in frontibus eorum: & nox vltrà nõ erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lu-*

Ֆբ 12

Ֆգ 13

Ֆդ 14

բեան] հաղթ՝ այսու հետեւ. մի՛ եւս հա- ԺԸ
կառակ լինիր ճշմարտութեանն ած այն 15
առաքեալ. որ զքեզ ուսուցանէ. զի
որքոյ երանութիւն ոչ կարեմայ ի տես
նանել զլոյս առեղծեալ. այլ զնա այն
հուիչն, և զլոյսն անառեղծ. որ է
աիբ աած ։

ԵՐԿՐՈՒՐԴ.

Յոյցանի վկայութիւք սրբոց հարցն.
զոյս ընդունել նիկեցիցն
հայոց ։

ԳԼՈՒԽ Զ.

ՈՒրբ վկայէ յոհաննես ի տրա ա
մաբանութեանն ընդ տրիփոնի 1
ասէ: հաղթ աած ոչ կարէ տեսանել մարդ
ճառ ոք աչօք, որպէս կենդանիքդ. այլ
մտօք միայն, և բանական աչօքն ։] Եւ
ի նոյնէ դնէ ասէ: Հարցին մեզ անհամար
է. հասանելոյն մասն ինչ քրիստոնեայ մեզ
առանց այլոցն լինել: և որպէս սոյն անսասան
գնած. յիշ. զինչ ինքն. նոյնպէս և մեք
կարենք զնած ունելոյն մասոք տեսա-
նել. և այնու զկնի անս երանելոյս առա-
քելոյ ։]

ԱՅլն երկրորդ է. Է. երդ՝ դիմս ընդ- Բ
դէմ հանդուրանած ոչ. Ի երդ՝ գլխոյն ա 2
ակ: Երբեմն մեզ առաքեալդ զերկնա
ւոր ինդանոց. և ուրախանայցէ ան
ձառելի ուրախութիւնբ առաքելով ուս
ուցեալ ։]

ԱՅլն հիպոլիտոսի գիտս յիշէ մարդ
արեալ ընծայ. ի յեսուէ գլխոյն ասէ:
Ոչ յարի արմատաբոյս է. ոչ յարի
ազգաւ է. երանելի առաքեալ ուրախ. Եւ
նովին ի վկայ և նորոգ է ցս փառա-
ւոր. փակիլ յանհաւատից ակն զուգս, որ
չէ մարդեկս առաքեալն. և փառ է ազ
գանալ զգազան. զի առ ոչ ։]

ԱՅլն

lumine Solis; quoniam Dominus Deus illuminabit illos; & regnabunt in secula seculorum. Et dixit mihi: hæc verba fidelissima sunt, & vera. Ex his deniq; discas, non contradicere sacrarũ Scripturarũ veritati, quæ docent te, Sanctorum beatitudinem non consistere in visione creati luminis, sed essentiæ diuinæ, & luminis increati, quod est *Dominus Deus*.

PROBATVR SECVNDO Ex Patribus, quos suscipit Armena Ecclesia.

§. III.

IVstinus Martyr in Dialogo cum Tryphone sub princ. ait: *Atquì Deus, inquam, non oculis ipsis, vt animantia, cerni potest; sed sola mente, & ratione comprehenditur.* Et clariùs infrà: *Quæ tandem nobis est cognatio? an etiam animus diuinus, & immortalis est, atq; illius ipsius regiæ mẽtis particula: vt autem illa Deum cernit, sic nobis licet mente nostra Diuinitatem percipere, atque ex eo demùm vitam beatam adipisci? certè, inquam.*

Irenæus lib. 5. aduersùs hæreses, cap. 7. *Facies*, inquit, *nostra videbit faciem Dei viui, & gaudebit gaudio inenarrabili, videlicet cùm suum videat gaudium.*

Cyprianus in lib. de Exhort. Martirij cap. vlt. *Quanta*, inquit, *est dignitas, & quanta securitas, exire hinc lætum; exire inter pressuras, & angustias gloriosum; claudere in momento oculos, quibus homines videbantur,*

& aperire eosdem ſtatim, Vt Deus Videatur, & Chriſtus.

Hilarius in Comment. ſuper Mat. cap. 4. Mundis corde, ait, conſpectũ Dei ſpondet: (nihil enim pollutum, & ſordidum ad occurſum diuinæ claritatis inſiſtet; & ad conſpectum Dei acies abſolutæ mentis hebetatur): eos ſcilicet & viſus, & occurſus Dei eſſe patientes, quibus per animi nitorem, ac Vitæ puritatem poteſtas eius ſit contuendi: non enim, niſi ſpiritu perfecti, & iã mortalitate immunati (quod ſolis mũdis corde diſpoſitum eſt) hoc, quod in Deo eſt immortale, cernemus.

Baſilius Orat. 20. de Principatu, ac Potentia: Quòd ſi thronum, inquit, quem expoſuit Ezechiel, nempè Seraphim nequeamus comprehendere; eum, qui huic inſidet, nimirùm Deũ, qui in conſpectum non cadit, quomodò amabò comprehendemus? nam facie ad faciem, & perfecta cognitio incomprehenſibilis Maieſtatis Dei in futuro ſeculo dignis exhibenda promiſſa eſt; nunc verò, ſiue Paulus quis ſit, ſiue Petrus, cernet quidem ea Vere, quæ videt, nec errat, neque imaginatur; per ſpeculum tamen, & Veluti in ænigmate cernit: & id, quod nunc ex parte aſſequitur, grato animo ſuſcipit: perfectam autem cognitionem in futurum magno cum gaudio expectat.

Nazianzenus Orat. in laudem Baſilij, in fine: Nos, inquit, poſteaquàm ex hac Vita migrauerimus, tuis tabernaculis excipe; Vt ſimul Viuenter, ſanctam, ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam ſpeciem, & imaginem accipimus, puriùs, pleniùſque cer-

Ա՛ր հելագիոս՝ ի սեհնութենան
մեռանի. գ. ըստ՛՛ գլխա ասէ: Նոցայ,
որ սիր են սրտիւք, զոր առաքեալն խոս
տացաւ՝: բանզի ոչինչ պիղծ և յաղ
տղի կարէ կալ դէմ յանդիման աստ-ոյ
ին մարգարէից. և առ՝ ի սեռանել
զնա՝ միտք յաղտաւոյէ բանդրանայ:
ոստն և նոցայ հայեցուածքն այ աստ
ուածին, որք սրտիւք հոգեւոյ, և մաք
րութիւք կենցաղ կատարէք նկնն զնա՛ տես
նել: վա՛ զի ոչ է՛նէր այ զանմահա
կան զնացդ տեսցուք, ևթէ ոչ հո
գով կատարեալք, և՝ ի մեհկանալ
յուէս փոխոխեալք: եսկ սրտին սիր են
սրտիւք այս հոմանկոխ:]

Ա՛ր բասիլիոս՝ ի. ե. գլխ՛՛ ճառն յիշ
խանութիւն ասէ: Օի ևթէ զանձուն
այ. յի. զսէրուբէն. զոր պատմեացն
ևզեկիել. ոչ կարեմք մոզ այժմ ըմբռ
նել, զնացդ զանբաւ և զանըմբռնելին
այն, որ ևաստ՝ ի վե՛ր այլ ոչ ևս ոչ, ևս
բանիացուք: զի ևթէպէս կատարեալ
դէմ յանդիման տեսութիւն անըմբռնե
լի մեծութեան այ խոստացեալ հղէ ա՛ր
ժանաւորսյ՝ ի հանդ երանեալ աշխար
հին. այլ սահայն՝ ինքնիշխութիւն, թէ
որչափ ոք իցէ, համ ևթէ պետրոս, զոր
ինչ տեսանէ, տեսանիցէ արդեօք ճշ
մարտապէս. և ոչ մոլորի. և ոչ պատրա
նքել. բայց ըստ հոգելի օրինակաւ
տեսանիցէ: և զոմինչ միտք՝ ի շատ
այժմ ընդունի. շնորհակալ հոգւով
զայն ընդունի. բայց կատարեալ տես
ութիւն՝ ի հանդերձեալ կեանս սպասէ
մեծ ա՛ւ խնգութիւ:]

Ա՛ր գրիգոր աստուածաբան՝ ի գովա
բանութիւն բասիլեոսի՝ ի վերջն
ասէ: Եւ յետ երանելոյ մերոյ յոտան
կեանցս ընկալ զմեզ՝ ի յարկս քոյ. որպէս
զի զամենայն աստուածային երջանկու-

զոր

ղոր այժ ընդ հայելն օրինակաւ. եւ փո-
քր ի շատէ խնդութեամբ, կարասցուք ի
միասին լինել ընդոյն եւ պարզապէս առնա-
նել. եւ ի կատարած հասանել ցանկու-
թեացն մերոց:] Եւ դարձեալ ի. Յե. եկն"
ասացեալ որ ճառն ասէ: Կատարեալ ու-
րախութիւն ինչ է: հնար երանեալ
յաղագս Աստուծոյ երկնից: եթէ երկնից ար
քայութիւն ինչ է եթէ արդեօք, ԼՔԷ ոչ
առաւել մեծ-ինն այլ. եւ զնա փառա-
ւորել ընդ հրեշտակս:]

Աբդն գրիգոր Նիւսացին ի գիրսն
յիգիպ երանութիւն ասէ: Երանութիւն
ի առաքինեալ այլ լինել: եւ հանդերձ
զայն առեալ. ԼՔԷ ոչ սէ եթէ սըբ
ասիւ:] Եւ ի ճառն յիգիպ մահու հան
ելանելն դարձեալ ասէ: Ասակս այսպիսի գրե
ցեալ. Քէ ըստ պատկերն այ մարդն
եղեւ. որպէս ի ձեռնամանուքն իւ-
րոյ առնուլ զայն, որում երևնոյ: եթէ
զայն առաւելոյն է հոգւոյ կեանք:]
Եւ դարձեալ ի ճառն ողբալոյն յիգիպ պոռ
ասաւ մեծ-ինն ամբակում, ասէ: Ոչ է ա
պաշտէ պշանդի եւ առաւելապատ երկնայ
ինն իրացն. այլ յինքն պատկերն իրոյ
եթէ հայի եւ բարեխօսեսցուս ընդ
ընդ հայելն օրինակաւ. այլ դէմ յան
դիման, եւ երեսօք ընդ երեսս դիմե-
ալ:]

Աբդն եպիփան ի գիրսն յիգիպ հնգ
ճառ. ի. հ. եկն" գլխոյ ուսուցա
նէ. ԼՔԷ ամենայն ոք ունելոյն է.
սակայն կարէ ի մարդկանէ եւ ի հրեշ
տակաց մտօք առնուլն ոչ ԼՔԷ բնու
նոյ զօրու-ՔԷ. այլ գիտելոյացն չի
ած-այնն չնորհօք եւ կարողու-ՔԷ: եւ
ի վկայու-ՔԻ այսպիսի առբերէ զայն.
եթէ հրեշտակքն նոցա յերկինս հանա
պազ առնուն զերեսս հօր իմոյ:

Աբդն ամբրոսիոս ի գիրս Ծն. յիգիպ

բ՝

cernentes, deſiderijs noſtris finem impo-
namus. Item in Iambico 15.

Felicitas quid? Viuere beatum
quid &

Cæleſte Regnum? Viſio ſummi
Dei,

Et cum beatis gloriam huic dare
Angelis.

Nyſſenus in lib. de Beatitudine: *Beatitudo*, inquit, *ex conſpectione*
Dei conſiſtit; atque Deum videre con-
tingit, ſi quis puro corde ſit. Item in
Tractatu de Infantibus, qui præ-
maturè abripiuntur, circa medium
ait: *Idcircò Scriptura dicit, ſecundùm*
imaginem Dei hominem eſſe factum;
vt per id, quod ſimile eſt, ſimile, opi-
nor, videret. Deum autem videre,
vita eſt animæ. Item Orat. funebri
in Magnum Meletium: *Non am-*
plius ſigno, & vmbræ Cæleſtiũ ſ uit;
ſed in ipſam rerum imaginem inſurtur;
non amplius per ſpeculum, atque per
tranſennam, & ænigma; ſed ipſe facie
cũ facie collata intercedit apud Deum.

Epiphanius hæreſ. 70. diſertè do-
cet, Deum, quamuis comprehen-
di nequeat, poſſe tamen videri ab
homine per diuinam potentiam, &
gratiam, licèt non per ſolam homi-
nis naturam: & loquitur non ſolùm
de modo, quo Deus à Prophetis vi-
ſus eſt oculis in ſpecie corporea; ſed
etiam de illo modo viſionis, quo mẽ-
te videtur ab Angelis, iuxta illud,
quod ibidem citat: *Angeli eorũ ſem-*
per vident faciem Patris.

Ambroſius de bono mortis lib. 11.
Ergo, inquit, *quia iuſti hanc remune-*
rationem habent, vt videant faciem

Dei

Dei, & lumen illud, quod illuminat omnem hominem. Idem docet lib. 1. in Lucam, explicans illud: *Apparuit ei Angelus Domini.*

Chryſoſtomus homil. 10. in epiſtolã 2. ad Corinth. *Si cogitatio illorum*, inquit, *quamuis obſcura ſit, tantam ſuppeditat voluptatem: cogita, quantam lætitiam nobis allatura ſit manifeſta ipſa comprehenſio. Beati, ac ter beati, qui illis bonis fruuntur: ſicut & miſerabiles, & miſerrimi, qui hiſce contraria ſubſtinent.* Item epiſt. 5. ad Theodorum lapſum: *Quid dicemus, quando rerum Veritas aderit? quando, reſeratis cubiculis adapertis, cõſpicere licebit ipſum Regem, non per ænigma, nec per ſpeculum, ſed facie ad faciem; non amplius inquam per fidẽ, ſed per ſpeciem.* Hoc idem aſſerit homil. 3. in epiſt. ad Philip.

Hieronymus lib. 18. in Iſaiæ caput 66. ſuper illud: *Videbitis, & gaudebit cor veſtrum*; ſic ait: *Videbant autem, haud dubium, quin Deum, quæ vera lætitia eſt: de quibus Dominus loquebatur: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt; cuius viſio perfectum eſt gaudium.*

ներգ՛ վիճաբանուԵԵ: Եւ բանք յո
ղովոյն քլօրէնցիոյ են այսոքիկ: Եւ
դ՚ն սահմանեմք. զի եթէ ճշմարտապէս
ապաշխարելոյն ի սէր սոյ վաղճանին նախ
քան զառնել զարժանի պտուղ ապաշ
խարուԵ զի անձնասպանն և նմին
քահապարսկան մեղայ ներելոյ. հոգիք
այնպիսեաց յիս սահմանին մաքրու
ղանան տանջանօք քահ ին: Եւ զի յայն
սեռէ տանջանացն զերծ ուն լինի ներ.
օգուտ եկեղեցւոյ կենդանեաց հաւատա
ցելոց բարեգործ ուԵնէքն. այլ. պատա
րագք մատուցմունք, աղօթք, ողոր
մուԵնէք, և այլ բարեգործ ուԵնէք բա
նեաց

E eos nõ egere precibus, aut precibus iuuari non posse: quod utrumq; Purgatorio repugnat. Post hunc apertè Purgatoriũ negauerunt Vualdenses (vt refert S Antoninus in Summa Theologica, parte 4. tit. 11. cap. 7. §. 2.); alijque Hæretici, tum Orientales, tum Occidentales, Lutherani videlicet omnes, & Caluinistæ, quos alioquin Armena Gens præ cæteris execratur.

AFfirmant verò Catholici cum Vniuersali Ecclesia, quæ, post hanc vitam Purgatorium esse, definiuit non solùm in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 66. verùm etiam in Concilio Florentino (quod fuit ab vtràque simul Ecclesia, Orientali scilicet, & Occidentali celebratum) sub Eugenio IV. sessione vltima, præsentibus, & consentientibus Armenis Legatis: cuius quidem Concilij verba sunt hæc: *Item definimus, si verè pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commissis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari: & vt à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, orationes, eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundùm Ecclesiæ instituta.* Quam denique Definitionem confirmauit etiam Concilium Tridentinum sessione 25.

ESSE PIARVM ANIMARVM PVRGATORIVM,

Probatur primò ex Armena Traditione.

§. II.

NIhil certè aut clariùs, aut vberiùs prædicat in Codicibus ſuis Armena Traditio, quàm in alia vita Purgatorium eſſe. Et primò Armenicum Menologium ſub die 18. Septembris, referens acta S. Gregorij, primi Armeniorum Epiſcopi, ſic habet: *Dixit Angelus Diuo Gregorio: Efficax nimiùm eſt Miſſæ Sacrificium ad animam liberandam: Velut enim Aquila, deſuper delapſa, illam, in manu Dæmonis exiſtentem, liberat, & antè Diuinitatem conſtituit.* Quænam verò anima, in manu Dæmonis exiſtens, Miſſæ Sacrificio liberatur, & ante Deum in Cælo conſtituitur? non illa quidem, quæ culpæ mortali obnoxia, & Deo inimica deceſſit: hæc enim vnà cum alijs damnatis *ignis æterni pœnam ſubſtinet*, ex Catholica Iudæ. neque illa, quæ aut nunquàm peccauit, aut per condignam pœnitentiam ab omni reatu culpæ, & pœnæ in hac vita perfectè purgata eſt: ſiquidem tales non in manibus Dæmonum, ſed *ſine macula ſunt ante thronũ Dei*, Apoc. 14. Supereſt igitur, vt ea ſolùm ſit, quæ vel peccato veniali obſtricta, vel antequàm de mortali remiſſo plenè per pœnitentiam ſatisfecerit, in Dei gratia migrauit ex corpore; & in Purgatorio detenta, vt à pœnis illis tẽpora-



pòralibus liberetur, & ad Cæleſtem gloriam introducatur, indiget Miſſæ Sacrificio, aut alijs viuorum ſuffragijs.

Secundò: Idem Menologium ſub die 30. Iunij, S. Philippi Apoſtoli obitum commemorat, dicens: *Philippus obijt Hierapoli: & quia Ciuitatem illam exeeratus fuerat, & in profundum demerſerat, manſit corpus eius ſuſpenſum quadraginta dies; anima verò eius cruciata fuit extra Paradiſum; donec, oblatis pro ea quadraginta Miſſarum Sacrificijs, exepta eſt à cruciatibus ignis, eique oſtium Regni Cæleſtis apertum eſt.* Quæ quidem verba nõ ad Purgatorium ipsũ, ſed ad Armenam de Purgatorio traditionem oſtendendam, nunc adducuntur: nam, cùm à nullo alio Hiſtorico in huius Apoſtoli vita referãtur, non dubito, quin fabuloſa ſint. Haud enim credibile eſt, Sanctum Apoſtolum (quem, narrat Metaphraſtes, *in patibulo ſuſpenſum, poſtquàm Hierapolim terremotu collabentem, & in profundum penè demiſſam, ab illa denique ruina ſuis ſupplicationibus liberaſſet, in manu Dei animam ſuam depoſuiſſe*: & de quo ait Chryſoſtomus: *Philippus Hierapolim conſeruat miraculis*) eandem Ciuitatem ita imprecationibus affeciſſe, vt ex hac culpa indigeret poſt mortẽ pœnas luere purgatorias.

Metaphraſt. apud Surĩũ, tom. 3. ſub die 1. Maij.

Chryſoſtom. homil. in 12. Apoſtolos.

Tertiò: In Armenico Giarrentir ſæpè adducitur Diuus Chryſoſtomus, de animabus Purgatorij loquens: præſertim cap. 23. hiſce verbis: *Non opus eſt, mortuos lacrymis,*

Chryſoſtom. homil. 41. in prior. ad Corinth.

& gemitu prosequi ; sed precibus, oblationibus, & eleemosynis placatum cum illis reddere Deum. non sunt hæc enim temerè excogitata ; neque frustrà eorũ, qui excesserunt, in diuinis Mysterijs meminimus, & pro eis rogamus Agnũ propositum, qui Mundi peccata tulit : sed Vt inde eis aliqua sit consolatio. neque abs re is, qui astat Altari, dum Veneranda peraguntur Mysteria, clamat pro omnibus, qui in Christo obdormierunt. nam si talia propter illorum expiationem non fierent, ne hæc quidem dicta essent. non igitur frustrà, sed ordinatione Spiritus sancti hæc fiunt. nam si filios Iob expiabat Patris Sacrificium ; quantò magis hoc ipsum animabus illis præstabit sanguis Christi ? ne fatigemur ergo Sacrificia pro illis offerre, eleemosynas erogare, Vt cum eis Deus concilietur.

Item cap. 38. Postquàm anima è corpore demigrauit, multa nobis precũ, & operum bonorum auxilia necessaria sunt. Vt enim per aërem sursum deducamur, egemus multorum Angelorum ope. nam si hic, in regionem longinquã profecturi, indigemus ductorum opera, quantò magis opus nobis erit auxilij, & comitatus, Vt tuti deduci, ac transire valeamus per Principatus, ac Potestates, & Mundi rectores tenebrarum harum, spiritus nequitiæ ? in eius quidem Viæ periculis indigemus ijs, qui opem, & auxilium ferentes, Valeant Vsque ad Cali ianuam incolumes nos deducere.

Item cap. 58. Ne mittamus ergo gemitus, & lacrymas post defunctos, sed potiùs preces, supplicationes, & Sacrifi-

ղ
7 մուտ ընե վասուց սքոյն : զի այլ պատ
սիչք ասեն . Ընկ սբն փիլիպպոս ոչ պա
տճէն զկատաղելոս . այլ աղօթս արար վա
ռոյն . և ապաւանաց զբազաքակից՝ ի
վերահասեալ հասից ընկղմանն . և հո
գի տայր ոչ չարչարեցաւ արտաքոյ էր
հնից . այլ ի փառս արբոյս ընկն փո
քոյ գոյց . քանզի սքն ասէրէն ոչ ու
ոան ի քէն անհնել . այլ օրհնել զհալա
ծիչս նուրց . և աղօթս առնել վա նոյ

ղ—ոյնի հայոց ճառընտրէն բա
զում ուրեք առբերի զբանս սբ յհռո
ոկէբերանին . որ խօսի վա հաւատոյ բա
ւարանին : Եւ նման ի ճառընտրին .
ի՛ . րոյ՛ գլխին ասէ այսպէս : ղՀ պատա
ճ՛ սրգալ և ողբալ զմեռեալսն . այլ ա
ղօթիւք և պատարագաւք և ողորմու
թեբ հաշուեցուցանել ընդ նոցա զնոսա :
քանզի ոչ ընդ վայր ինչ կարգեցաւ
այս . կամ՛ ի զուր ինչ յիշեամք ի յանա
պին խաչհանութա պատարագին զվաղ
ճանեալսն . և աղաչեմք վա նոցա զպա
տուն ոչ ուռոքիկոյ , որ բառնայ զմեղս
աշխարհի : այլ զի սխուս լիցի նոցա ան
ուռ՛ ինչ դէմ ոչ ընդունայն ինչ է որ
առաքի անգունդն կայ . և զահհաւոքին և
ոսկալի խաչհանութա պատարագին կա
տարե . և հոգի վա սմանեցուսն ի քնանքի
9 ցերկոյն : զի ԼՈՒ վա նց քառ՛ուն չէր.
ասպա և ոչ ասէաք եսկ զայսոսիկ : քան
զի ոչ ընդ վայր . այլ հոգւոյն սրբոյ հը
բամանք է . որ կատարին այսոքիկ : զի
ԼՈՒ զոզոնեան յոմբայ տրեցին հօրն
ողջակէզ . տպա ոչնչաւ և առաք ել
արնուն զի : Եւ սպա՝ մի ինչ ապաւեա
ցուք մատուցանել վասն նոցա զպա
տարագս . և առնել վասն նոցա զաղօր
մուքս . զի հաշուեցին ընդ նց ամ :]

Է—բերուք՝ է . լը . նրգ՛ գլխ ճառն
սրբ՛ն ասէ նայն ոսկէբերանն : Է՛ ինչ
զի

զել՛ի մտածոյն զհոգին. տեսէք որչափ
ինչ այնպիսի պետք ևն մեզ յոյժ աւուր
բարւոյ օգնականութեանէ աղօթիցն և
պատարագացն: քանզի օգնականու-
թենէ հրեշտակաց յոլովից մեզ պետք
ևն առաքեալքս ևս. և՛ յօդս հասեալ
բարձմանց: զի եթէ ասեմ յաշխարհն ու-
րեք հեռաւոր որ երթայցուք կարօտ լինել
ցիմէ առաքելոցդ. ոչչափ և առա-
ւել պէտս ունիցիմք օգնականութենէ
և առաքելութենէ առ՛ի վտանգել և
ազատ-ցոյանել զմեզ ընդ իշխանու-
թիս, և ընդ պետս, և ընդ աշխարհ
հակառակ խաւարային յոյժ սխռոխիկ,
և ընդ այս չարութենէ: կարեւոր է մեզ
անդ՛ի ձանապարհորդութենին ողոր
մութենէն և բարեպատ-ութի. որ կա-
րող ևն անաչեաւտաբար տանել զմեզ
՛ի դուռն երկնից:]

Ի բերդ՛՛ի. ճբ. ԽԲԳ՛՛ զկին դէմ
ասէ: ՀԱՅԴ՝ մի՛ առաքեսցուք զորբս
և զարատասունս զկնի ննջեցելոցն. այլ
զաղօթս և զպատարագս. զի կարաս
յուր հաշատացուցանել զայծ՛ի ձեռն
աղօթից և պատարագաց: զայս ասմ
ի նմանէ կոյսն հայոց զբասիոս մինչդեռ
ժամանակ՛ի ձեռս է: զի եթէ երթք
մանկունքն ապրեցան՛ի հրոյն
՛ի ձեռն աղօթից. որչ առնիմ ասմ. մի՛
՛ի բաց առնուիք զորորմութենէս քոյ՛ի մէ
նջմ աբրահամոյ, սահակայ, և յա-
կովբայ: Եւ միայն յիշատակեսցուք ա-
նուանց սրբոցն ապրեցուցին հատուկ
ցան. ոչչափ և առաւել ևս մեզ կա
րող եմք բաւականապէս զբաղեալ օգ
նութենէն ընդունել մեզմէ փրկչէն
(՚ՅԲ. ներբեալ մեզմէ)՛ի ձեռն մարմնոյ
և արեանն քո, խնկոյ, ժողովոյդ,
և քահանայական աղօթից, սրբոց
բարեխօսութ՚ե, և աղքատաց տրօք,

առ-

crificia, Vt per hæc placatum ergà illos Deum reddere Valeamus. hæc autem intelligentes, operemur bonum, dum tempus habemus. quoniam ſi tres pueri per oratione de fornace ignis liberati ſunt, dum dicebant: ne auferas Domine miſericordiam tuam à nobis propter Abraham, Iſaac, & Iacob: ita Vt ſola Sanctorum nomina recolentes, digni, & benemeriti inuenti ſint: quàtò magis Valemus nos animabus, quæ in peccatis (hoc eſt venialibus) *deceſſerunt, multum præbere auxilium, ac Veniam remiſſionis impetrare per oblationem corporis, & ſanguinis Chriſti, per ſupplicationes Sacerdotũ, & Populorum, per interceſſiones Sanctorum, & largitiones eleemosynarum.*

Chryſoſtom. homil. 69. ad Populum Antiochenum.

Denique cap. 61. *In ipſa Sacrificij oblatione memoriam agimus eorũ, qui in Chriſto obdormierunt: multum enim lucrum, & Vtilitatem illis affert oratio, quam in ſancto, ac tremendo illo Sacrificio pro eis offerimus.* Dum hæc igitur omnia Armenij in ſuis libris legunt, & credunt; atque à Diuo Chryſoſtomo, aureo ore illo, eloquentia, & Cæleſti ſapientia referto, tradita eſſe, prædicant: Miſſæ videlicet Sacrificium, aliaque fidelium viuorum bona opera, veniã remiſſionis impetrare animabus, in culpis venialibus decedẽtibus; quòd illas cum Deo conciliẽt; quòd illis afferãt lucrum, vtilitatem, conſolationem, expiationem; negare profectò non poterunt, eſſe in alia vita animarum aliquarum Expiatorium, ſeu Purgatorium.

Quartò: In eodem Giarrentir, capite

pite 58. S. Ephræm Syrus hæc tradidisse refertur: *Ossa mortuorum, quorũ commemoratio agitur in sacris Mysterijs, rorem Vitæ bibunt. nec solùm mortui sic iuuantur; sed Vnà cum illis iuuabimur etiam nos Viuentes: plurima namque bona impetrabit mortuus illi, qui eleemosynis, aut precibus recordatus fuerit ipsius; & exultans benedicet eum, illique gratias aget in conspectu Angelorum.* 13

Quintò: Nierses Lampronensis, Armeniorum Episcopus, qui in eorum Menologio sub die 18. Iulij inter Sãctos commemoratur, in tract. de Traditionibus Patrũ inquit: *Magnus Athanasius scribit in Vita sancti Antonij; quòd hic Sanctus Viderat monstrum tantæ altitudinis, vt ad extremam vsq; aëris regionem pertingeret: animas verò defunctorum, sursũ ascendentes, extensis arripiebat manibus; dentibusque stridebat in eas, quas arripere non poterat. Patres autem hanc Dæmonis cum animabus pugnam aduertentes, tradiderunt nobis, orationibus iuuari posse defunctos in gressibus suis post mortẽ, vt à prauis Angelis liberentur: quemadmodùm orauit Ioannes, dicens: in aduentu meo ad te, Domine Iesu, confundantur praui Angeli, cedat Satanas, obmutescat Tentator. Propter has igitur animarum angustias, quas Patres omnes aduerterunt, preces fundimus in auxilium ipsarum.* Et rursùs infrà: *Omnis Sãctorum deprecatio ad requiem animabus illis impetrandam instituta fuit: vt Deus nimirùm eos, qui rectè in hac luce vixerunt, à Dæmonum vexationibus* 14 15

նութեանց ; որոց ողորմեսցի Տէր զոգիս նոցա ։ Եւ ասէ Տէր ցՄովսէս ։ Ես ողորմեսցիմ որում ողորմեսցիմ

Cælo vſque ad extremum Iudicium, ſperantes, fore vt miſeratione Dei expientur, & reddantur miſericordia dignæ.

Septimò tandem: Armena ipſa Eccleſia, ſicut & aliæ, orat pro defunctis tum in Liturgia, in qua ſic precatur: *Dona eis requiem, illumina eos, & colloca inter Sanctos tuos in Regno Cælorum*; tum in libro Canticorum, dicto Sciarachàn, vbi in Cãtico pro defunctis has paſſim preces modulatur: *Deus, qui es indulgẽtiarum largitor, defunctorum noſtrorũ peccata dimitte.* Item: *Rex gloriæ, omnia continens, omnipotens, dimitte defunctis noſtris peccata, & requiem dona eis in tabernaculo tuo, in requie Regni Cælorum.* Item: *In Ordines Primogenitorum conſcriptorum in Cælis excipe Domine Ieſu Chriſte animas famulorum tuorum: ſuſcipe pro eis hoc rationabile Sacrificium noſtrum.* Item: *Concordes petimus à te Vinificator sãcte Spiritus, vt per interceſſionem Beatæ Dei genitricis defunctos noſtros in ſanctum Thalamum tuum introducere digneris.* Et ſimiles alias, quas adduximus in quæſt. 7. §. 4. ergo Armena Eccleſia fatetur Purgatoriũ; quod ſic oſtendo:

Deum rogat illa primò, vt animabus ijs peccata dimittat: igitur peccatorum vinculis obſtrictæ ſunt; non quidem mortalium quoad debitum culpæ: alioquin eſſent damnatæ, nec illis noſtra prodeſſent ſuffragia, vt etiam optimè docent Magiſtri Armeni communiter cum Epiſcopo Lampronenſi, ſicut infrà vi-

debi-

Ցթ 19

Ե 20

Ելս 21

debimus in Respons. ad 3. obiectionem: ergo obstrictæ sunt, inquam, vinculis peccatorum, vel mortalium (aliàs remissorum) quoad debitum pœnæ tantùm, vel etiam venialium quoad debitum culpæ, & pœnæ. Secundò Deum rogat, vt eis requiem concedat: ergo nõ sunt ibi in requie, sed in pœna, & vexatione, vt sic à sordibus peccatorum purgentur, & debito satisfaciant. Tertiò, vt eas indè transferat in Regnum Cælorum, vbi sunt alij Sancti; sed non vtique priùs, quàm perfectè à maculis purgatæ sint, ac debitũ soluerint; quoniam in illud Regnum *nihil coinquinatum intrabit*, Apocal. 21. neque differendam hanc censet translationem vsque ad diem Iudicij, vt Aduersarij putant: primò, quia Deum precatur, vt requies illa, quam ipsa animabus ijs statim donari desiderat, non extra, sed intra Cælorum Regnum donetur, dicens: *Requiem dona eis in Tabernaculo tuo, in requie Regni Cælorum*. Secundò, quia addit: *Collοca eas inter Sanctos tuos in Regno Cælorum*: ergo, sicut Sancti nunc in Cælorum Regno locantur, ita pariter eas, petit, in eodem nunc Regno inter ipsos cõstitui. Tertiò, quia loquitur de animabus, à corpore separatis, dicens: *Excipe Christe animas famulorum tuorum in Ordines primogenitorum conscriptorum in Cælis*: ergo intelligit, ante diem Iudicij: cùm post Resurrectionem non animæ separatæ, sed homines in Cælũ intrabunt. Quartò denique, quia frustrà Deum rogaret, vt defunctos tũc

debimus in Respons. ad 3. obiectionem: ergo obstrictæ sunt, inquam, vinculis peccatorum, vel mortalium (aliàs remissorum) quoad debitum pœnæ tantùm, vel etiam venialium quoad debitum culpæ, & pœnæ. Secundò Deum rogat, vt eis requiem concedat: ergo nõ sunt ibi in requie, sed in pœna, & vexatione, vt sic à sordibus peccatorum purgentur, & debito satisfaciant. Tertiò, vt eas indè transferat in Regnum Cælorum, vbi sunt alij Sancti; sed non vtique priùs, quàm perfectè à maculis purgatæ sint, ac debitũ soluerint; quoniam in illud Regnum *nihil coinquinatum intrabit*, Apocal 21. neque differendam hanc censet translationem vsque ad diem Iudicij, vt Aduersarij putant: primò, quia Deum precatur, vt requies illa, quam ipsa animabus ijs statim donari desiderat, non extra, sed intra Cælorum Regnum donetur, dicens: *Requiem dona eis in Tabernaculo tuo, in requie Regni Cælorum*. Secundò, quia addit: *Colloca eas inter Sanctos tuos in Regno Cælorum*: ergo, sicut Sancti nunc in Cælorum Regno locantur, ita pariter eas, petit, in eodem nunc Regno inter ipsos cõstitui. Tertiò, quia loquitur de animabus, à corpore separatis, dicens: *Excipe Christe animas famulorum tuorum in Ordines primogenitorum conscriptorum in Cælis*: ergo intelligit, ante diem Iudicij: cùm post Resurrectionem non animæ separatæ, sed homines in Cælũ intrabunt. Quartò denique, quia frustrà Deum rogaret, vt defunctos tũc

in Cælum admitteret, quando infallibiliter (siue pro eis oratum sit anteà, siue non) omnes homines, qui in Dei gratia decesserunt, audient: *Venite benedicti Patris mei; possidete paratum vobis Regnum*, &c. & qui in peccato mortali: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Ergo Armena Ecclesia vnà nobiscum Purgatorium confitetur.

PROBATVR SECVNDO
Ex sacris Scripturis.

§. III.

IN lib. 1. Reg. cap. vlt. habetur, quòd habitatores Iabes Galaad, audita morte Saul, iciunauerunt septem diebus. Et 2. Regum, cap. 1. Dauid iciunauit pro Saule, & Ionata, aliisque occisis, & cap. 3. idem quoq; fecit pro Abner. quod vtiq; nó fecissent, nisi sciuissent, animas aliquorum defunctorũ egere suffragijs, atque adeò in Purgatorio detineri.

Tobiæ 4. *Panem tuum, & Vinũ super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Sensus est, quem tradunt communiter Expositores: Instrue conuiuium, & voca fideles pauperes; vt ipsi post acceptam eleemosynam orẽt pro anima defuncti. Hinc orta olim erat in Ecclesia consuetudo illa, quæ adhuc in Oriente, ac præcipuè inter Armenos, viget; quòd affines defuncti conuiuium faciant pauperibus, & Religiosis, vt orent pro anima illius.

Psal.

Pſal. 65. *Tranſiuimus per ignem, & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium*. Ambroſius, per aquam exponens Baptiſmum, & per ignem Purgatorium: *Hic*, ait, *per aquam, illic per ignem: per aquam, Vt abluantur peccata; per ignem, Vt exurantur*. Ambr. in Pſalm. 36. & Serm. 3. in Pſal. 118.

Iſaiæ 4. *Abluet Dominus ſordes filiarum Sion; & ſanguinem Ieruſalem lauabit de medio eius, in ſpiritu Iudicij, & ſpiritu combuſtionis*. Hic locus exponitur ab Auguſtino de pœna Purgatorij, animas à peccatorum ſordibus purificante.

2. Macabæor. 12. (tales enim libros etiã Armenij pro canonicis habent): *Fortiſſimus Iudas, facta collatione, duodecim mille drachmas argenti miſit Ieroſolymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium*. Et poſteà: *Conſiderabat, quòd ij, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, Vt à peccatis ſoluantur*. Ex hac Macabæorum hiſtoria manifeſtè colligitur, pias aliquorum animas poſt mortem peccatorum reatu aliquo obſtrictas teneri, donec diuinæ iuſtitiæ ſatisfaciant vel per ipſarum pœnas, vel per viuorum ſuffragia, vt ita demùm ab illo peccatorũ reatu ſoluantur. Quarè poteſt homo ſanctè, pièque mori, & tamen habere debitum aliquod ſoluẽdum vel propter peccata venialia, non remiſſa in vita, vel propter ſatisfactionẽ pro mortalibus remiſſis non plenè expletam.

Matth. 12. Dominus dicit, eſſe

quoddam peccatum, nempè in Spiritum ſanctum, quod *non remittetur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Quibus planè verbis ſignificauit, alia peccata, vel remitti in hoc ſeculo quoad culpam, & in alio interdum quoad pœnam, vt mortalia; vel remitti hic, & ibi quoad culpam, & pœnam, vt venialia. Et quidem ſi in futuro ſeculo nullum remitteretur peccatum, faceremus Dominũ ineptè loquutum, cùm dixit, tale peccatum neq; in hoc ſeculo remittetur, neque in futuro: ſicut ineptè loqueretur, qui diceret: Rex Turcarum neque in Tribunali Conſtantinopolitano, neque in Spahanenſi (apud Perſas) te abſoluet; cũ in hoc Tribunali non ſoleat ille ius reddere. Non autem loqueretur ineptè, ſi diceret: neque in Tribunali Conſtantinopolitano, neque in Trapezuntino; cùm in vtroque hoc Tribunali ille ſoleat reos abſoluere. Vndè Magnus Gregorius lib. 4. Dial. cap. 39. *De quibuſdam*, inquit, *culpis leuibus eſſe ante Iudicium purgatorius ignis credendus eſt, pro eo quòd Veritas dicit; quia ſi quis in Spiritum ſanctum blaſphemiam dixerit; neque in hoc ſeculo remittetur, neque in futuro. in qua sẽtentia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam verò in futuro poſſe relaxari. quod enim de vno negatur, conſequens intellectus patet, quia de quibuſdam conceditur.*

Lucæ 12. & Matth. 5. *Eſto conſẽtiens aduerſario tuo citò, dum es cum eo in Via; ne fortè tradat te aduerſarius Iudicij, & Iudex miniſtro; &*

mit-

mittaris in carcerem. *Amen dico tibi*, *non exies inde*, *donec reddas nouissimũ quadrantem*. Significatio huius parabolæ, vt ex communi Patrum expositione colligitur, hæc est: *Esto consentiens aduersario tuo*, nempe Diuinæ legi, aut tuæ conscientiæ: *dum es cum eo in Via*, hoc est, in hac vita: *Ne fortè tradat te aduersarius* Christo *Iudici*, cui Pater omne iudicium dedit: *& Iudex ministris*, nimirùm Angelis siue bonis, siue malis: *& mittaris in carcerem*, infernum scilicet locum, in quo multæ sunt mansiones, aliæ pro damnatis, aliæ pro his, qui purgantur. *Amen dico tibi*, *non exies inde*, id est, de Purgatorij loco: *donec reddas Vltimum quadrãtem*, vsque ad completam solutionẽ totius debiti, aut pœnæ pro peccatis mortalibus, in hac vita quoad culpam remissis; aut culpæ, & pœnæ pro venialibus non remissis.

1. Corinth 3. *Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; Vniuscuiusque opus manifestum erit*. Et postea subditur: *Vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem.* Explicatur hoc Pauli dictum: *Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet*: id est, si cuius opus bonum, simile auro, argento, & lapidibus pretiosis, non indigebit expurgatione per cruciatũ ignis; reliquum tantummodò erit,

vt

vt pro eo mercedem quis accipiat. *Si cuius opus* leuiter peccaminosũ, simile ligno, fœno, & stipulæ, *arserit; detrimentum patietur* is, cuius opus indigebit expurgatione illa ignis: quia retardabitur à Beatitudine, & ignis cruciatu punietur: *ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem:* id est, ita quidẽ punietur, vt fiat deniq; saluus per eiusmodi cruciatum ignis. Dicitur, *quasi per ignẽ*; quia nõ saluabitur absolutè per ignẽ, sed per gratiam Dei; per ignem verò, vt per instrumentum diuinæ iustitiæ. Quòd autem nomine ignis hoc loco intelligatur pœna aliqua temporalis Purgatorij, asserunt Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius Papa, alijque Patres, ac præterea Concilium Florentinum, in quo post accuratam disputationẽ, à Græcis, & Latinis hac de re habitam, conuenit inter vtrãque Ecclesiam, verba illa D. Pauli posteriora omninò de igne purgatorio post hanc vitam intelligi debere.

Alia scripturarum testimonia adduci possent; sed hactenùs adducta, quia sunt alijs clariora, sufficient.

ասասան: և դառաւ ոյն դահձի. յր. հրեշտակաց Ք՚ բարի Ե՚ կայր: և ապ
12 կանեցեալ ի բանտ. յր. Ք՚ ի դժոխս զոգ
ուսապատելոց. Ք՚ ի քահ ապրանս. ա
մէն ասեմ քեզ. ոչ կրանեցես անտի. յր.
՚ի քահ ապրանէ: մինչ և հատուցա
նելոց գրեանն հապարակիան. յր. մինչ
և լիով վճարելոց զո բոլոր պարտա
ւորն Ք՚ պատժոյ մեռանի զո ան
հաշիւ մեղաց խոստովանելոց ՚ի կեա
նս այս, և ապաշխելոց մինչ քան զոյ
սահ որս Ք՚ մեզաց. Ք՚ զո պարտա
ւորս Ք՚ հրկոցուածոց յիշխանէրէն մե
զաց ոչինչ կերպիւ ազատելոց յայտ
նի կ՚ երևի:

Յո
13 Ի յառաջին հինգ. գ. լսող՚ գլխոն
ասէ պօզոս: Ե՚Ք ոք շինէսցէ ՚ի վէր հի
մունս ոսպրեկ ոսկի, արծաթ, անասո
պատուական, փայտ, խոտ, եղէգն.
ի բոլոքանչիւր ոք գործ նրա երևելի
եղիցի:] Ե՚ գիտի ասիցէ ոք դէպ ասէ:
գիտ բոլոքանչիւր ոք գործ գիտէ նչինչ ևի
ցէ, հարկն փորձիցէ: Ե՚Ք ոք գոր
ծն, զոր շինէց, մնասցէ. վարձս առցէ:
Յո
14 Ե՚Ք ոք գործ այրեսցի. տուժ
ասցէ բայց ինքն ապրեսցի, այլ այնպէս
իբրև ՚ի հրոյ:] Եւ կիսէչքն այսպէս զոր
ծանեն զբանս զայս. Ե՚Ք ոք գոր
ծն, զոր շինեաց, մնասցէ. վարձս
առցէ. յր. Ե՚Ք ոք գործ բոլոր,
որ նման եցէ ասէոյ, արծաթի, և պատ
ուական անհաց, մնասցէ. յր. ոչ ամենևին պէտս այրման և սրբման հրոյ. յայնժամ
հարցն վճռապէս վարձս առցէ իւրոքանչիւր առնելոցն: Իսկ Ե՚Ք ո
գործ գործն Ե՚Ք ևսպ մեզանչական, որ նման ևցէ փայտի, խոտոյ, և եղէգնի,
այրեսցի. յայնժամ առուժասցի հոգին, որոյ գործն ոչնչացի պէտս սրբման և այլ
մանն հրոյ. զի ապաշխեսցի ՚ի բեռանոյն Ե՚Ք, և ելցէ զպատիժն հրոյ. բայց ինքն
ապրեսցի յեռ փորձման և մաքրուե՚Ք այնոցիկ: ձՀակ. նբրև ՚ի հրոյ. զի ոչ հուր
պարզապէս ապրեցուցանիցէ զնա. այլ շնորհքն այ ՚ի ձեռն հրոյ. ոչ ՚ի գործ
արդարուե՚Ք այ: ձՀ յայտ պէտիկ զայդ՝ սբն հիպոլիտոս. սբն ամբրոսիոս. սբն
ՀԵրանիմոս. սբն օգոստինոս. սբն գրիգոր. և այլք սբ հարք:

Քա

բաղում այլ փիլիսոփայից ասացուածոց յորում զառանձին յիշէ երկրորդ այսորիկ
բայց նմանատուն վարդապետացն միաբերանութեան բաւական առաջնոյն։

ՓՈՐՁՈՒԹԻՒՆ Գ. ԶՈՒՅԳԱՒՈՐԱՑ

ԱՍՏՈՒԱԾԱՅՆ ՀԱՒԱՏՈՅ. ԶՈՐՍ ԸՆԴ
ԱՆԱՆ ՆԻՒԵՂԵՑԻՆ ՀԱՅՈՑ։

ԳԼՈՒԽ Դ.

ՈՐՊԷՍ Դիոնէսիոս արիսպագացին Ա. Ե. երդ՝ գլխոյ եղիտացիս
գրուածոյնոյն ՕՐԻՆ, ասէ. Գնացեալ
կանգ կանխաւոյն սուրբն ի վերայ մեռելոյն
յոյժ. և ասացէ զաղօթս սիրելութեան
Աստուծոյն. զի Աստուածն մարդասիրութեան ներեսցէ ամենայն մեղս մարդկան
ակամայութեամբ արարելս. և վերստին հաստատեսցէ
զնոսա ի լոյս և յարշաւարհն կենդանեացն։

ՈՐոգինէս ի Ա. երդ՝ Ածէր ասէ
նոյնպէս եղիցի, ասէ. Եթէ, որ ապրծ,
ի նմանէ հրոյ ապրծ զի ինչ առնիցի զոք
կամաւ ինչ խառնեալ, հնոցեալ զնա
հուր և լուծցէ. զի եղիցին ամենեքեան
ան ոսկի մաքուր։

ԱՒԳՈՍ ԿԼԵՄԷՆՍՈՍ ի Գ. երդ՝ Ծո-
ղ Ա՛ն. երդ՝ գրոցն, ասէ. ԱՀ յիմն է՛ վա
ստղոց երկար ժամանակաւ չարչարիլ
մաքրիլ և քան իլ հրով. և այլ ինչ է յաւե
ստղոց միով ժամուն մաքրիլ ծանրոտեալ։

ԱՒԳՈՍ Ի՛ անբիծս եմեսացին ի Բ.
երդ՝ Ածէն յիշէ ասելոյն յայտնա
նէ, ասէ. Պատուհաս դժոխոյ Ճաշակ
այնոցիկ. որք կորստական և ոչ պահե
լով յիւրեանց զՀոգին սկսան մեռանիլ
կորնչին յաւիտեան։ Բայց տեսչ, որ զի
ամենակալ որ պատուիրէ ապրմանէ զործ ս
ապացին. ընդ գնաս հրեղէնս և ընդ
դուխս բորբոքեալ տապալով անհատ
անցանելոյն։

ԱՒԳՈՍ հիլարիոս ի մեկնու Ի. Ա. և
Ի Բ. երդ՝ սղմոսին ասէ. Ինչ պատրաստ է կրակ
զհուր

PROBATVR TERTIO
Ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. IV.

DIonyſius Areopagita in lib. de Eccleſ. Hierarch. par. 3. c. 7. *Accedens*, inquit, *Venerandus Antiſtes, precem ſuam ſuper mortuum peragit: precatur oratio illa Diuinam Clementiam, Vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admiſſa peccata defuncto, eumque in luce ſtatuat, & regione Viuorum.*

Origenes hom. 6: in Exod. *Quis ſaluus fit*, inquit, *per ignem ſaluus fit: Vt, ſi quid fortè de ſpecie plumbi habuerit admiſtum, id ignis decoquat, & reſoluat; Vt efficiantur omnes aurum purum.*

Cyprianus lib. 4. epiſt. 2. *Aliud eſt*, inquit, *pro peccatis longo tempore cruciatum purgari, & emēdaridiu igne; aliud, peccata omnia paſſione purgaſſe.*

Euſebius Emeſenus homil. 3. de Epiphania: *Hæc pœna*, inquit, *infernalis illos manebit, qui amiſſo, & non ſeruato Baptiſmo, in æternum peribunt. hi Verò, qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, per finitimum igneum, per Vada feruentibus globis horrenda tranſibunt.*

Hilarius in illud Pſal. 118. *Concupiit anima mea deſiderare iudicia iuſtitiæ tuæ*, ait: *Nobis eſt ille indefeſſus ignis obeundus, in quo ſubeunda*

ſunt

ſunt grauia illa expiãdæ à peccatis animæ ſupplicia.

Baſilius in cap. 9. Iſaiæ: *Si igitur*, ait, *per Confeſſionem detexerimus peccatum, iam ſuccreſcens gramen arefecimus; dignum planè, quod depaſcatur, ac deuoret purgatorius ignis.* Et infrà: *Non omnimodam internicionem, & exterminium comminatur; ſed innuit expurgationem, iuxta Apoſtoli ſententiam: ipſe autem ſaluus erit, quaſi per ignem.*

Nazianzenus Orat. in ſancta lumina circa finem ait: *In altero ſuo igne baptizabuntur, qui poſtremus eſt Baptiſmus, nec ſolùm acerbior, ſed & diuturnior; qui craſſam materiam inſtar ferri depaſcitur, Vitijque omnis leuitatem abſumit.*

Nyſſenus in Orat. pro Mortuis: *Vel*, inquit, *in præſenti Vita precibus, ſapientiæque ſtudio purgatus; Vel poſt obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus, ad priſtinam Vellet redire felicitatem.* Et infrà; *Non poterit à corpore egreſſus Diuinitatis particeps fieri, niſi maculas animo immixtas purgatorius ignis abſtulerit.* Et iterùm poſteà: *Alijs poſt hanc Vitam purgatorio igne materiæ labes abſtergentibus*; &c.

Ambroſius in illud Pſalmi 36. *Gladium euaginauerũt peccatores*, inquit: *Etſi ſaluos faciet Dominus ſeruos ſuos, ſalui erimus per fidem, ſic tamen ſalui, quaſi per ignem: etſi non exuremur, tamen Vremur. quomodò tamen alij remaneant in igne, alij pertranſeant, alio loco nos doceat Scriptura diuina: nempe in mare rubrum de-*

mer-

ժողովուրդն էգիպտացւոց. և անցաւ ժողովուրդն Եբրայեցւոց: անցաւ մովսէս. և ընկղմեցաւ փարաւոն: զի մեղաց ծանրութեամբ ընկղմեցան: նոյնպէս և ամբարիշտքն ընկղմեալին ի լիճն հրոյ բովբոքելոյ:] 7

Աբէն ոսկէբերան ի. կթ. էջդ" ասէ առ ժողովուրդն անառիկացւոց, ասէ: ոչ ընդ վայր ինչ կարգէցան այս սրբիկյատաքելոցն. զի ի սահմանի խոտ հոգեպատարագին չիշեմք զանձկեցեալսն: բանզի գիտէին. զի մեծ շահ, և օգուտ բազում լինի նոցայ չիշատակն:] եւ բազում անգամ գիտեմք կրկ նէ յայլ ուրեք: 8

Աբէն ձեռնհասն ի մեկնութեանն չէ պարտ ի վերջն ասէ: ոչ գիտէս հաւատացեալք, յաւիտենական լինել զտանն Քանզ սատանային, և նմա ուրացողացն. և ամբարշտացդ, որք ասացին ի սիրտս իւրեանց. ոչ է աստ: նոյնպէս և ընդ ողբումն Քեզ խառնեալ կարծեմք զվկայն գառնաբոյրն ի վեր ելեալ ծխոյ բրոն առնելոյ. ոտից գործք հրոյ փորձեսցին:] եւ յառաջին գերան ոչ ընդ դեմ ալէքսանդրացոց դնէ ասէ: իսկ եթէ ոգեկենաց կարծէ, զնմա բանսիան ըստ առիթս ուսուցանէ ոչ կորնչիլ. և և չարհն սատանային զտալոյ հատուցանել Քեզ. զինչ ինչի է ակզ, որ յաւիտեան ասելիք զկրնաւան սատանային և ընկերացն նորին և նմա ամբարշտացդ: Բայց բրնատանքն ինն, որք ի նոսէրելի ելոց ելեալն, զչ գիշերս Քի սահմանք լինել գինն ոգեաց 9

Աբէն օգտասիրաց է. նա գիտէ յիշատակին ար. ի. եդ" բոյ" գլխոն ասէ» Յայտ է. եթէ հոգիք բրնատանէից, որ ի նոսէրելի ելոց վաղճանին, ժամանակաւ ոմանց ազատք լուծին յատաջ քան զգալն գատաստանի. և ոչ մատանեցին ատա

merſus populus eſt Aegyptiorum; tranſiit autem populus Hebræorum: Moyſes pertranſiuit, præcipitatus eſt Pharao; quoniam grauia eorum peccata merſerunt; eo modo præcipitabuntur ſacrilegi in lacum ignis ardentis.

Chryſoſtomus homil. 69. ad Popul. Antioch. *Non temerè*, ait, *ab Apoſtolis hæc ſancita fuerunt; Vt in tremendis Myſterijs defunctorum agatur commemoratio. ſciunt enim, illis multum contingere lucrum, vtilitatē multam.* Et idem ſæpè repetit alibi.

Hieronymus in fine Commentarij in Iſaiam: *Sicut*, inquit, *Diaboli, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde ſuo, non eſt Deus, credimus æterna tormēta; ſic Peccatorum, & impiorum, atq; tamen Chriſtianorum, quorum opera inigne probanda ſunt, moderatā arbitramur, & mixtam clementiæ, ſententiam Iudicis.* Item libro 1. contra Pelagianos vltra medium: *Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non eſſe perdendas, & Diabolo tribuit pœnitentiam; quid ad nos, qui Diabolum, & ſatellites eius, omneſque impios, & prævaricatores dicimus perire perpetuò; & Chriſtianos, ſi in peccato præventi fuerint, ſaluandos eſſe poſt pœnas?* Intelligit de probis Chriſtianis, qui in peccatis venialibus moriuntur.

Auguſtinus lib. 21. de Ciu. Dei cap. 24. loquens de fidelibus, qui cum leuibus peccatis decedunt: *Tales*, inquit, *conſtat ante Iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus patiuntur, purgatos, æterni ignis*

ſupplicijs non tradendos. Itē homil. 16. ex lib. 50. homiliarum: *Qui temporalibus pœnis digna geſſerunt, per ignē quendam purgatorium tranſibunt, de quo Apoſtolus inquit: ſaluus erit, ſic tamen, quaſi per ignem.* Item lib. 2. de Geneſi, contra Manich. cap. 20. *Qui fortè agrum non coluerit, & ſpinis eum opprimi permiſerit, habet in Vita maledictionem terræ ſuæ in omnibus operibus ſuis; & poſt hanc Vitam habebit Vel ignem purgationis, Vel pœnam æternam.*

Theodoretus in Scholijs Græcis, in 1. Corinth. 3. *Hunc ipſum ignem,* inquit, *purgatorium credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repurgantur, ſicut aurum in conflatorio.*

Gregorius Papa in Pſal. 3. pœnitentialem, in ipſo initio: *Scio,* ait, *futurum eſſe, Vt poſt huius Vitæ exitū alij flammis expientur purgatorijs; alij ſententiam æternæ ſubeant damnationis.* Item lib. 4. Dial. cap. 39. *De quibuſdam leuibus culpis eſſe ante Iudicium purgatorius ignis credendus eſt.*

Præterea Tertullianus in lib. de Monogamia, & alibi; Athanaſius quæſt. 34. ad Antiochum; Ephræm in ſuo Teſtamento; Cyrillus Heroſolymitan. Catecheſi 5. myſtagogica; Epiphanius in fine operis contra hæreſes; & reliqui Patres ferè omnes, docent, animas quorundam fideliū egere refrigerio, ac iuuari orationibus viuentium. quin etiam in omnibus Liturgijs, Iacobi Apoſtoli, Baſilij, Ambroſij, Chryſoſtomi, &c, fit oratio pro defunctis.

PRO-

PROBATVR QVARTO
Rationibus.

§. V.

ET primò: quia in Regno Cælorum *nihil coinquinatum intrabit*, Apocal. 21. & ad æternas Inferni pœnas non descendet anima Deo grata, etiamsi aliqua leui culpa sit maculata: non enim credibile est, quòd verbum otiosum V. G. ex natura sua dignũ sit perpetuo Dei odio, & pœnis æternis: Sed potest quis è vita decedere in Dei gratia, licèt maculatus verbo otioso, vel alijs leuibus culpis, de quibus dicitur Prou. 24. *Septies in die cadit Iustus*: ergo talis post mortem non ibit Deo amicus in ignem æternum; nec intrabit inquinatus in Regnum Cælorũ: igitur in Purgatorio cum detineri, fatendũ est, donec per illas pœnas purgatus in Cælum ingredi valeat.

Secundò: Cùm peccatores per confessionem Deo reconciliantur, non remittitur semper illis cum peccato tota pœna temporalis: vndè eũ Dauid 2. Regum, cap. 12. dixisset; *Peccaui Domino*; respondit Natan Propheta: *Dominus quoque trãstulit peccatum tuũ: Veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur*. Ecce remittitur tota culpa peccati, sed nõ tota pœna: At multi in vita non plenè satisfecerunt pro illa temporali pœna; maximè peccatores, qui conuertuntur ad Deum tempore mortis, quando nullam possunt agere pœnitentiã: ergo remanet, vt post hãc vitam satisfacere debeãt pœnis purgatorijs.

Nec dicas, per ipſam mortem ab hominibus ſatisfieri pro qualibet culpa veniali, & pro debito luendæ pœnæ etiã de mortali remiſſa: quia mors eſt pœna peccati originalis, non actualis, & eam luunt etiam infantes baptizati, & homines ſancti, qui Purgatorio non indigent: ergo pro peccatis actualibus inueniri debet alia pœna. Tum quia ſic eandem pœnã mortis ſolueret pro peccatis, qui nimiæ ſatisfactionis debitor eſſet, & qui paruam, vel nullam ſatisfactionem deberet: quod videtur eſſe contra ordinariam Dei prouidentiam, & iuſtitiam. 4 5

Tertiò probatur vel ex lumine naturali: Nam ſi homines valdè boni, vitâ functi, æterna præmia conſequuntur; & valdè mali pœnis puniuntur æternis: igitur mediocriter bonis, & mediocriter malis temporariæ pœnæ debẽtur, & per has ad præmia tranſitus. Tum quia id, in quo omnes ferè gentes conueniunt, vix poteſt aliundè prouenire, quam à lumine naturali: atqui Purgatorium confitentur, non ſolùm Chriſtiani, verùm etiam & Hebræi, vt habetur ex lib. 2. Machab. cap. 12. & Mahometani, vt oſtendit Alcoranus; & ipſi quoque Gentiles, vt patet ex Platone in Gorgia, & Phædone, ex Virgilio lib. 6. Æneidos, & Cicerone in Somnio Scipionis: igitur illud eſſe, naturali quoque lumine noſcitur. 6

Quartò demùm ex apparitionibus animarum; quæ viuis fidelibus apparentes, ſe in pœnis purgatorijs eſſe, & ope ſuffragij indigere, renũ-

ciarũt, de quibus vide Gregor. lib. 4. Dial. cap. 40. & 55. Bedã lib. 3. hist. Angl. c. 19. & lib. 5. c. 13. & alios.

SOLVVNTVR Obiectiones.

§. VI.

AD tollendum Purgatorium aliqua in suis Codicibus effutiũtur à suprà relatis Magistris, quę partim ex dictis, partim ex infrà dicendis in responsione ad sequentes obiectiones, facilè resoluuntur.

Obijcitur primò: Remissa à Deo peccati culpa peccatori, remittitur etiam pœna: nam remissio culpæ fit per meritum Passionis Christi, quod est infinitum, & sic sufficiens ad tollendam nedum omnem culpam, verùm etiam pœnam: sed per Confessionem remittitur peccatori culpa peccati: ergo remittitur etiã pœna; atq; adeò post iustificationem nihil purgandum supereſt in Purgatorio.

Et Confirmatur: nam pœna pendet à culpa; vndè crescente, aut decrescente culpa, crescit, aut decrescit pœna: ergo, remota tota culpa, tota remouetur & pœna.

Respondetur, quòd etiãsi Christi meritum sit per se sufficiens ad omnem culpam, & pœnam tollendã; voluit tamen Deus, vt nobis non applicetur, nisi dependenter à nostra libera cooperatione; alioquin omnes homines saluarentur, & nullus esset, qui damnaretur: at licèt applicetur meritum Christi fidelibus ad tollendam culpam peccati mortalis

talis, & pœnam æternam, per contritionem, & confeſſionem cum abſolutione Sacerdotis; applicatur tamen ad tollendam pœnam tẽporalem per opera ſatisfactoria; quæ niſi in hac vita præceſſerint, luenda ſupereſt pœna illa temporalis in Purgatorio. Nec mirum eſt, quòd per Sacramentum Confeſſionis à Deo remittitur nobis tota culpa peccati, & non tota pœna: nam exercetur Sacramentum illud ad modum iudicij; in quo ſæpè reo, licèt à crimine abſoluto, imponitur tamẽ pœna, vt ſolutio denariorum, &c. Et affertur inſtantia: nã Chriſtus redemit nos ab omni peccato; & tamen poſt remiſſã culpã peccati originalis per Baptiſmũ, adhuc luimus illius peccati pœnam, vt mortẽ, & alias infirmitates.

Ad Confirmationem reſpondeo, quòd pœna, licèt pendeat à culpa in fieri, & ideò quò maior, vel minor committitur culpa, eò maiorem, vel minorem generat pœnam: non pendet tamen à culpa in facto eſſe: vnde etiam ob culpam præteritam, quæ nunc non eſt, ſed fuit, debetur pœna. quarè remiſſa culpa, poteſt remanere debitum luendæ pœnæ; ſicut de facto remanet debitum pœnæ pro peccato originali remiſſo, vt modò ſuprà dicebamus.

Inſtant: Si cum remiſſione culpæ mortalis remittitur neceſſariò pœna æterna; cur non remitti etiam poteſt pœna temporalis?

Reſpondetur ab aliquibus, quòd remiſſa culpa peccati, pœna æterna commutatur in temporalem. & ratio

Պատ. ևՔէ այդ իրաւն չպատշաճ
նայն բն Քէպէս զոտ ներքևան բաւ-
կան եղէ բառնալ զայտ մեղքն և զայտ
պատիժն. սակայն կատարած ևն, պի
մեզ օգուտ ոչ լինի նոյն չարչարանքն,
ևՔէ մեք գործակիցք ոչ եղեալ նմա:
պն ևՔէ ոչ էր այսպէս ասպա ամ մարդ
փրկեալ չիներէր նովաւ. և ոչք կոմնէր:
այլ այդ նմա բաւական է մեզ զմեղքն
և զպարտաւորութիւն յաւիտեան պատ
ժոյն որ խորհրդոյն խոստովանու-Քէ,
և դղջմամբ մերով: եսկ բաւական կս է
մեզ զպարտաւորութիւն յաւիտենակա
նոր պատժոյն է ձեռն ապաշխարու-
կան գործոց մերոց: և յորժամ այսպէս
ոչ գործ ոչ լինիմ առաքեանն է հնարս
այսմիկ. պարտ է մեզ վճարել մի ժա
մանակաւոր պատժոյն տանջանօք քա
ւարանին: Էո ոչէ զարմանալի. ևՔէ
խորհրդով խոստովանու-Քեն Քողեալ
լինի մեզ բոլոր մեղք, և ոչ բոլոր պա
տիժ: վասն զի այն խորհուրդն կատարի
ցուտ-մանու-Քէ աշխարհաւքէն գոտաս
տանին. յորս-մ Քէպէս չարագործն
արձակի է մեղայ և է չարագործու-
Քեցն խրևան. սակայն դնի է վճար
ման պատիժ ևոչ վճարելոյ դարհևկանօք
և կամ այլ ինչ ևնթօք: Ոմանք և Քէպէս
քն փրկեացն զմեզ յետ սկզբնական և
անձգործ ակտն մեղաց. սակայն յետ
Քողու-Քէ սկզբնական մեղացն է նէ
ևն մնացու-Քեն, տակաւ ինչ կրեմք ևզ
պատիժ նորին մեղացն. ևյ. զմահ և
զայլ հիւանդու-Քիս:

Էո ևս հատատուցու-Քիւ ձեռնարկու-
Քեն պատիժն. Քէ մեղք է մեայն արտա
դրական պատճառ պարտաւո-Քե
պատժոյն. վասն որոյ ընդ առեալ
մեղայ ոչ ևս պատիժն: բայց ոչ է
ևս պահոդական պատճառ նորին. վն

որոյ

tio est; quia per remissionem culpæ, quæ fit per susceptionem gratiæ iustificantis, peccator fit amicus Dei; vndè acquirit ius ad gloriam, ad quã tamen nunquam peruenire posset, si in æternum esset puniendus: & ideò remissa culpa tollitur æternitas pœnæ, vt aliquando gloriam consequi valeat. mutatur autem pœna illa æterna in temporalem; quia iustitia exigit, vt peccatum aliquo puniatur modo. Hæc quidem responsio optima est. Sed ad maiorem huius rei explicationem,

Respondetur secundò, quòd per peccatum mortale contrahitur duplex debitum pœnæ; alterum pœnę æternæ, alterum pœnæ temporalis. & ratio est; quia cùm duo reperiantur in peccato, nempè auersio à Deo, & conuersio ad creaturas; secundùm quod homo per peccatum mortale auertitur omninò à Deo, contrahit debitũ pœnæ æternæ: peccãti enim grauiter contra bonum infinitum, debetur pœna, quæ finem nõ habeat: secundũ quod homo per idem peccatũ inordinatè cõuertitur ad creaturas, bonum finitũ, contrahit debitum pœnę temporalis, quę scilicèt finẽ habeat, sicuti finitum est bonũ, ad quod inordinatè conuertitur, iuxta illud Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum date illi tormentum*. Quando igitur peccator ad Deum conuertitur in Confessione, & remissa culpa fit illi amicus; vel conuertitur ad illũ contritione perfectissima, quæ simul sit perfecta conuersio ad Deum, &

tota-

totalis auerſio à creaturis; & tunc conſequens eſt, vt remaneat omninò ſolutus à debito pœnæ æternæ, & etiam temporalis: vel conuertitur ad Deum contritione imperfecta, ſeu attritione, quæ non tollat penitùs conuerſionem ad creaturas; & tunc virtute Sacramenti ſolutus à debito culpæ, & pœnæ æternæ, remanet obſtrictus debito pœnæ temporalis; ad quod plenè in hac vita ſoluendum hortabatur nos Præcurſor Ioannes, dicens Matthæi 3. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*; hoc eſt, poſt conuerſionem ad Deum, & remiſſionem culpæ, & pœnæ æternæ, ſatisfacite per condignã pœnitentiam debito pœnę temporalis. Et 2. Cor. 6. dicebat Apoſt: *Exhibeamus noſmetipſos in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtijs, in plagis, in carceribus, in vigilijs, in ieiunijs*, &c. Quòd ſi peccator in hac vita cõdignis pœnis debitam pro ſuis culpis ſatisfactionem ex æquo reddiderit, nulla remanebit ei pœna in Purgatorio ſoluenda poſt mortem; ſed ſtatim patebit illi aditus ad gloriam Paradiſi. Si autẽ, antequàm hic plenè ſatisfecerit pro debito pœnæ temporalis, obierit; reliquum eſt, vt ibi Purgatorijs pœnis ſatisfactionem perficiat; vt deindè omni ſoluto debito, ac perfectè purgatus, ad æternam gloriam poſſit admitti.

Vrgent: In Baptiſmo hominis adulti, ſimul cũ culpa peccati mortalis remittitur etiam ſemper omnis pœna, tum æterna, tum temporalis: ergo

ergo idem ſimiliter dici poteſt de
Sacramento Pœnitentiæ; ac proindè
nihil poſt tale Sacramentum rema-
net purgandum.

Reſpondetur, quòd in Sacramẽ-
to Baptiſmi Deus nobiſcum libera-
liùs agit, quàm in Sacramento Pœ-
nitentiæ, applicando ſcilicet Chriſti
meritum per vnam illam actionem
ablutionis ad tollendam omnẽ cul-
pam, & pœnam futuri ſeculi, id eſt,
tam Gehennæ, quàm Purgatorij,
(nam pœnas naturales huius vitæ ne
Baptiſmus quidem aufert, vt ſuprà
dictum eſt); tum quia ſemel tantũ
vſurus eſt ea liberalitate; cùm Ba-
ptiſmus à nobis iterari nõ poſſit, quẽ-
admodùm iteratur Pœnitentia: tum
etiam quia in prima reconciliatione
hominis cum Deo, quæ fit in Baptiſ-
mo per acceſſum ad fidem, meritò
indulgentia pleniori remittũtur illa
peccata, quæ homo ante fidei lumen,
& gratiam Baptiſmalem extra Eccle-
ſiam perpetrauit: cùm tamen poſt
primam illam reconciliationem qui
peccat, tantò grauiùs peccat, quan-
tò eſt magis ingratus, & maius lu-
men, & auxilium habuit; & ideò
non ita facile, ſed duriùs illi reme-
dium adhibetur, hoc eſt, Pœniten-
tia, quam Patres vocant Baptiſmum
laborioſum lacrymarũ, aut ignis, &
ſecundam tabulam poſt naufragiũ.

Obijcitur ſecundò: In Purgato-
rio non poſſunt animę mereri; ergo
neque ſatisfacere: cùm omnis ſatiſ-
factio ſit meritoria.

Reſpondetur, quòd in Purgato-
rio nequit eſſe meritũ; quia ad me-

ritum requiritur ſtatus viæ, qui in hac ſolùm vita reperitur; & libertas, quam ſequitur laus: quæ duo ibi anima non habet. At poteſt eſſe ſatisfactio, ad quam neutrum illorum requiritur. ſufficit enim huic, ſi ſit opus pœnale, etiamſi non liberum: nam, qui à Iudice cogitur ſoluere debitum, verè ſatisfacit, tametſi coactus. Et animæ in Purgatorio neque ſunt omninò in viâ, neque omnino in termino, ſed in ſtatu medio inter Viatores, & Beatos, vel Damnatos; in quo etiam ſtatu benè ſatisfacere poſſunt. Non itaque omnis ſatisfactio eſſe meritoria debet. 16

Obijciunt tertiò: Purgatorium conſtituitur etiam ad remiſſionem culpæ venialis: ſed poſt hanc vitam nulla remittitur culpa; vt tradit Epiſcopus noſter Lampronenſis in lib. de Traditionibus Patrum, dicens: *Neque peccatorum remiſſionē fieri poſſe defunctis, nos credimus: nam hoc precibus poſtulare, nunquàm à sāctis didicimus; cùm ſit impoſſibile: immò contra Dei Voluntatē certè talis fiet oratio.* Et ratio eſt, quia ille poteſt à culpa reſurgere, qui poteſt in culpam incidere: ſed animæ, quæ decedunt in Dei gratia, nulla poſſunt committere venialia peccata, vtpotè confirmatæ in bono: ergo neque à culpis venialibus poſſunt ibi reſurgere. Adde, quòd culpa vniuſcuiuſque peccati remittitur per pœnitentiam, quę cùm ſit actus meritorius, nequit eſſe in alia vita. 17

Reſpondetur primò, quòd etiāſi daremus, nullum peccatū in futuro

Secu-

Seculo remitti posse (quod falsum est); non proindè Purgatorium tolleretur: esset enim saltem necessariũ, vt animæ luerent ibi pœnas temporales pro peccatis, in vita remissis quoad culpam, de quibus tamen non plenè satisfecerunt per pœnitẽtiam.

Respondetur secundò: Quòd in alia vita remitti possit culpa venialis, non modò constat ex sacra Scriptura, præsertim ex cap. 12. libri 1. Machab., & cap. 12. Matthæi, ac præterea ex sãctis Patribus, vt suprà visum est: verùm etiam Armena ipsa Ecclesia, dum orat pro defunctis, id fatetur, dicens: *Deus, qui es indulgentiarum largitor, dimitte peccata defunctorum nostrorum.* Et iterùm: *Rex gloriæ, omnia continens, omnipotens, dimitte defunctis nostris peccata*, &c. Vndè liquet, Episcopum Lampronẽsem Armenum, virum sanè doctissimum, & Romanę fidei propugnatorem acerrimum, loqui in illo loco de remissione peccati, non venialis, sed mortalis. Ad rationes autem adductas respondetur cum Diuo Thoma in 4. distin. 21. quæst. 1. art. 2. quòd animæ in Purgatorio, cùm nõ sint omninò in termino, possunt à culpis venialibus resurgere per actũ dilectionis, displicentiæ peccati, & patientię. nam acceptatio illa pœnę, à Deo inflictæ, cùm ex caritate prodeat, dici potest virtualis quædam pœnitentia, quæ licèt non sit propriè meritoria gratiæ, cùm non exerceatur omninò in via; est tamen remissoria culpæ venialis. Nec proindè se-

quitur, quòd possit ibi anima in peccatum veniale incidere; quia est in bono confirmata, & caret fomite: Sicuti, quia Damnati sunt obstirmati in malo, non possunt post hanc vitã agere pœnitentiam de mortalibus.

Inst. 21

Instat Vartanus in Monitis ad Armen. c. 5. Ex sacris Scripturis habetur, quòd in alia vita non relinquitur locus bonis operibus: ergo post mortem neque satisfieri potest pro poena peccati, neque culpæ venialis remissionem per actus vllos bonos impetrari. Propria ipsius verba inter alia sunt: *Inquit Christus in Euangelio: Venit nox, in qua nemo potest operari: nox autẽ mors est: igitur post mortem nequit homo siue bonum, siue malum aliquod operari. & ratio est, quia anima, solùm dum est Vnita corpori, bonum operari potest, aut malũ; & non, dum à corpore separatur: ergo qui Purgatorium confitentur, diuinis aduersantur Scripturis.*

Inst. 22

Respondetur, Scripturas intelligere de bonis operibus, quæ sint meritoria gratiæ, & gloriæ; quæ quidem in hac solùm vita, dum sumus in via, exercere possumus. non autem intelligunt de operibus poenalibus, quæ sint solùm satisfactoria pro peccato; neque de actibus dilectionis, & patientiæ, qui sint solùm remissorij culpæ venialis. hæc enim opera benè etiam in Purgatorio exerceri possunt, vt modò suprà probatum est. Cæterùm, qui Purgatorij profitemur, ideirco profitemur, vt diuinis Scriptaris, sanctisq; Patribus, & vniuersalis Ecclesiæ traditioni neu-

Inst. 23

tiquam

tiquàm aduersemur; quemadmodũ facit Vartanus, qui in hac re non solùm Scripturis sacris, sed etiam sibimet ipsi ad pertinaciã contradicit, nam in Confutatione Epist. Rom. Pontif. nu. 14. dixerat: *Animæ Peccatorum, qui post culparum confessionem obierunt, &c. purgantur, & expiantur per Viuorum suffragia.* Illic igitur post mortem expiari, atque purgari affirmat animas, quibus hìc purgatorium negat. Contradicit præterea sacris Scripturis, quia, cùm Ioannes clamet Apoc. 5. omnes pias animas, tam Beatorũ in Cælo, quàm Purgantium sub terra, benedicere, & glorificare Deum: *Et omnẽ*, inquit, *creaturam, quæ in Cælo, & super terrã, & sub terra, &c. omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum:* ipse tamen vel dormiens, vel suas obturans aures, ne audiat, easdem asserit animas nihil operari, & in mortis nocte quasi somniculosas, à bonis etiam actibus abstinere. Vndè de Vartano eadem dici possunt, quæ D. Hieronymus de Vigilatio (quem iocosè vocat *Dormitantiũ*; coquòd *animas interfectorum propter Verbum Dei, sub Altare* à Ioanne visas *clamare voce magna*, &c. diceret ipse, dormire ibi, & requiescere): *Tu*, inquit, *Vigilãs dormis, & dormiens scribis.*

Obijcit quartò idem Vartanus loco cit. dicens: *A Christo, Apostolis, & sanctis Patribus nulla de Purgatorio mentio facta est, Vsque ad Gregorij Pontificis Romani tempora, qui protulit*

tulit illud in ſuo libro: Veteres ergo ſancti Patres, Athanaſius, Cyrillus, Gregorius Nazianzenus, Silueſter Papa, ac reliqui Sancti omnes, qui Purgatorium neſcierunt, nunquid Deo non accepti fuere?

Reſpondetur, ad hanc obiectionẽ ſatis eſſe factum ſuprà; vbi non ſolùm ex antiquis ſanctis Patribus, & Nouo Teſtamento, verùm etiam ex Veteri, teſtimonia, quæ Purgatorij aſſertionem probarent, produximus, ſi non omnia, multa tamen; & quæ erant alijs clariora. Sed ad Vartani impudentiam confundendã ſufficere potuiſſet vel vnius Magni Gregorij authoritas; quippe cuius ſanctitas, ac diuinitùs illi tradita per Spiritum ſanctũ doctrina, & ſapientia armenis quoque litteris in eorum Menologio laudibus commendatur. Ratio autẽ, cur de Purgatorio recentiores ſancti Patres magis diſertè, quàm priſci, diſſeruerũt, ea eſt; quia hæreſis, tollens Purgatorium, recens fuit; cùm anteà nulla de eo inter Chriſtianos quæſtio eſſet, aut dubitatio.

Obijcit tandem Vanachanus in tract. de loc. anim. dicens: *Qui ſentiunt, eſſe in alia Vita Purgatorium, ex quo animæ aſcendant in Cælum, conſentiunt Platoni, qui aſſerebat, animas de vno corpore migrare in aliud; hoc eſt, de homine in brutum, de bruto in arborem, de arbore deniq; in Cælũ. Similiter iſti, eas in ignem tranſmigrare, dicunt; & ab igne in Cælum.*

Reſpondetur, quòd ad huius obiectionis ineptiam Obiector ipſe reſpon-

Էորոց խոստովանելոց բաւ[illegible]ն և սըր
բոն յիշատակօք հնատուցն, աղօթիւք,
և պատարագօք:] ահաւասիկ խոստո
վանի ասա զբաւարարան ինչ ի[illegible] հոգւոց
խոստովանելոյ մեղաւորացն: և ի մի
րոյ գնամ բաւարարանն ո[illegible]բացաւ: Եա
դէմ հակառակ լինի այն ասա[illegible]ին
զի Եբր յոհաննէս ի առեալեան. Է. Եբր
զինն աղաղակէ և ծոլէ. Ի[illegible] բաւեցուս
շա հոգիքն եղանելոյն ի յերկինս, և
բաւելոյն ի[illegible]նէրոյ երկրի, օրհնեն և
փառաւորեն գնա. ասելով: Եա ամ
պատած է, որ են յերկինս, և ի յեր
կրի, և ի[illegible]նէրոյ երկրի, լուայ զի ասէ
ին. որնասիկ յաճախեն և գասն՝ օրհնել
բարձրացեալ և փառաւորեալ յա[illegible]ս
յա[illegible]ս:] բայց վարպանն՝ Ի[illegible] նելնքեալ,
Ի[illegible] խցեալ զանանցս նա զի մի լսո[illegible]ի,
Եև գարձեալ ասէ առքն ցպետրոս: Որ ոմն անգամ կապեսցես յերկրի, եղիցի կապեալ յերկինս. և զոր ոմն անգամ արձակեսցես յերկրի, եղիցի արձակեալ յերկինս: Ցր. ունելոյս յեկն եղեցի զիշխանութիւն պատուելոյ, հրամայելոյ, սատակելոյ, Թողլոյ, պատժելոյ, նզովելոյ, արձակելոյ. և այլն: Ոչսոն կացս ցուց պետրոս պատասՀոս, և իշխան ամ քրիստոնէից: և Եթէ սոյնպիսի բանքս ասացեալ եղեն յայլ ոմն քան ամ առաքելոյն. սակայն ասեն սոս ցպետրոս միայն, առ է նշանակել, Թէ պետրոս միայն ոմն էր յառաքելոյն զոյ էր զիշխանութիւն զայս որոյ ինքնակալ իշխան և գլուխ ի սոյնցն. իսկ այլքն

ունելոց էին զնա՝ հնազանդ ճաւալով ի
նեղութ իշխանաւորաց պետրոսի որպ Ը.
զիսոյ և առաքելոցդ ի խրախանաց : 9

Ոչ-բնչ՝ ի զկնս. եբ. կրկ՝ զկնն
ասէ տէրն ցպետրոս; Սիմոնէ՝
ահաւասիկ խնդրեաց զձեզ խոթել
լինել եբբեւ զցորեան. այլ ես աղաչեցի
զքո բո. զի մի պակասեսցին հաւատք
քո. և դու երբեմն դարձեալ, և հաստա
ատեսցես զեղբարսդ քո: Ուրեք բանքս
այսոքիկ զկնիս ինչ նշանակեն. Նախ
եթէ պետրոս լինելոց էր գլուխ և հա
ստատիչ եղբարցն նորոց: և երկրորդ՝
եթէ ոչ միայն հաւատքն պետրոսի, Ժ.
այլ և այլոց աթոռակացն նուիրեան ոչ եր 10
բէք պատասխանելոց էր պատուիրեալն
ծողոբէ : զի քո աղաչեցի զի պետրոսի
ատ՝ ի յօգուտ քեզ եկեղցոյ. իսկ եկեղեցին
միշտ կարօտանայ ուսմանց յորմէ հաստա
ատեսցի և ուրոյ հաւատն ոչ նուազցի
պակասիլ: զի որոյ և յայլսն երէց առաց
քա պետրոսն. Եթէ ի քէ այդպէս վիճի չիմիք
ցնոց զնկեղեցի եմ, և դուռնք դժոխոց
զնա մի յաղթահարեսցեն. յիս. ոչ եթէ
միայն զնկեղեցի եմ, այլ և զքէմդ յո
րոյ զքէ նա հիմնեցի. որ ի ամուռն պետ
րոսի. որպէս մինչեւ սբ օգոստինոս բա
ցատրէ ասելով այսպէս: Թուեցէք զտէմ
քահանայապետաց ամուռն պետրոսի Ժա
և տեսէք զիւրաքանչիւր զհետեւողս 11
աթոռոյ նորին. և զդուշակիչք եմէ նա
ի զնէն, զոր ոչ յաղթահարեցին դռունք
դժոխոց :] Եւ աղերսանդ բապ
կիւրեղն ի մեկնու թեան առաքելոցն
ասէ. Ընդ այսմ խոստանայ առաքե
լական նկեղեցին պետրոսի անսուտ և
մշտնջեան ճայոյ յաւետ մոլորու թենէ, և հերձ
ուածողական յաղթու թենէ :] Բայց
ոչ ընդունէս խոստացեալ այլոց աշակերտ
ացն էի. որոց ամուռն յաղթահա

բեցան

tanas experiuit vos, vt eribraret, sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò cõuersus confirma fratres tuos. Quæ verba clarissimè duo declarant: alterum est, quòd Petrus foret Princeps, & Caput fratrum suorum: alterum, quòd non solùm Petri, sed etiam Successorum fides nunquàm erat hæresis contagione inficienda. Nam Christus orauit pro Petro in vtilitatem Ecclesiæ: Ecclesia verò semper indiget aliquo, à quo confirmetur, cuius fides deficere non possit. Hùc etiam spectant illa verba Matth. 16. *Et portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam*: hoc est, non solùm Ecclesiam, sed etiam petram, super quam illa fundaretur, scilicet Petri Sedem; vt notauit Augustinus, dicens: *Numerate Sacerdotes vel ab ipsa Sede Petri: in ordine illo Patrum, quis cui successerit, videte: ipsa est petra, quam non vincunt superbæ Inferorum portæ.* Et Cyrillus: *secundùm hanc*, inquit, *promissionem Ecclesia Apostolica Petri ab omni seductione, & hæretica circumuentione manet immaculata.* At non idem promissum fuit alijs Apostolis, vel discipulis Christi; in quorum Sedes iã portæ præualent Inferorum.

Ioan. 21. *Simon Ioannis diligis me plùs his?* &c. *Pasce oues meas.* Id est, quia tu plùs alijs Apostolis me diligis; ideò tu ex alijs omnibus præesto Ecclesiæ meæ, vt Pastor, & Põtifex illam regẽdo, & gubernando. Quæ verba, ne postea vocarentur in dubium, trinis vicibus repetuntur.

Prætereà ex pluribus alijs noui Testamenti locis colligitur Petri primatus. Et primò è reliquis verbis, quæ dixerat Petro Christus: Inquit enim Ioan. 1. *tu es Simon filius Iona: Tu Vocaberis Cephas:* quod interpretatur *Petrus*. Vbi Christus soli Simoni ex alijs Apostolis priſtinũ nomen mutauit, ac aliud ſtabile dedit, quo in posterùm vocaretur: tum quia non aliud illi nomen imposuit, nisi suum: Christus enim in Scripturis* frequentissimè Petra vocatur, tum etiá, quia Cephas sicut Syriacè *petram* significat, ita Græcè *caput*: quo significaretur, Petrus & fundamentum, & Caput Ecclesiæ loco Christi futurus.

*Isaiæ 8. & 28. Daniel. 2. Psal. 117. Matthæi 21. Rom. 9. & 1. Cor. 10. Epist. 1. & 1. Petri 2.

Matth. 16. *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cælis est.* Magnum enim priuilegium Petri fuit, quòd ipsi soli fieret illa peculiaris reuelatio. Vndè colligunt sancti Patres, quòd Petrus ex ea reuelatione primus omnium cognouerit, Christum esse filium Dei naturalem: vt Hilarius in hunc locum, & in Psal. 131, & libro 6. de Trinitate; Athanasius Serm. 4. contra Arrianos; Chrysostomus in cap. 16. Matthæi; Cyrillus lib. 12. in Ioan. cap. 64. Augustinus serm. 124. de Tempore; & alij. Quare cùm anteà dixerat Nathanael Ioan 2. *Tu es filius Dei:* & Apostoli, Matth. 14. *Verè filius Dei es:* vocauerunt filium Dei Christum eo modo, quo Sancti dicuntur filij Dei.

Matt. 17. *Aperto ore pisces inuenies sta-*

Յբ 12

Յգ 13

Յդ 14

ստատèրեմ ; illum sumens , da eis pro me, & te . in illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes : quis putas, maior est in Regno Cælorum? Vbi ex eo, quòd Dominus iusserit, solui tributũ pro se , & Petro , dicunt sancti Patres *, collegisse Apostolos, Petrũ omnibus alijs esse prælatum. & sanctus Augustinus in noui , & veteris Testamenti quæst. 75. *Saluator*, inquit, *cùm pro se, & Petro dare iubet, pro omnibus exoluisse Videtur : quia sicut in Saluatore erant omnes causæ Magisterij, ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur : ipsum enim constituit Caput eorum, Vt Pastor esset Gregis Dominici .*

Luc. 5. Videns Christus duas naues, ascendit in vnam, quæ erat Simonis : *Et sedens, docebat de naucula Turbas : Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem : duc in altum , & laxate retia Vestra in capturam .* Et post alia: *noli timere; ex hoc iam homines eris capiẽs .* Similiter post Christi resurrectionem, Ion. 21. dicit Petrus: *Vado piscari ; dicuntque ei alij , Venimus & nos tecum .* Et infrà : *Ascendit Simon Petrus , & traxit rete in terram , plenum magnis piscibus .* In his duobus locis aliqua sunt ad rem nostram considerանda : Primò , quòd in vtraque naui , & piscatione , quæ totius Ecclesiæ statum significant , semper Petrus Caput , & Princeps inuenitur. Secundò, Christus non aliã ascendit , nisi Petri Nauiculam, ex qua Turbas docet : vt intelligamus , in ea solùm Ecclesia esse , & docere Christũ, cuius Gubernator est Petrus.

Hanc

*Ambroſius ſerm. 2. de Mirabilibus.

Hanc ſolam, inquit Ambroſius, *Eccleſiæ Nauem aſcendit Dominus, in qua Petrus Magiſter eſt conſtitutus, dicente Domino: ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: Quæ nauis in altum Seculi huius ita natat, vt pereunte Mundo omnes, quos ſuſcepit, ſeruet illeſos.* Tertiò, ſoli Petro dicitur: *Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam:* ac rursùs deindè Petrus etiam eſt, qui dicit: *Vado piſcari: dicuntque ei alij, Venimus & nos tecùm:* Vbi ſolus Petrus & iubetur, & aggreditur, tanquàm ſummus Nauclerus, & Piſcator, alios ducere ad piſcandum. Quartò, Chriſtus, figuram exponens, ſoli Petro dicit: *Noli timere; ex hoc iam homines eris capiens.* Ac denique, vt omninò intelligatur, Petrum eſſe, qui, vt ſummus Piſcator, & Dux aliorum homines de Mundo ad fidem, & Eccleſiam adducere debebat, concluditur: *Aſcendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piſcibus.*

Ioann. 21. Poſtquàm Dominus curam Ouium Petro commendauerat, dixit ei: *Cùm ſenueris, extendes manus tuas, & alius cinget te, & ducet quò tu non vis.* Et ſubijcitur: *Hoc autem dixit, ſignificans, qua morte clarificaturus eſſet Deum.* Vbi ſoli Petro mortem Chriſtus prædicit, & mortem crucis: vt, ſicut illi ſuum & nomen, & Paſtoris officiũ impoſuerat, ita & in morte ſocium eum haberet. Vndè ſtatim, *Cùm hoc dixiſſet*, ſubdit Euangeliſta, *dicit ei: ſequere me.* Scilicet, eſto, quòd ego fui

Ep 18

Ep 19

Ep 20

ղերս ամանս դնեալ: Եւ նախ, զի ի յեր
կոքին առաքեալսն՝ զՊետրոս ընտրեաց
զբանիսունեալն նիշդուց, միշտ դասին
պետսա՝ գլուխ և առաքնորդ: Երկ
րորդ՝ զի քեզ ոչ յայլ տաճն ելանէ. Եթէ
ոչ ի նաւէն պետրոսի յորմէ և առա
քանէ զամողովորդսն ըզիր հնասցոյց
Եթէ քեզ կայ և առաքանէ միայն ի
միջ այնր եկիզդոց, որոյ առաքնորդն
է պետրոս: առաջն ամբոխիս ի
ձկնորսէն այսր բանիս առ այսպէս.
Ի յայնր եկիզդոյ նաւէն միայն ելանէ
առնն. յորում պետրոսն զարդ ապեա
կացոյ՝ ըստ ոչնմ, Թէ ի քեզ այդր
վիսիր շինեցիր զեկիզդն իմ: և այսպէս
սն նաւէ ի խորն աշխարհին այսորիկ
այնպէս անասանն գնոյ. մինչ զի ի կո
րստանդնոյն աշխարհին անվնաս պա
հէ զայնս, զոր նաւքնդունէ:] Երբո
րդ՝ զի պետրոսի միայնոյ ասացաւ.
խաղաղացո ի խորն, և արկէք զգդե
ձս ձեր յորս: Եւ դարձեալ՝ միայն
պետրոս եղև, որ առաքն էրկնասաձոյն
որսալ. և այլքն առէին. գասք և մեք
ընդ քեզ: Հայ որոյ պետրոս առանձինն
էրբ առաքնորդ նաւ ասէ, և որսոյ,
զհրաման առնու առաքնորդիլ զայլսն
առ որսալ: Եւ չորրորդ՝ զի առքն ա
ռ միայն զպետրոս. մի եթինչէր յայսմ
հնաւէ զնորդնիկ որսայցես: Եւ ասէ
զի հնասցոյց, Եթէ պետրոս որոյ զիմա
ցոյ որսոյ և առաքնորդ ածելոյ էր
զնարդնիկ ի յաշխարհէ առ հոգւոսս
և յեկիզդին. ասի ի վերջն. Թէ նման
սնամոնի պետրոս, և նոքա զդործնեան ի
ցամաք չի մնձասնեձ ձկամբք:

Հինգերորդ. ի յհոս. նոս. գլխոս.
երբն յանձնեաց ըս պետրոսի սոս
ձել զոչխարս նորա. ասէ ցնոս. Տր
ժամ ձերասցես. ձնուս նոքա հնդեն.

և

fui, tam viuens agendo pastorem, quàm moriens patiendo Crucem. Et, vt videretur Christus de hac speciali sequela fuisse loquutus, non de communi aliorum discipulorũ, excludens apertè Ioannem, subijcit: *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.*

Denique. Luc. 24. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Insignis quoque prærogatiua Petri fuit, quòd Christus, ex mortuis resurgẽs, ipsi primùm ex Apostolis, aliisque viris, apparere voluerit: quòd clariùs ex illis Apostoli verbis, 1 Cor. 15. colligitur: *Visus est Cephæ & post hoc Vndecim, deindè Visus est plusquàm quingentis fratribus; deindè Visus est Iacobo; deindè Apostolis omnibus; nouissimè autem omnium tanquàm abortiuo Visus est & mihi.* In quem locum Chrysostomus: *Itaque*, inquit, *non omnibus initiò visus est, nec pluribus simul, sed vni tantùm, & ei principi, & fide maximè digno.*

Secundò, idem Petri primatus colligitur ex eo, quòd Euangelistæ, cùm Apostolos nominant vel omnes, vel aliquos, semper primo loco Petrum ponunt: vt videre est in Matth. cap. 10. & 17. Marc. 3. 5. & 13. Luc. 6. 8. & 22. Ioan. 21. & Act. 1. Neque id factum est, quòd Petrus fuerit alijs senior, vel priùs à Christo vocatus. Nam Andræas & Petro senior, & antè illum vocatus fuerat.

Tertiò, quia passim in Scripturis Petrus describitur vt Dux, & Princeps aliorũ Apostolorũ. Sicut enim

Apo-

Apocal. 12. dicitur: *Diabolus, & Angeli eius. Michael, & Angeli eius:* ita ſimiliter dicitur Marc. 1. *Et proſequutus eſt eum Simon, & qui cum eo erant.* Luc. 8. *Dixit Petrus, & qui cũ illo erant.* Luc. 9. *Petrus verò, & qui eũ illo erant.* Act. 2. *Stans Petrus cum vndecim.* Et infrà: *Dixerunt ad Petrũ, & ad reliquos Apoſtolos.* Immò etiã aliquandò, vt clariùs intelligatur eſſe Petrus Apoſtolorum, & diſcipulorum Princeps, ita cum illis comparatur, vt extrà eorum ordinem, ac numerum videatur eſſe. Vndè dicitur Marc. 16. *Dicite diſcipulis eius, & Petro.* Act. 5. *Petrus, & Apoſtoli dixerũt.* 1. Cor. 9. *Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierem circumducendi, ſicut & cæteri Apoſtoli, & fratres Domini, & Cephas?* Huc etiam ſpectat, cur Petrus nomine omniũ ſæpè loqueretur: vt Mat. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Luc. 12. *Ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes.* Ioan. 6. *Domine, ad quem ibimus?* Et infrà: *Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Chriſtus filius Dei.* In quem locum Cyrillus: *Per vnum*, inquit, *qui præerat, omnes reſpondent.*

Quartò, quia Paulus 1. Cor. 1. ſic loquitur: *Vnuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Chriſti.* Vbi progreditur aſcendendo, & Petrum proximũ ſub Chriſto ponit. Et rursùm ad Galat. 1. de ſe ſcribit: *Poſt annos tres aſcendi Hieroſolymam videre Petrum.* Cur autem ad Petrum potiùs, quàm ad alios viſen-

Ապ. 12. ասի՝ Սատանայ եւ հրեշտակք նորա։ Մատթ. 24 ԺԷ. 1. Եւ հետեւեցաւ նմա Սիմոն եւ որ ընդ նմա էին։ Ղուկ. Ը. Եւ ասէ Պետրոս եւ որ ընդ նմա էին։ Ղուկ. Թ. Պետրոս ասէ եւ որ ընդ նմա էին։ Գործ. Բ. Կայր Պետրոս ընդ տասնեւմեկեան, եւ ասէ առ զատկանն եւ առ զայլ առաքեալսն։ Եւ Ա. Կորնթ. Թ. Ոչ իշխանութիւն ունիմք քոյր կին առնել իբրեւ զայլ առաքեալսն եւ զեղբարս Տեառն, եւ զՔեփաս։ Մարկ. ԺԶ. Երթայք ասացէք աշակերտաց նորա եւ Պետրոսի։ Ղուկ. Ժ. Մեզ ասես զառակս զայս, եթէ եւ ամենեցուն։ Յովհ. Զ. Տէր ո՞ւմ գնասցուք, բանք յաւիտենական կան քեզ։ Եւ ես գիտացաք եւ հաւատացաք եթէ դու ես Քրիստոս որդի Աստուծոյ կենդանւոյ։ Եւ ասէ Կիւրեղ. Ամենայն ոք ի մարդկանէ, ասէ, ի ներքոյ Քրիստոսի կացեալ, ի նմանէ ընդունի զիշխանութիւն, եւ ի նմանէ առնու զպատիւ։ Ապա ապա ի Գաղատացիսն. Գ. Ամս երիս յետ այսորիկ ելի յԵրուսաղէմ տեսանել զՊետրոս։ Զիարդ ուրեմն ոչ առաքեալքն ամենեքին, այլ միայն Պետրոս ասի տեսանել։ Զի Պետրոս ի վերայ ամենեցուն կարգեցեալ էր, եւ ամենեքին զնա ի վերայ ունէին։ Ոչ միայն ի նոր օրէնսդրութեան, այլ եւ ի հնումն։ Ոչ միայն ի մարդկանէ, այլ եւ ի հրեշտակաց

նայն :] Եւ ի իշխանս. Պատասխանի եւ նմանայ սիմոնիմ պետրոս. տէր առ ով երթիցուք :] Եւ յետոյ դնէլ ասէ. մէք հոմ ատացաւ, եթէ դուս ես քան որդեւ ոչ :] Յորոյ անդրադարձ մը ասէ սբն կիւրեղ : Բերանով Քրիստոս, որ էր մէրձակայ ցոյս, պատասխանեաց առնելոցն :

Իսկոյն որդ զի պօղոս յառաջին եւ որդն ասս. հրեայ ցս. ա. ասէ. եթէ երբ պարտ չիւր ոչ ի հէնց ասէ. ես պօղոս սեան եմ. և միւսն՝ եթէ ես ապօղոսան. և միւսն՝ եթէ ես կիւրեան. և միւսն՝ ես քանան :] Ուր յառաջ ընթացեալ հիմն հրաւիրով. և գնէ զպետրոս մերձ քն : Եւ դնէլ ասս գրոցս. ա. ասէ. Ձէս երկից տասց էլի չէմ առնալ զպետրոս :] ապ՝ զինէր զպետրոս առաջ հրէլ քան զայլ առաքեալսն, և մանաւանդ զանդ զյակովբոս եղբայր Տեառն. եթէ ոչ զի ճանաչէր պօղոս, եթէ պետրոս միայն կացուցեալ էր ի առաջնորդ իշխան ամէ առաքելոցն : զի ոչ ոք քեզանն ի . հէ . եղբ." ճառն իմիտայ չհոմ գրէ ոչ ասէս : Պետրոս էր իշխան և քեզան առաքելոցն. ասէս այսորիկ պօղոս ել չէմ առնալ զնա :]

Եւ ասունեցուց. հոմ ասաւ առնս նի առաջնորդ ուրիշն պետրոսի ի չիւրս ես յայտնիկ, զոր ինքն սկսաւ գործել յհկիցն : Քանդի ի գործոցն . ա . զը լուհն յետ հոմբարձմանն էն վազմ զակն ժողովեաց զառաքեալսն և զաղաւնեցան. և բոլոր արարածոց, ուսուցանելով . եթէ պարտ էր քարոզել զմի ոչ ի առնն յոյ գոյ : Յորոյ ցեալ պետրոս ի մէջ եղբարցն, ասէ. արք եղբարք պարտ է. և այլն] զոր առնէին բոլոր գրել ամենեցուն սակէքէրան ասէ. Որքան քաջագոյն նուաճէ պետրոս զանձնեալն ներքանն զհոմն. որքան զա-

viſendos Apoſtolos, præſertim Iacobum Ieroſolymitanum Epiſcopũ, illùc Paulus aſcendit, niſi quia ſolum Petrum omnium Apoſtolorum principem fuiſſe à Domino conſtitutum, agnouerat? quarè Chryſoſtomus homil. 87. in Ioan. inquit: *Petrus os erat Apoſtolorum, & Princeps; propterea & Paulus eum præter alios viſurus aſcendit.*

Quintò demùm oſtenditur Petri primatus ex praxi, hoc eſt, ex ijs, quæ ipſe Petrus in Eccleſia patrare cœpit. Nam Actor. 1. ſtatim poſt Chriſti Aſcenſionem, vt is, cui præſidetia diſcipulorum commiſſa fuerat, collecto eorum coetu, concionem habet, docetque, vnum eligẽdum eſſe in locum Iudæ: *Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres oportet,* &c. quem locum exponens Chryſoſtomus, ait: *Quàm agnoſcit Petrus commiſſum ſibi gregem! quàm in hoc choro princeps eſt!*

Act. 2. poſt acceptum Spiritum ſanctum, primus omnium promulgat Iudæis Euangelium, & conuertit hominum tria millia: *Stans autẽ Petrus cum Vndecim, leuauit Vocem ſuam, & loquutus eſt eis: Viri Iudæi,* &c.

Act. 3. primus omnium patrat miracula in teſtimonium fidei, & dicit Claudo: *Aurum, & argentum non eſt mihi: quod autem habeo, hoc tibi do,* &c.

Act. 4. primus omnium reſpondet proſe, & ſocijs, Principibus Iudæorum, in Concilio congregatis, eiſque ſtrenuè reſiſtit annunciando

Christum : *Tunc repletus Spiritu*
sancto Petrus dixit ad eos : Principes ι
populi, & Seniores, si nos hodiè dijudicamur, &c. 30

Act. 5. primus omnium in Ecclesia iudicat, ac decernit. Cùm enim Ananias, & Saphira, vendentes agrum suum, ac fraudantes de pretio, partè illius ante pedes Apostolorum constituissent; solus Petrus, tanquàm summus Iudex, eorum dānauit hypocrisim, eosque morte puniuit : *Dixit autem Petrus : Anania,*
cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto ? &c. ιαι

Act. 8. hæresim Simonis Magi, 31
quæ prima in Ecclesia fuit, primus detexit, ac damnauit : *Petrus autem*
dixit ad eum : pecunia tua tecum sit in perditionem ; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Eundem posteà Simonem Magum, hæresiarcham, & omnium patrem hæreticorum, Romæ diuina virtute superauit, ac planè extinxit : quod & Armenij in lib. de diuisione Prouinciarum, inter Apostolos facta ob prædicandum Christi Euangelium, sic relatum accipiunt : *Petrus, postquàm*
Antiochenam fundauit Ecclesiam, & Ordinationem manuū impositionis toti Syriæ, Ciliciæ, Galatiæ, alijsque Regionibus tradidit Vsque ad Pontum ; Romam profectus est propter Simonem Magum : Vbi eodem profligato Simone, tum Romæ, tum Italiæ Vniuersæ, nec non Hispaniæ, Galliæ, alijsq; finitimis Regionibus, manuum impositionem tradidit ; fundatisque Vbique Ecclesijs, ac Sacerdotibus, & Ministris institu-

tis

զառաքելոյդ ցուցանէ զինքն ի Յուդա
այսմիկ։]

Գլուխ ի գործոցն Բ. յետ ընդունելոյ զՀոգին սբ՝ սկսաւ յառաջ քան զայլսն քարոզել ի Տեառնէն հրէից. և գործէ ցուցանէ ի հաստատուն զնիցիս հաւատոյ Տեառն ցնծալով սիտոյս հանդերձ մեռանելոյ՝ ապա յարութիւն զնայեր նոր. և խօսեցեալ ընդ առաւ, սրբ հրէաստան նմայք. և այլն։

Գլուխ ի գործոցն Գ. առաքելոյն քան զայլսն գործէ սքանչելիս ի միոյ ուրբի տաճարէ հաւատացեալ. և ասէ ցկնա դին. Հնդեմ եւ սակաւ ասելիս. քոյդ զաչ ունելիս, զայս տայ քեզ. և այլն։

Գլուխ ի գործոցն Դ. առաքելոյն քան զայլսն պատասխանի տայ ի ներ և ընկերացն ի ներոյ առ իշխանսն հրէից ի Յաղագ գառնալոյս. և ցոյսն քաջութեամբ ընդդիմանալ բարեգործելով զնա։ Տայ ժամ պետրոս լսել հոգւոյն սրբոյ. և ասէ ցնոսա. իշխանք ժողովրդեանն, և երիցունք իսրայէլ. եթէ արժան ենք ի քննել զայսօր. և այլն։

Գլուխ ի գործոցն Ե. յորժամ ա նանիա և սափիրա բերեն զգանձս ինչ ոչ ամենայն առաքելոցն առ ոտս առաքելոյն. սիտոյն պետրոս, երբ առաքելոցդ և ոչ առ ոք, դառնալոյ զինեղ առ բանն ներքին հրեշտակ; ձեռն պետրոս. անանիա ընդունէր նմին առաքելոյն զիմբառն, առնոյ քեզ հոգւոյն սրբոյ. և այլն։

Գլուխ ի գործոցն Զ. պետրոս սիտոյն զգոյշ լսելոյ, և գաստիարակեալ առ զսինեան մոգն զհերձուածողն ներին. որ առաքելոցն չհնազանդի։ Եւ պետրոս ասէ ցնա. արդ ասէ քո ընդ քեզ լեալ ի հոգւոյն. չի զգայեցար այդ հաստատելոցդ ընդ հոգւոյն սրբոյ. և այլն։ Եւ յետոյ նոյն պետրոս գնաց

ասէ

tis, permanſit ibi Caput, & Præſul.

Act. 9. *Factum eſt, Vt Petrus, dum pertranſiret Vniuerſos, deueniret ad ſanctos, qui habitabant Lyddæ.* vbi Chryſoſtomus: *Quemadmodùm,* inquit, *Dux in exercitu obambulans, conſiderabat, quæ pars ſit coadunata, quæ ornata, quæ ſuo aduentu egeat: Vide, Vbique illum circumcurſare, & primum inueniri.* Ibidem, primus Apoſtolus, qui mortuum ſuſcitauerit, Petrus fuit: *Petrus, conuerſus ad corpus, dixit: Tabitha ſurge.* &c.

Act. 10. primus omnium incipit prædicare Gentilibus, eoſque ad fidem conuertere: *Adhuc loquente Petro Verba hæc, cecidit Spiritus ſanctus ſuper omnes, qui audiebant Verbum: & obſtupuerunt ex Circumciſione fideles, qui Venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus ſancti effuſa eſt:* quod & ipſe Petrus teſtatur, dicens Act. 15. *Viri fratres, Vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes Verbum Euangelij, & credere.* Primus ergo pater, non ſolùm Iudæorum, ſed etiam Gentiliũ Petrus fuit. Nam Eunuchus ille Æthyops, à Philippo anteà conuerſus Act. 8., natione tantùm, non religione, gentilis erat: *Venerat enim adorare in Ieruſalem, & ſuper currum Iſaiam prophetam legebat.* Sic etiam, cùm Act. 9. dicitur, quòd Paulus in Ieruſalem *loquebatur Gentilibus, & diſputabat cum Græcis*; Græci vocantur, non Gentiles, ſed Iudæi in Græcia nati: cum Gentilibus autem loquebatur tunc Paulus, fortaſſe,

non vt eos ad fidem conuerteret, sed vt fidem ab eorum calumnijs defenderet. vndè neminem illorum memorat Lucas ad fidem tunc esse conuersum.

Act. 12. pro Petro, Hierosolymis in carcerem truso, *oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia:* id quod factum ab illa non legimus, nec antè pro Stephano, & Iacobo, in vitæ periculo constitutis, & deindè etiã interfectis; nec posteà pro Paulo, ibidem vincto, cæso, & ad mortem à Iudæis quæsito. quarè hoc? nisi quia plùs corporis interest conseruatio capitis, quàm alterius mẽbri. quod innuere videtur Chrysostomus in hunc locum, dum inquit: *Magni amoris indicium oratio: patrem omnes quærebant.*

Denique Act. 15. Petrus in Concilio de circũcisione, & lege Moysi seruanda, primus loquitur, & suã profert sententiam; quam Iacobus, alijque omnes sequuntur: *Conuenerunt Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos,* &c.

Et hæc hactenùs de sacris Scripturis: ex quibus disertissimè demõstratum est, Petrum primò à Christo Domino Præsidem totius Ecclesiæ constitutum fuisse; secundò ab Apostolis, ac discipulis, vt eiusdem Ecclesiæ Præsidem, descriptum, & acceptum; tertiò, vt Præsidem, eandem Ecclesiam gubernasse. Nunc ad Patrum testimonia, hoc idem confirmantia, animũ transferamus.

PRO-

PROBATVR SECVNDO

Ex Patribus Græcis, & Latinis, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. IV.

CLemens Romanus in epiſt. 1. ad Iacobum inquit: *Simon Petrus Veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum Eccleſiæ eſſe, definitus eſt: qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini, Apoſtolorum primus, cui & primò Deus Pater filium reuelauit.* Et infrà: *qui obſcuriorem Mundi plagam Occidentis, Velut omnium potentior, illuminare præceptus eſt; quique & integrè potuit implere præceptum.*

Dionyſius Areopagita, de Diu. Nom. cap. 3. *Aderat Petrus, ſupremũ decus, & antiquiſſimum Theologorum columen.*

Theophilus Antiochenus, lib. 2. Allegor. in Euang. Marci: *Socrus Petri Synagoga eſt, filiaque eius Eccleſia, quam Petrus regendam accepit.*

Tertullianus, de Pudicitia c. 21. *Super te, inquit, ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues, non Eccleſiæ: & quæcunque ſolueris, Vel alligaueris; non quæ ſoluerint, Vel alligauerint. Sic enim & exitus docet: in ipſo Eccleſia extructa eſt, id eſt, per ipſum.*

Origenes homil. 17. in Lucam: *Ergo ſcandalizati ſunt Vniuerſi, in tãtùm, Vt Petrus quoque Apoſtolorum prin-*

princeps tertiò denegarit.

Cyprianus, in epiſt. 40. *Deus Vnus eſt, & Chriſtus Vnus, & Vna Eccleſia, & Cathedra Vna, ſuper Petrum Domini Voce fundata. aliud Altare conſtitui, aut ſacerdotium nouum fieri, præter Vnum Altare, & Vnum Sacerdotium, non poteſt.* Item in libro de vnitate Eccleſiæ Catholicæ: *Primatus Petro datur, vt Vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra Vna monſtretur.*

Petrus Alexandrinus, Serm. de Poenitentia: *Petrus quoque, Apoſtolorum Princeps, in mentem reuocetur; qui iam in cuſtodiam erat reiectus.*

Euſebius Caſarienſis, hiſt. Eccleſiaſt. lib. 2. cap. 13. *Benigna Dei prouidentia fortem, ac præpotentem, & reliquorum Apoſtolorum omnium propter Virtutis amplitudinem facilè principem, Petrum Romam Versùs; ad eiuſmodi peſtiferam Vitæ humanæ corruptelam delendam (hoc eſt, Simonem Magum) quaſi manu deduxit.* Item in Chronico anni 44. à Chriſto nato: *Petrus Apoſtolus natione Galilæus, & Chriſtianorum Pontifex primus.*

Iulius Papa primus in epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientales: *Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cũ omnium par eſſet electio, Vni tamen datum eſt, vt cæteris præmineret.*

Baſilius Magnus, Serm. de Iudicio Dei: *Ille beatus appellatus, qui cæteris prælatus diſcipulis fuit, cui claues Regni cæleſtis commiſſæ ſunt.* Item Orat. 3. de peccato: *Adminiſter talis, ac*

ես ասեմ ձեզ, եթէ դու ես Պետրոս, եւ ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, եւ դրունք դժոխոց ոչ յաղթեսցեն նմա: եւ քեզ տացեմ զբանալիս արքայութեան երկնից: զոր ինչ կապեսցես յերկրի, կապեալ եղիցի եւ յերկինս: եւ զոր ինչ արձակեսցես յերկրի, արձակեալ եղիցի եւ յերկինս:]

[Եւ Կիւղեանոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Եփրեմ ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Եւթիմիոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Թէոդորիտոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Թէոդորոս Մոպսուեստացի ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Կիւղեանոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Եփրեմ ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Եւթիմիոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Թէոդորիտոս ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

[Եւ Թէոդորոս Մոպսուեստացի ասէ. Ի վերայ այսր վիմին շինեցից զեկեղեցի իմ, զոր ինչ կապեսցես, կապեալ եղիցի: եւ զոր ինչ արձակեսցես, արձակեալ եղիցի:]

ի գիրս յիշդս մեռանիլ հնչդոյ ասէ. զձայնաբերդութիւնն առեալ էրէ պէս արտասի. որպէս զի հնչդիւն չի մի ցուց ցի, և մի ամառն:]

Գիտացոս աղբիանոյ գոյին ի ձառն յիշդս ապաշխարութիւն ասէ. Գիտացոս առաքելոյ իշխանն ի միտս ածցի. որ ի բանդի նեղեալ էր:]

Եւ սէբիոս կեսարացին ի յեբկոս դէպ գիրս պատմութիւն նոյց ասէ: Հիմն կոծ-անելոյ զմահարբեր ապականչին մարդկութիւն կենաց զմոչն սիմոն՝ ոյ խնամութիւն առաքեցաց մինչ և ի հռոմի զհզօրագոյնն և զոյժ առաքելոյ եշխանն զգիտացոս:] Եւ դՀ ի Նոյն պատմութիւն ասէ տեառն. Երկ. յոյն՝ ասէ. Գիտացոս առաքեալն, ազգաւ գալիլեացի, և առաքին հայցապետ քրիստոնէից:]

ԱՔն յոհաննես հռոմայեցի հայցապետն յոհաննէին Ծոզքն առ նոյեմբրոնա յարեւելից ասէ. Ի մեզ սբոյ առաքելոյն Քէպեհա եղեն հռոմ տապարութիւն նոյ. տակայն եղեւ զոնապարհութիւն իշխանութիւն. և Քէպեհա հռոմ տարբ եղեւ քրիստոսի ամենեցուն. առ կայն մեռա՛ տուեալ է, զի առաքնոյ լեցի այլոցն:]

ԱՔն բասիլիոս ի ձառն յիշդս պատարագին ոյ ասէ. Հմ յն եղանելի կոչեցեալն, որ առաքնոյ եղեւ այլոց աշակերտացն. որոմ տուէլ եղեն փականք արքայութեան երկնից:] Եւ դՀ ի յեբկոսէ ձառն յիշդս մեղաց ասէ. Հմ յոպեան և ամբակում մարգարէսն Ծոզքն պաշտան էր եղանելին պետրոսն չի ամ այլոց աշակերտացն առաքնոյ եղեւ:]

Եւ ոբեն ամբրոսիոս ի մեկնութիւն ղուկասու ասէ. Քրիստոս հարցանէր զաք

ac tanta sententiæ est Beatus Petrus, qui omnibus alijs discipulis antepositus fuit. 7

Ambrosius in caput vlt. Lucæ: *Christus Petrum interrogabat: amas me? non vt disceret, sed vt doceret, quem eleuandus in Cælum sui amoris nobis velut Vicarium relinquebat.* Item in cap. 2. ad Galat. *Soli Petro gratia primatus inter Apostolos est concessa.* Item in cap. 12. posterioris ad Cor. *Prior secutus est Andræas Saluatorem, quàm Petrus: & tamen primatum non accepit Andræas, sed Petrus.*

Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 2. *Nemo desperet de sua salute: Petrus, Princeps Apostolorum excellentissimus, coràm ancilla ter negauit Dominũ: sed ad se rediens, flenit amarè.* Item Catechesi 11. *Petrus, Princeps Apostolorum, & supremus Ecclesiæ præco.* 8

Ephræm Syrus, in Panoplia, siue Armatura Spirituali: *Princeps Apostolici ordinis Petrus, cùm filium Dei viui Christum Iesum confessus esset, claues Regni cælestis accepit, potestatemque cælestium, & terrestrium omnium obtinuit.* Item Serm. de Transfiguratione Domini: *Sicut Moyses societatis illius, & cõiunctionis Hebræorum iussu Dei princeps fuit; ita Petrus Ecclesiæ Christianorum: atque, vt ille veteris, ita hic noui Testamenti princeps.* 9

Damasus Papa in epist. 4. *Princeps Apostolorum Petrus, solus, & præ omnibus creditus est; atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claues Regni cælorum, ad aperiendum*

fideli-

fidelibus, & benevolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus, & malevolis. 10

Nazianzenus, Orat. 26., quæ est de moderatione in disputationibus seruanda: *Vides, quemadmodũ ex Christi discipulis, magnis vtique omnibus, & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocetur; atque Ecclesiæ fundamẽta fidei suæ credita habeat; ac reliqui discipuli eum sibi præferri trãquillo animo ferant.*

Epiphanius hæresi 51. *Deus Petrum elegit, vt dux esset discipulorum.* 11 Item in Ancorato: *Hic est, qui audiuit, Pasce agnos meos; cui creditum est Ouile.*

Chrysostomus, Orat. 5 in Iudæos: *Petrus fleuit amarè; ideò abluit illam abnegationem, vt etiam primus Apostolorum fuerit factus, ac terrarũ Orbem totum subiecerit.* Item homil. in Petrum Apostolum: *Petro Orbis terrarum Ecclesiæ, & populorum multitudines eius fidei committendæ erant.* Et infrà: *Permissus est peccare is, cui Ecclesia credenda erat.* Item homil. 87. in Ioann. *Petrus os erat Apostolorum, & princeps, & vertex ipsius Cœtus.* Et infrà: *Cùm magna Christus Petro communicasset, Orbis terrarum curam demandasset,* &c. Item homil. 80. ad populum Antiochenũ: *Post illum grauem casum, rursùs Petrum ad priorem reduxit honorem pœnitentia, & ei per totum terrarum Orbem Ecclesiæ præsidentiam tradidit.* Item homil. 11. in Matth. *Petrum Ecclesiæ futuræ pastorem constituit.* Et infrà: *Deus concedere solus potest, vt futura Ecclesia*

զկնտրսս. ոնդնսն զկս. ուչ կա ասանկ լոյ. այլ կս սուս ցանկալոյ. Ե՛ սկ էզ այն, զոր ինքն ի ժամս հաստատմանն իւրոյ յեկեղեցս Հոգեյ սուրբ եբեր զնա հաստատուն ոտիւն իւրում:] Եւ դարձ եմք եկեղեցի պետն ասէ զքրոջս ասէ. Ի մէջ առաքելոցն միայն պետութեան աստուած շնորհեցն առաքելոցդ Ե՛:] Եւ զդարձ եմք. Ե՛ պետն եկեղեցի Հղումն ասէ. Հաւատոյն ասէ զկնտրսս զոր կամեցաւ զնա ցուցանել զինքն ուրիշ, քան զպետս, այլ ասկայ զառաքելոցդ Ե՛ն ուչ ասդրեաս, այլ պետս էասս:]

Աբեղկիւրեղ Եմացին ի յեկեղեցի կատեխէսին ասէ. Ես ոչ եմ յաւտար հաստ քրիստո Ե՛ն իւրոյ. զի և պետրոս զերանելոյն հշման առաքելոցն առաջի մեծ ազահանոյ եղնցս ասդրեաս ընդ առնու: նախ եկեալ ի միտս իւր եղոյ զաննախէս:] Եւ ի Ե՛. Կատեխէսին զդարձ ասէ. Պետրոս հշման առաքելոցն, և վերին քահանայն հիդեցաւ:]

Աբեղկիւրեղ ասացէ ի պատուիրեալ ասէ. [հշման առաքելական դասուն պետրոս՝ եբեղ խոստանեալ զին քեզ տալ այ կնդատուց, Էաս զհամակաս աքսայու Ե՛էն եղնկոյ և զհշման Ե՛ն եղէբայ սամ եղնկոյնն և եղնկոյնն եղ ասց:] Եւ զդարձ ի ձառն յիդս ասլանկը պու Ե՛ սա ասէ. Ոչ սկ մոմխէս ասդասն ին հրամանաւ՝ եղե հշման Հոգեյ հրեշտ. Հոյնպէ և պետրոս հշման եղե. եկիդեցոյ ըստասանէն: և որպէս հնոց կատակարանացն. Հոյնպէ և սա Հարոց կատակարանաց հշման:]

Աբեղ զամասս պարտ ի Հոգեյ Հոգեն ասէ. պետրոս միայն ի մէջ առնի հշման առաքելոցն հաստատելոյ՝. և արժանի եղե առնուլ ի Ե՛ զբնե

Քրիստոս

ՃԿ 13

քրիստոս քէ այլ գլխականս առքեալս քան եբկնից, առ՝ի բանալոյ հաւատոյն լոյս և բարեկամաց մատղկան զնուանն՝ի աւբն մեր յն քրս. և առ՝ի վահելոյ զայն անհաւատից և չարեկամաց։]

ԼԱՀՆ գրիգոր ասծաբան՝ի՝ եզ. երդ՝ Ճառն ասէ. ԼՈեսանես, թէ որոյ յաջակերտացն էր, որ ազգեաց մեծասին ծէ էին առնելիքն և գնատեսանէ և ընտրեալ, պետութեան միոյն վէմ հաստատեաւ. և հիմունք եկեղեցւոյ նմա միոյն յանձն նեցան. և այլ աշակերտացն ոչ ձանձրացան ոնել զնա առաքեալսդ։]

ՃԿ 14

ԼԱՀՆ եպիփան՝ի. ճա. գլխն յղիս հերձուածոց ասէ. ԶՀ զպետրոս ընտրեաց լինել առաքելոցդ աշակերտութեան խրոյ։] Եւ դՀ՝ի դերս անկորաստասէ. ԶՀյս է՝ որ լուաւ. արասցեմ զոչխարս իմ. որում յանձնէնգաւ հոգս։]

ՃԿ 15

ԼԱՀՆ ոսկէբերան՝ի. Ե. երդ՝ Ճառն որ ընդ դՀմ հրէից ասէ. Պետրոս ելաց դառնալով, սակս այսորիկ լուաց զոտքացուքն իւր. և եղև առաջնորդ առքեալն. և՝ի նմանէ իւրեանն առաքելութեան զաւնայն տիեզերս։] Եւ յեսայ դՀ ասէ. Ծողեալ եղև միշտ ալ. որում յանձն լինելոյ էր եկեղեցին։] Եւ դՀ՝ի. ՀԷ. երդ՝ Ճառն իմի յհու ասէ. Պետրոս էր բնքրեան առքեալն, և իշխան, և գագաթ դասուն նոցայ։] Եւ յեսայ դՀ ասէ. Ի՞ բրև քն հաղորդել էր սետրոսի զմեծասինն. և եդել էր իմ նորայ զհոգս առ աւինելոցդ. և այլ։] Եւ դՀ՝ի Ի. քարոզն առ ժողովուրդն անտիոքա ցի ասէ. Ճնա ծանուցն անհնանն այլ նորին՝ վերատես յատաբերէց զպետրոս յառաքեալսդն պատճառ ապաշխարութ՝ի. և նոնման վերականգնել նմին

sia, tot, tantisq; fluctibus, impetu irrumpentibus, immobilis maneat; cuius Pastor, & Caput homo piscator, atq; ignobilis. Et rursùs infrà: *Hieremiæ Vni genti Pater, hunc autem Vniuerso terrarum Orbi Christus præposuit.*

Hieronymus in Psalm. 13. *Nullus de discipulis, neque Petrus, qui Caput est Ecclesiæ*, &c. Item lib. 1. aduersùs Iouinianum, cap. 14. *Inter duodecim Vnus eligitur, Vt capite constituto schismatis tollatur occasio.*

Augustinus in lib. quæstionũ veteris, & noui Testamenti, quęst. 75. *Petrum Christus constituit caput Apostolorum, Vt pastor esset gregis Dominici.* Et infrà. *Rogans Christus pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur: semper enim in Præposito populus aut corripitur, aut laudatur.* Item tract. 56. in Ioan. *Quis nescit, primum omnium Apostolorum esse beatissimum Petrum.* Et rursùs tract. 124. *Beatus Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum, Ecclesiæ gerebat figurata generalitate personam.*

Nilus in epist. ad Eusebium. *Hoc cerni potest in Petro, primo lapide Ecclesiæ, qui positus est post pœnitentiam Vertex, caput, & fastigium chori Apostolorum.*

Ioannes Cassianus lib. 3. de Incarn. Domini, cap. 12. *Petrus, Romanæ Ecclesiæ gubernaculum regens, sicut fidei habuit, ita & Sacerdotij principatum. Dic nobis ergo, dic nobis Princeps Apostolorum Petre; dic, quemadmodùm Ecclesiæ credere Deum debeant.*

Cyrillus Alex. lib 10. in Ioann.

cap. 41. *Beatus Petrus, diſcipulorum omnium princeps*, &c. Et libro 12. cap. 64. *Petrus, vt Princeps, caputque cæterorum, primus exclamauit: Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Item in Theſauro: *Sicut Chriſtus accepit à Patre ſceptrum Eccleſiæ gentium, dux ex Iſraël egrediens, ſuper omnem principatum, & poteſtatem, ſuper omne quodcunque eſt, vt ei cuncta curuentur: ſic & Petro, & eius Succeſſoribus pleniſſimè commiſit; & nulli alij, quàm Petro Chriſtus, quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit.*

Deniq; Gregorius Magnus lib. 4. epiſt. 32. ad Mauritium Auguſtum: *Cunctis Euangelium ſcientibus liquet, quòd beatiſſimo, & omnium Apoſtolorum Principi Petro Dominica voce totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt*. Et infrà: *Ecce claues Regni cæleſtis accepit; poteſtas ei ligandi, atque ſoluendi tributur: cura ei totius Eccleſiæ, & principatus tributur*. Et hæc ſatis de Petri primatu. Supereſt, vt deinceps, Romanum Pontificem in totius Eccleſiæ regimine Petro ſucceſſiſſe, oſtendamus.

Ժգ 16

Deniq; Gregorius Magnus 17

Ժէ 18

Ժը

ԼԲՆ կիւրեղ աղէքսանդրացին ՚ի . Յ . եզր" գիրս իմ յհռ . ՚ի Քաս . գլխ ասէ Երանելին պետրոս , ամ աշակերտացն ան իշխանն . և այլն :] Եւ դ ՚ի Յբ· բդ" գիր , և . եզ . բդ" գլուխն ասէ . Պետրոս , որում իշխան և գլուխ այրցին առաջ Քարոյ աղաղակեաց . դու Էս քրս որդի ես կենդանւոյ :] Եւ դ ՚ի գիրս գանձառաց ասէ . Որպէս քս Էառ ՚ի հօրէ զդաշ աղան ենիցես աղգաց , եղեալ յիւղ իշխան իմ ամ պետրոս Ք , և զօրու Ք , և իմ ամենայն որ ինչ իցէ . զի նմա ամենեքեան եր կիւրակացնեն : Նոյնպէս և պետրոսի և հետեւողաց նորա լնապէս յանձնեաց քս զիւրն . և ոչ այլոմ ումեք Էառ զայն . ևթէ ոչ միայն պետրոսի :]

ԼԲՆ գրիգոր հռովմայ հայրապետ ՚ի Ծու·զն առ մօրիկ կայսր ասէ . Հաստատ ես . որ ընդունիցաս զամ եաստանն , գիտէ . ևթէ երանելոյն պետրոսի ամ առքելոցն իշխանի յանձնեալ եղև ՚ի ընդ հոգ ընդհանուր եկեղեցւոյ :] Եւ զկնի դ ասէ . Հաստատիկ զիսկանս առքայու Ք ես երկնից Էառ · իշխանու Ք կապելոյ նմա պարգև ՚ի . հոգ և պետու Ք ընդհանրական եկեղեցւոյ նման առնել լինի :] Եւ նմանապէս վկայ ևս այլ սբ հարքն ամ : Հ զդ՝ պարտիմք այսու հետեւ ցու ցանել . Ք հայրապետն հռովմայ ժառանգեաց զիւոյն վերագրեալ իշխանու Ք ևն պետրոսի :

ԵԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ ՀՌՈՒՄԱՅ ԺԱՌԱՆԳԵԱՅ ԶԻՇԽԱՆՈՒ Ք ԻՆՆ ԱՌՔԵԼՈՅՆ ՊԵՏՐՈՍԻ ՚Ի ԿԱ ՌԱՒՈՐԵԼ ԶԸՆԴՀԱՆՈՒՐ ԵԿԵՂԵՑԻՆ ;

Հևս ցու ցանի պարտաւորէ :

ՊԲԱԿՐ . Ե .

QVOD ROM. PONTIFEX Petro succeſſerit in Præfectura totius Eccleſiæ,

OSTENDITVR PRIMO Rationibus.

§. V.

Ա Ռ ՚ի աջմէ պարտաւորեն առնանի ՚ի հնոյն աւանդու Ք և առքո Ք ոչ Ք միայն ընդհանուր եկեղեցւոյ , որպէս ցու ցանիցեմք ՚ի յՀ առակայ պրակին . այլ և ի ինքեան իսկ եկեղեցւոյն հայոց : քանզի այդ եկեղեցի ՚ի սկզբանէ առքոր էր ձանաչել զհայրապետն հռովմայ՝ զրուխ և հրամանատու ամ եկեղեցաց աշխարհի և այսպէս Էանդեն գիրքն հայոց և այսպէս հաստատ տուեալ ժողովքն նց . որպ ցու ցաբ յԼր հրատարակի : մանաւանդ զի ոչ կայ բնր օտար ազգ հայոց տարտարբերել զինքն հայրապետին հռովմայ . ևթէ

ոչ

PRima ratio , quæ Aduerſarios ad hanc aſſertionem cogere poſſit , deducitur ex traditione , atq; etiam ex praxi , non ſolùm Vniuerſalis Eccleſiæ , vt oſtendemus §. 6. verùm etiam Eccleſiæ ipſius Armenæ in particulari . Hæc enim , vt viſum eſt §. 2. ita diù credidit , profeſſa , & experta eſt à principio, atque in ſuis etiam Nationalibus Concilijs definiuit . Cùm cæteroquin credibile non ſit , exteram Nationem fuiſſe vnquàm Romano ſe Pontifici ſubiecturam , ſi plenè compertum non

habuisset, hunc solum Pontificem, vt Petri successorem, Ecclesiæ vniuersæ Principem esse. 3

Secundò probatur: Præcipua ratio, propter quam Armeniorum Pseudomagistri, asserunt, non esse Papam totius Ecclesiæ Præsidem, est, quia nec talem fuisse autumant ipsum Petrũ, cuius est ille successor: sed hæc ratio, vt suprà ex sacris Scripturis, & sanctis Patribus demonstratum est, penitùs corruit, & ab Armena ipsa Ecclesia improbatur: ergo &c.

Tertiò probatur: Oportuit Petro 4
vnum aliquem succedere in Ecclesiastico totius Orbis regimine; primò, quia Ecclesia non minùs eget nunc vno Pontifice, quàm tempore Apostolorum: ergo moriente Petro interire non debuit talis Põtificatus, qui vtiq; in Ecclesiæ vtilitatem, non in Petri commodũ, institutus fuerat. Secundò, quia Ecclesia Christiana vnà & eadem semper fuit, & erit vsque in finem seculi: quarè in Symbolo canimus cum Armenijs: *Credimus in Vnam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam*: ergo, si vni, 5
eidemque Ecclesiæ vnus erat rector tempore Apostolorum, hoc etiam tempore esse debet; nec ratio est, cur nautari nunc debeat eius forma regiminis, cùm à Christo maximè instituta fuerit. Tertiò, quia cùm Dominus dixit Petro, *Pasce oues meas*, non solùm ouium tunc præsentiũ illi curam commisit, sed etiam futurarum: non enim minùs nobis, quã antiquis prospicere debuit: sed Petrus

ոչ միայն և յայնմ ամանակ Քրիստոսի էր, զի այս հայրապետաց, որպէս ամէն առաքելական պետութիւն, էր հաստիւ և դլուխ աստ եկեղեցոյ:

Երկրորդ՝ ցուցանի. քանզի սակս որոյ պատճառի ուսուցին հակառակք էրէն, եթէ հայրապետական հոռմէական ոչ է գլուխ եկեղեցոյ, զի ոչ կարծեցին, եթէ ոչ եւս պետութիւն, որոյ ակնարկ է պատճէն, էր գլուխ առնուն: նոյն տրամաբան կարծիք է առաւ. որպէս նիստոյ ցուցաք ի սբ գրոց, և՛ սրբոց հարցն, և՛ գրոցն հայոց: տայս ոչ բնին. և այլ:

Երրորդ՝ ցուցանի. քանզի հարկ է, եթէ մի ամն հայրապետ հեռաւ ոչ լինի պետութի՛ ի կառավարութիւն ամենայն եկեղեցոյ, նոյն՝ զի այս եւ զկնոջ ոչ առաւել կարօտութիւն ունի հայրապետի՛ ի Քրիստոս քան եթէ՛ ի հեռանալ Յովհաննէս, տայս ոչ բնին եթէ ուստի՛ պետութի ոչ պարտէր կորնչիլ այնպիսի հայրապետութիւն, որ հաստատեալ էր ի չէ՛ զի օգտութեան եկեղեցոյ, ոչ զի պետութեի պետութի: Երկրորդ՝ զի քրիստոսական եկեղեցի միշտ և համատարած մի և նոյն էզէ. ի ինէն զի միոջ և՛ ի կառավարած աշխարհին, զի որոյ էրկեմբ՛ ի դաւանութիւն. Էր և ամենայն՛ ի մի սբ կաթուղիկէ և առաքելական եկեղեցի: տայս ոչ բնին եթէ այս մի եկեղեցոյ զի պետութեան հոգիւ ունէր՛ ի ժամ առաքելոցն, պարտ է և զի պետութեան հոգիւ ունել՛ ի հիմա ևս ժամ և ոչ փոխանակել կերպարանութեան ի բան, որ հնոյ ամենայն՛ ի բան հաստատելոյ: Երրորդ՝ զի յորժամ ըն ասաց տեառն պետրոս, արած եմ զքեզ հովիւ իմ, յանձնելոյ նմ ոչ միայն զքեզ հոգի ժամանակին, այլ և զապագայսն ժամանակաց. զի ոչ պարտ

էր

trus non poterat ſemper Chriſti oues paſcere, præſertim futuras, quia non ſemper victurus erat in Mundo: ergo, cùm dixit illi Dominus, *Paſce oues meas*, omnes etiam eius Succeſſores in illo eſt alloquutus. Tum quia tamdiù durare debet paſtoris officium, quamdiù durat ouile; ſed hoc durabit vſq; ad Mundi conſummationem; ergo neceſſariò in Succeſſoribus Petri. Quartò denique, quia in veteri lege ſummi Pontifices alter alteri ſuccedebant, vt Eleazarus Aaroni, Phinees Eleazaro, & ſic de reliquis: ergo ſimiliter in noua; ſiquidem Sacerdotium veteris legis figura fuit Sacerdotij legis nouæ.

At verò is vnus, qui Petro ſuccedere debuit in vniuerſali eo regimine, alius eſſe non poteſt, niſi Pontifex Romanus. nam tunc vnus alteri ſuccedit in aliquo munere, cùm hic vel moritur, vel eo munere abdicatur: Petrus verò, quamdiù vixit, nunquàm abdicatus eſt ſuprema poteſtate illa, quam à Chriſto acceperat, vniuerſam regendi Eccleſiã; ſed eam tenuit vſque ad mortem: mortuus autem eſt, dum Romæ, & non in alia Vrbe, ſedebat Epiſcopus, vt ipſi referunt Aduerſarij: ergo non alius illi in rectione totius Eccleſiæ ſuccedere debuit, niſi Romanus Epiſcopus.

Inſtat Vartanus his verbis: *Si Latini Romanæ Sedi primatum tribuunt, eo quòd ipſi Petrum Romæ occiderint; etiam Ieroſolymis Petri Dominum crucifixere Iudæi; cur ergo Ieroſolymitana potiùs Sedes ſuper omnes Eccleſias non obti-*

obtineat principatum? Quaſi dicat: Si cedenti locum per mortem, legitimè ſucceditur; & Chriſtus, *animarum noſtrarum Epiſcopus*, non Romę, ſed Ieroſolymis mortuus eſt: ergo non Romana, ſed potiùs Ieroſolymitana Sedes primatum habebit. 1. Petri 2.

Reſpondetur primò ad hominē: quippè nec ipſe Vartanus, nec eius aſſeclæ, nec Armena Eccleſia, vllo vnquam ſubiecticnis indicio Ieroſolymitanum Epiſcopum, vt caput totius Eccleſiæ, cognouerunt: cùm è contrario, quotieſcunque Armenij ad totius Eccleſiæ caput recurrere voluerunt, ſemper recurſus is fuit ad Romanum Pontificem.

Reſpondetur ſecundò: Si Ieroſolymitanus Epiſcopus fuiſſet Chriſti ſucceſſor, aut eius Vicarius, certè primus etiam Epiſcoporum ipſe fuiſſet; at Nicænum Concilium can. 7. nec primum, nec ſecundum, nec tertium illi locū inter Patriarchas concedit, ſed vltimum, quem ſemper à principio habuit; & hunc, quantùm ad honorariam quandam ſeſſionem; nam quantùm ad veram iuriſdictionem nullus ei datus eſt locus; ſed Archiepiſcopo Cæſarienſi, totius Paleſtinę Metropolitano, ſubiectus fuit. Decernitur enim in eo Canone, vt Epiſcopus Ieroſolymæ honorem habeat poſt Romanum, Alexandrinum, & Antiochenū; ſed tamē nihil propterea detrahitur de auctoritate Metropolitani, qui erat Cæſarienſis Epiſcopus.

Reſpondetur tertiò, Chriſtum non fuiſſe Epiſcopum vllius particularis

Ը

9

Ժ

10

Ժա

11

և ասէ. Ընդէր եղև հուպեմ առաքինի ի ԵՒԷ զպետրա քառանկիւդ պատեհ է հուպեմ. զպետրոսի ածէ յԵԷմ խաչեցին հրէայքն. ԵԷմ ընդէր ոչ է հրամայեաւ սմա եղկրել։] եբր ԹԷ ասէր. զի ԵՒԷ է ձեռն մահու բնաւ ժառանգութիւն. և քո հոգեաց մերոց եպիսկոպոսաց ոչ է հուպեմ, այլ ԵԷմ. ասպա ոչ աԹոռն հուպեմայ, այլ աԹոռն ենայ ուրեք զառաքիւորդսն ԹԷ։

Երկրորդ պատիւն. զի ԵՒԷ եպիսկոպոս ենայ գոյր առաքելոյդ. զի էր հայոց, և այլ աղգք բրնաւոնեից ոչ երբէք ճանաչեցին զնա երբեք զառաքելոյդ։ այլ յորժամ կամեցան ազգասան լինել և աղաղակել առ գլուխս եկեղեցւոյ. միշտ եկին առ աԹոռն հուպեմայ։

Երրորդ պատիւն. զի ԵՒԷ եպիսկոպոս ենայ գոյր աքսորդ քի, կամ երևելոնեան նորա. գոյր և առ որդեաբք առաքելոն է մեք պատրիարգայ։ բայց ոչ ինկոյ օբ ժողովն ոչ եառնոյ զառաքելոն առեղն. և ոչ զինքեանդ, և ոչ և զերբոյդ. այլ զՀ գեաղեն, գոր և ՚ի սիրբաստ ունէր։ և զայս յ ամեն աեղն եառնոյ ըստ պատուոյ ինչ մեծի ՚ի ժողովս. այլ ոչ և ըստ իշխանութեանն, զի եպիսկոպոս ենայ Ծայոց յառաջ ՚ի ներբոյ իշխանութեաբ ապ հանգիպեալ հնգապետիւ մեքիսպեան, որ էր մետրոպոլիտ սմա պաղեստինայ։

Երբորդ պատիւն. Ըե քո ոչ եղև եպիսկոպոս բազարէն աբտաբ, և ոչ ենայ. այլ էր և ՚ի այժմ յեկեղեցւս հռովմի և հայրապետն ընդհանուր եկեղեցւոյ եղկ բայոյ և երկնայոյ։ վերոյ ոչ ոք է աքսորդ կամ աԹոռաժանդ առնոյ. զի ինքն միշտ կենդանի է յեկեղեցւս։ Եւ քանզի անեղեւոյն է մեզ. սակս այսր բին կամելոյ ՚ի ժամանակին հասբաց ձեռնն եւոյ կատարեալ յերկին զի

եբես

Ֆբ 12

laris Vrbis; ſed fuiſſe, & eſſe Pontificem totius Eccleſiæ; nec vllum ei ſuccedere, cùm *ſemper Viuat*. Cur autem poſt eius aſcenſionem in Cælum Petrus, & non Iacobus (qui fuit Ieroſolymitanus Epiſcopus), aut alius Apoſtolus, fuerit eius in terris Vicarius; ea nunc ſufficit ratio: quia ita Chriſtus & voluit, & mandauit, vt §. 3. demonſtratum eſt: maximè cùm poſt Reſurrectionem, ad Patrẽ iturus, ſoli Petro dixerit, & non Iacobo, aut cuipiã alij: *Paſce oues meas*. Decuit autem, vt talis eius Vicarius alibi potiùs ſederet, quã Ieroſolymis; quia, ſicut per Chriſti aduentũ Lex, & Sacerdotiũ mutabatur, ita cõueniens erat, vt sũmi etiã Sacerdotis mutaretur locus, & noua omnia fierent. Cęterùm, æquè piget Latinos, à ſuis Maioribus Petrũ, & Paulũ occiſos eſſe; ac pudet Armenos fæuiori martyrio Bartholomęũ decorticaſſe, ſuũq; diſcruciaſſe Illuminatorẽ Gregoriũ.

Ֆդ 13

Inſtat rursũ Vartanus: *Petrus primò Cæſareæ Philippi firmauit Eccleſiã, deindè Antiochiæ, poſtremò Romæ: cur ergo Romana Sedes primatũ habeat?*

Ֆե 14

Reſpondetur primò ad hominẽ: Si Romana Petri Sedes primatum non habeat, eo quòd fuerit poſtrema; certè iuxta Vartani verba vel Cęſariẽſis, vel Antiochena, quę fuerint antiquiores, habere debuit: cur ergo nec ipſe, nec alius quiſpiã vlli ex duabus his Sedibus dat primatũ?

Reſpondetur ſecundò, quòd Cæſareæ Philippi Petrus per ſeipſum nõ firmauit Eccleſiam, ſed tantummodò inchoauit, Cornelio, eiuſque do-

Mebr. 7.

mo

mo, & amicis ad fidem conuerſis; vbi etiam vix paucis diebus manſit rogatus, vt habetur ex Actorum cap. 10. Sed eſto Eccleſiam illam ſinnauerit, certè ſedem ſuam Epiſcopalem ibi non poſuit, vt omnibus liquet: ergo ex hac etiam parte Vartanus delirat. Cæterùm Antiochiæ quidem priùs ſedit Petrus Epiſcopus: at poſteà, ea ſede relicta Euodio, ſuſcepit Romanum Epiſcopatum, quem tenuit vſque ad mortẽ annos 25. Cùm ergo reliquerit Petrus Euodio ſolùm ſedem Antiochenam, & non etiam ſummum Pontificatum; quem ſanè, cùm in propria perſona iuſſu Domini accepiſſet, nec poterat, quãdiù vnus foret, alteri cedere; ſupereſt, vt hunc Põtificatum illi ſoli reliquerit, qui ipſi Petro poſt eius mortem ſucceſſerit, hoc eſt, Romano Epiſcopo. Adde, quòd Nicenum Cõcilium can. 6. ne ſecundũ quidem locum Antiocheno Patriarchæ attribuit, ſed ſolùm tertium, vt conſtat Armenis: & hunc tertium ſemper is à principio tenuit, nec vnquàm altiorem locũ quęſiuit.

Եհ 15

Իզ 16

Իէ 17

Quartò probatur: Non decet, vt ſint in Eccleſia Chriſtiana plures rectores, ſeu capita, quorum vnuſquiſque independenter ab alio (vt Aduerſarijs placet) ſuam portionem gubernet; ſed vnus debet eſſe rector ſupremus, cui reliqui ſubſint: atquì conſtat ex dictis, nullum alium aſſignari poſſe, cui debeat ſummum hoc regimen iurè competere, præter Romanum Pontificem: ergo &c. Maior, quam ipſi negant, probatur:

Pri-

ասաբ՝ ինձի եպիսկոպոս ամս եօթն, իսկ յետոյ Յոզնոյ՝ զաթոռն զայն ետ՝ առեալ. եւ գնաց՝ ի միւն հռոմի. եւ այս ասաբ յաթոռն հռոմայ ամս. ինե. մինչ եւ՝ ի մահն եւ: Հաւտ՝ ետող պետրոս եւ առաքեան միայն զաթոռն ան տիոքայ, եւ ոչ եւս զգերագոյնն ղնոյն հռոմ նորա հաւասարապատիւն ետ. զի երբեմն էր գնա յանձն եւ՝ ետ՝ ոչ կարէր այլոց ամենեցունց տալ գնա մինչ դեռ կեցն պաւղն մեայր: ապա ուրեմն՝ ի հարկէ յետ մահուն եղող գնա հռոմայ հայրապետութիւն ամենասրբոյն: Եւ կաց այսորիկ նիկիայ սբ Ժողովն ոչ եւս ան տիոքայ հայրապետական գաւազանին առնէ եւ ոչ եւս զերկրորդ, այլ միայն զերրորդ. զինք աղէքսանդրիայ հայրապետն առնու: Եւ զայս երրորդ առնէ՝ ի սկզբա նէ ունէր անտակաց. եւ ոչ երբէք այլ հանդիպեաց գտանի բարձրագոյն:

Զորրորդ՝ յուցանի այսպէս ասի: բանզի ոչ կարէն՝ ի մի ընկաւառանին նիկիոն գոլ բազում հնբնակալ գլուխք եւ առաջնորդք. որոյն ի բազանդիւր ան կախաւոյ յայլմէ գնւոյ մասն առնուիլ գնալոյ. այլ պարտ է գոլ՝ ի նմա մի գլուխ գաղոյն հռոմի, որում առաջադրեալքն այլքն ամ: նակ յառաջելոյն յոյժ նոցա. Եթէ ոչ գոյ այլ ոք, որում իրաւ՝ ի պատ աշան նոյ այսպիսի գերագոյն հովուա պետութիւն, բայ՝ ի հռոմայ հայցս պետէն: ապա ուրեմն եւ այլն: Հաւտ զաղոյն նախադասութիւնն ձեռնատ հաստեաս յուցանի:

Նախ՝ զի յընկաւառանին նիկիոն հրնչ ասկայն ոչ կացուցան՝ յայ ամ հրնչ ասկայ իշխան յետ քրի. ոչ յաւուրս էր լուսաբերին. եւ այժմ զինն սեպհականն նորա է՝ սբ միքայէլ, զսա այնմ ամս լնանն. Յբ. որո. Ըէ միքայէլ եւ հրնչ

ասկը

Primò, quia in cælesti Angelorum Ecclesia vnus à Deo constitutus est Angelorum omnium princeps, qui nunc, post casum Luciferi, est sanctus Michaël, iuxta illud Apoc. 12. *Factum est prælium magnum in Cælo: Michaël, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius.* ergo similiter contingere debuit in terrestri hominum Ecclesia, cuius exéplar, & idea (vt Hebr. 8. inquit Paulus) est illa Cælestis.

Secundò, quia in Ecclesia veteri Iudæorum (quæ nouæ Christianorum Ecclesiæ figura fuit, iuxta illud 1. Cor. 10. *Hæc omnia contingebant illis in figuram*) vnus erat summus Sacerdos, qui Synagogas omnes regebat: igitur ita pariter esse debet in noua.

Tertiò, quia visibile totius Ecclesiæ Christianæ regimen in prima eius institutione fuit monarchicum: Christus enim, cùm in terris degeret, eam visibiliter, vt summus Pastor, administrauit: ergo etiam, post Christi ascensionē in Cælum, monarchicum esse debet. alioquin Respublica Christiana, mutata eius forma regiminis, mutauisset priorem speciem; nec esset nunc eadem specie Ecclesia, quæ antè fuit.

Quartò, quia in tota Ecclesia vna debet esse vera fides, vt asserit Apostolus Ephes. 4. at difficilè potest hæc fides in vnitate, & veritate seruari, nisi sit vnus summus Iudex, cui omnes acquiescere teneantur, & pro quo Christus orauerit, *Vt non*

deficiat fides eius. Nam, vbi multi ſunt pares, facilis eſt in fidei rebus diſſentio, & interdū Generalia ipſa Concilia, in quibus ſummi huius Iudicis auctoritas defuit, errauerunt; vt experimento Cōcilij Epheſini ſecundi Armenijs notum eſt.

Hoc Concilium ab Armenis reijcitur; quòd in ipſo Eutyches abſolutus fuerit.

Quintò, quia in ſacris Scripturis Eccleſia comparatur vel regno, Danielis 2. vel caſtrorum aciei ordinatæ, Cant. 6. vel ouili, Ioan. 10. vel humano corpori, 1. Cor. 12. vel domui, 1. Tim. 3. vel naui, ſeu Arcę Noë, 1. Petri 3. vel ſimilibus. At nullum eſt regnum, quod non gubernetur ab vno Rege; qui quidem, ſi præſens ſit, per ſe ipſum id facit; ſin abſens, per alium vnum, qui dicitur Prorex: alioquin *omne Regnū, in ſe diuiſum, deſolabitur*, Luc. 11. Nec Exercitus eſt ordinatus, vbi inter multos Tribunos, & Centuriones vnus non ſit Imperator: quare Hieronymus, *In quonis grandi*, inquit, *Exercitu Vnius ſignum expectatur*. Nec vllū reperitur ouile, quod regi non exigat ab vno paſtore, iuxtà illud Ioan. 10. *Fiet Vnum Ouile, & Vnus Paſtor*. Si præterea in vno corpore multa ſint capita, id Monſtrum erit; ſin autem vnum ſit caput, tunc, vt inquit Paulus 1. Cor. 12. *id ipſum pro inuicem ſolicita erunt membra, Vt non ſit ſchiſma in corpore*. Item domus quælibet vnū requirit dominū, & vnum œconomū, iuxtà illud Lucæ 12. *Quis putas eſt fidelis diſpenſator, & prudens, quem conſtituet dominus ſuper familiam ſuam?* alioquin, vt dicitur Matth. 12. *Domus, diuiſa*

Hieron. in epiſt. ad Ruſticū Monachū.

con-

ակն յայտ եղև յերկրորդ ժողովն եփե
սոսի որ արձակեաց զնեմեթիոս, և հաս
տատեաց զմոլորութիւնն նորա.

Ի ք[ա]ղ[ա]ք[ա]ւդ՝ զի եկեցին ի սբ գիրս
համանի Ք[րիստոս]Ե. որպէս ի դանիէլ.
բ. իդ՝ գլխոյ: և կամ կարգաւորել զը
ղայ. հեբեռայ ի յերգոց ՝զ՝ իդ՝ գլխոյ:
և կամ հառաչ. որպէսզի ի յհռա. Յ. իդ՝
գլխոյ. և կամ մարդասիրին մատենայ.
հիկէն. ա. կընդ ց. Յբ. իդ՝ գլխոյ: և
կամ առն. որպէսզն. ա. ախտոք էառի. ը.
իդ՝ գլխոյ և կամ հաւատ. և առաքեալս
կինադոյն. հիշեցն. ա. պետրոսի. գ.
իդ՝ գլխոյ: և զի իդ՝ ոչ էր Ք[րիստո]Ե գաս
նի, որ ոչ ինչ առաքինութիւն ի միոյնէ
Ք[րիստո]Ե. որ էր հանգոյց լինի, ընդեր ա
ռաքինութիւն գնայ. և եթէ բացակայ,
ի ձեռն միմեանց իւրեանց, որ ասի
եբնափոխան Ք[րիստո]Ե զի առ Քաղուա
ղոսի բաժանել յանձն առնէին: Եւ
ոչ գոյ գործք կատարեալ. յորում՝ ի
միջ բազում հարիւրապետաց և հա
զարապետաց ոչ ինչ մի գէտացոյն զը
բացառեաց. ասաւ առ սբն Աեբռնիմոս,
Ե՛ի զօրս զիարդ և ինչ մե՛ միոյ զը
րաւարին հշանի սպասեն առնելոյն.
Եւ ոչ գասանի հառ ինչ, որ ոչ պահան
ջիցէ սպասե՛լ ի միոյնէ հովուէ, ըստ
այնմ Ե՛ի մի հօտ և մի հովիւ: Եւ դէմ
Ե՛ի միում մարմնի բազում գլուխ
ք նցեն. զաւ պարշելի ցոյցք լինի: ա
պա Ե՛ մի գլուխ. յայնժամ ըստ որ
գրոսի յ. ա. կընդ ց. Յբ. գլխոյ, ի՛ նոյն
զհիմեանս հոգեյոյնն անդամքն. զի մի
լինիցն հերձուած ք՛ի մարմնի անտ:]
Եւ դէմ՝ ի բարձանչիւր տաճն զմի առ
ինդրէ, և զհիանամս ըստ այսմ գիրս.
Յբ. իդ՝. ոմի ինչ հաճ առաւարիմ առն
առնս և իմաստուն. զոր կացոյց առ
ի՛ ք՛ի վերայ գնչատասանի իւրոյ:]

զի

contrà se, non stabit. hinc Ambrosius, Domus Dei, inquit, est Ecclesia, cuius hodie rector est Damasus. Et quis denique nesciat, si nauis vna à multis rectoribus gubernetur, fieri in tempestate naufragium? vndè, In naui, ait Hieronymus, Vnus est gubernator. Ergo idem procul dubio dicendum est de Christi Ecclesia, quæ his omnibus comparatur.

Sextò tandem, quia qua ratione asseritur, in vna Ciuitate vnum requiri Episcopum, qui Parochis præsit; in vna Prouincia vnum Metropolitanum, seu Archiepiscopum, cui subsint Episcopi; in vna Natione vnum Primatem, seu Patriarcham, qui Archiepiscopis præsit: nimirùm, vt ab vno Præsule superiore contineantur inferiores in vnitate, dissoluantur eorum lites, ad Synodum conuocentur, & cogantur munere fungi suo: eadem prorsùs ratione asserendum est, in vna Ecclesia vniuersa vnum requiri summum Pontificem, cui Patriarchæ, & Præsules omnes obediant.

Respondet ad hæc omnia cum consectaneis Mehkitarius, capite 1. his verbis: *Verum, & Vniuersale totius Ecclesiæ Caput est Christus; Vtì testatur Apostolus Ephes. 1. dicens: Ipsum*, nempè Christũ, *dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Audi, vt Ecclesia, Christi corpus esse dicitur, & nõ Petri. Et rursùs cap. 5. Vir caput est mulieris, sicut Christus Caput est Ecclesiæ, & ipse Saluator corporis eius: sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres Viris*

ſuis in omnibus. Et iterum ad Coloſ. 1. Ipſe eſt caput corporis Eccleſiæ: qui eſt principium, primogenitus ex mortuis. Vt ſit in omnibus ipſe primatū tenens. Non decet ergo, Vt nos ipſos ab hoc Vno Capite Chriſto ſeparemus. Sic ille.

Sed contrà primō ad hominem: quia Chriſtus eſt etiam caput Eccleſiæ Armenicæ; & tamen Mehkitarius, hoc capite non contentus, aliud ad Eccleſiam illā regendam Caput, & Patriarcham aſſignat, cui reliquos Armenicorū Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſubeſſe, neceſſarium oſtendit. Quod ergo ipſe de Prouinciali, ſeu Nationali, idem ergo dico de vniuerſali Eccleſia; & quo ipſe mihi reſponſo ſatisfaciet, eodem ego ſatisfecerim Mehkitario.

Contrà ſecundò: quia ſi ex eo, quod dicitur Coloſ. 1. *Chriſtus eſt caput corporis Eccleſiæ*; ſequeretur, Eccleſiæ corpus, præter Chriſtum, Caput aliud non habere, quod Chriſtum repreſentaret: ergo etiam ex eo, quod ibidem ſubditur: *Corpus Chriſti eſt Eccleſia*: ſequeretur Eccleſiam præter Chriſti corpus, corpus aliud non habere, quod Chriſti corpus repræſentaret: ac prætereà ex eo, quod dicitur Epheſ. 1. *Eccleſia eſt corpus Chriſti*; ſequeretur, Chriſtum aliud corpus non habere præter Eccleſiā. At hæc ſunt falſa: ergo & illud.

Contrà tertiò: quia Eccleſia non eſt corpus Chriſti reale, ſed myſticum: hoc eſt, repreſētat myſticè corpus Chriſti reale, nempè omnia membra Chriſti: nam, vt idem docet Apoſtolus 1. Cor. 12. *Corpus non eſt*

27

28

29

vnum membrum, ſed omnia membra: & in hoc myſtico ſenſu dicitur 1. Cor. 6. *Corpora veſtra membra ſũt Chriſti*. at corpus Chriſti reale, præter alia membra, habet etiam vnum caput, quo illa reguntur: ergo Eccleſia, præter alia membra, vnum quoque caput habere debet, quod myſticè Chriſti caput ſignificet.

Contrà quartò: quia Epheſ. 5. Chriſtus, & Eccleſia comparantur ſponſo, & ſponſæ; ac dicitur: *Vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus eſt caput Eccleſiæ*: ſed mulier, præter caput virum, habet etiam caput ſuum, quo ipſa regitur, licèt dependenter à viro: ergo ſimiliter Eccleſia, ſponſa Chriſti, præter caput Chriſtum, habere debet ſuum caput, quo regatur, licèt Chriſto ſubiectum. & ideò Cant. 7. inter alia huius ſpõſæ membra caput etiam numeratur: *Caput tuum*, inquit ſponſus ad ſponſam, *ſicut Carmelus*. & ſponſa de ſponſo Cant. 5. *Caput eius*, inquit, *aurum optimum*. Vbi caput Sponſæ comparatur monti Carmelo, quia ſummus Pontifex, licèt mons altus ſit, tamen nihil aliud eſt, quàm terra, id eſt, homo: caput autem ſponſi comparatur optimo auro, quia caput Chriſti Deus eſt.

Contra quintò: quia Rom. 12. inquit Apoſtolus: *Sicut in Vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi Vnum corpus ſumus in Chriſto; ſinguli autem alter alterius membra, habentes donationes ſecundùm gratiam, quæ data eſt nobis, diffe-*

rentes: & mox explicans eos differentes actus singulorum membrorũ, inter alia subijcit: *Qui præest, in solicitudine.* Quibus verbis aperte indicat, esse in hoc Ecclesiastico corpore, præter Christum, alterum caput, quo scilicèt loco Christi cæteris præsit membris: tum quia affirmare videtur, fideles in hoc corpore esse omnia membra, ac proindè eorum aliquem esse caput: tum etiam quia proprium huius capitis actum exprimit, dicens: *Qui præest, in solicitudine:* præesse enim solius est capitis. Adde, quod 1. Cor. 12. postquam dixit, Ecclesiam esse vnum corpus, addit: *Non potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarij:* quod quidẽ non conuenit Christo: ipse enim potest dicere nobis omnibus, non estis mihi necessarij: ergo de quodam altero capite Apostolus hoc intelligit, quod Christum in Ecclesia repræsentet.

Contrà denique (& est communis Catholicorum responsio): Nã, etsi Christus est principale huius Ecclesiæ Caput, Rex, & Monarcha, qui eam spiritualiter, & inuisibiliter moderatur: quia tamen visibilis eius præsentia abest ab Ecclesia; quæ cũ corporalis sit, & visibilis, eget etiã visibiliter gubernari: ideò necessariò requiritur aliquis alius, qui sit eius caput post Christum; atq; vt Christi Vicarius, eam visibiliter regat, & in vnitate contineat. Quemadmodùm, cum Rex abest à Regno, datur vnus aliquis Prorex, qui loco Regis illud gubernet. Alioquin non so-

ՀԳ 33

ՀԴ 34 1

ՀԵ 35

ſolùm Papa, ſed etiam alij omnes Paſtores, Epiſcopi, & Magiſtri, ſuperuacanei in Eccleſia eſſent; ſiquidem eſt etiam Chriſtus, *Paſtor, Magiſter, & Epiſcopus animarum noſtrarum*.

Inſtat Mehkitarius: *Eccleſia dicitur eſſe corpus Chriſti, & non Petri*, nec alterius hominis: ergo præter Chriſtum nullus alius dici poteſt Caput ipſius.

Reſpõdetur, Eccleſiam ideò dici corpus Chriſti, & non ſummi Põtificis; quia Chriſtus eſt eius caput principale, & perpetuum; ſummus autem Pontifex eſt Caput Eccleſiæ loco Chriſti, & ad tempus: illam enim, vt Chriſti Vicarius, per tempus aliquod adminiſtrat. ſicut propter eandem rationem Regnum nõ dicitur eſſe Proregis, ſed Regis; & domus non eſt Oeconomi, ſed Domini. Addo aliam rationem: ſiquidem Chriſtus non ſolùm eſt Caput huius Eccleſiæ, verùm etiam eſt totum eius myſticum corpus, conſtans, tanquam ex varijs membris, ex multis fidelibus, per quos ipſe omnia in Eccleſia principaliter operatur. Regit enim totum hoc corpus ſuum per Papam, vt per caput; docet per Magiſtros; baptizat per Miniſtros; defendit per Catholicos Principes; eleemoſynam petit per pauperes; ac denique per omnes omnia facit. talis autem non eſt ſummus Pontifex, qui ſolùm per ſe, alioſque Præſules inferiores, huic corpori præeſt.

QVOD

QVOD ROM. PONTIFEX Petro succesſerit in Præfectura totius Ecclesiæ.

OSTENDITVR SECVNDO Teſtimonijs Conciliorum Generalium, quæ ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. VI.

TRes tantum modò ſunt Synodi Generales, quas Armeni omnes, vel ipſimet ſuſcipiunt Aduerſarij: Prima, Secunda, & Tertia; videlicet Nicæna, Conſtantinopolitana, & Epheſina: porrò ſub nomine Nicænæ Synodi comprehendunt etiam Sardicenſem; quæ licèt fuerit & ipſa Synodus Generalis, vt notum eſt, ſemper tamen habita fuit, vt appendix quædam Nicænæ. De quarta, nempè Chalcedonenſi, alijſque ſubſequentibus Synodis nō loquor, cùm à Pſeudomagiſtris reijciantur. Iam verò quòd, præter alia Concilia Generalia, hæc, quæ ab Armenis omnibus recipiuntur, principatū Romanæ Sedis confeſſa ſint, & experta, breuiter oſtendamus. quippè cùm Eccleſię Romanę poteſtas nō ab hominibus, ſed à Deo ſit, nihil propriè circa illam Generalia Concilia ſtatuere debuerunt.

Per Nicænam ergo Synodum primatus Romani Pontificis declaratur primò, eoquòd hæc Synodus ex mandato Siluestri Papæ coacta fuit, vt Menologium ipſum Armenum die

ԻՆՉ պատճ է: Իսկ պատճն ոչ տեսանի առնէ. այլ միայն անձամբ խօսով, եւ եւս միջնորդութեամբ այլոց վայրապարհ հայրապետաց լինեն վկայութեան մասն այդ այդմիկ:

ԵՐԻՒ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ

Հռոմայ ժառանգեալ զիշխանու-
Թիւնն սրբոյն պետրոսի՝ ի կա-
ռաւարել զընդհանուր
եկեղեցին.

ՅՈՒՅԺԱՆԻ ԵՐԿՐՈՐԴ

Ի սինհէդոսական սբ ժողովոյն,
զորս ընդունի հայոց
եկեղեցին:

ԳԼՈՒԽ. Շ.

ԵՐԵՔ ևս սինհէդոսական սբ ժողովն՝ զոր մանաւանդ հայք ընդունին. յր. երեք առաքինեքն, որք ևս ժողովն նիկիոյ, եւ կոստանդնուպօլսի, եւ եփեսոսի: Բայց սակաւ ամք՝ նիկիոյ ժողովոյն զերկու սինհէդոսական սբ ժողովս եղեալան. յր. քաղկեդոնի եւ ընդ սարդիկիոյն. քանզի ի սարդիկիոյ ժողովն մասին նոյն սուրբ հարքն նիկիոյ ժողովոյն, եւ ևս այլք յոլովք: ուստի եւ ընդ լինեին: ԱՀդպ՝ վկայութեամբ ընդհանուր ժողովոցս այսոցիկ մեր ցուցանեցուք զիշխանութիւն, զոր ի վերայ ընդհանուր եկեղեցւոյ էառ իսկիզբն եւ ոչ ի մարդկանէ սակաւ աստուած հաստ ինչ: Յերկս այլոց հնարեալ սակաւ ժողովոյն ոչ խօսեցեալ. զի ունայն հայհոյութիւք ոչ կարեմ ընդունել զիշխանութիւնս սոցա:

Նախ եւ առաջին՝ վկայեաց սբ ժողո-

die 2. Ianuarij per hæc verba teſtatur: *Sanctus Silueſter Nicænum Cõcilium fieri iuſſit*. Secundò, quia in ea præfuit Hoſius Epiſcopus Cordubenſis ex Hiſpania, vt Vicarius Apoſtolicæ Sedis. Tertiò, quia idẽ Concilium in Epiſt. ad Silueſtrum, rogat illum, vt Nicæna ſtatuta confirmet. *Quicquid conſtituimus*, inquit, *in Nicæno Concilio, precamur, Veſtri oris conſortio confirmetur*. Quartò denique manifeſtè id indicant Canones ipſi Nicæni.

Quocircà ſciendum eſt, non omnes Nicænæ Synodi Canones inueniri in libris vulgatis, ſed tantùm aliquot, quorum nonnulli ſunt etiã mutili: reliquos verò colligi ex Textu Arabico, atque ex epiſtola Iulij 1. Papæ ad Orientales, aliſque priſcis Auctoribus. Ratio huius eſt, quia eius acta Concilij ab Arrianis Hæreticis magna ex parte incenſa, & occultata fuerunt; vt præter alios Epiſcopi Ægyptij in epiſt. ad Felicẽ II. Papam teſtati ſunt: *Scimus*, inquiũt, *in Nicæna magna Synodo 318. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum, non debere abſque Romani Pontificis ſententia Concilia celebrari, nec Epiſcopos damnari: licèt hæc, & alia quamplura neceſſaria ab Hæreticis, qui nos quotidiè inſiſtant, & perdere nituntur, vt facilius nos capere poſſint, ſint Synodica capitula incenſa, nobiſque ſublata*. Et infrà: *Similiter & à prædictis Patribus Nicænis eſt definitum conſonãter, vt ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitanorum Comprouinciales, vel Iudices*

ſuſpectos habuerit, Veſtram ſanctam Romanam interpellet Sedē, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi, & ſoluendi ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. &c.

At è Canonibus, in epiſtola Iulij repertis, duo ſunt huiuſmodi: Canon 1. *Non debent præter ſententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* qui quidem Canon apud Armenicū Giarrentir, in vita S. Athanaſij, his verbis citatus inuenitur: *Iulius ſummus Romæ Pontifex, ad Concilium Sardicenſe Venit* (nempè per ſuos Legatos). *Non enim licebat, iuxtà Orthodoxorum decreta, præter ipſius Voluntatem, Concilia celebrari.*

Canon 2. *Vt omnes Epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, Vel criminantur cauſis, quoties neceſſe fuerit, liberè Apoſtolicam appellent Sedem; atque ad eam, quaſi ad matrem, confugiant, Vt ab ea, ſicut ſemper fuit, piè fulciantur, defendantur, & liberētur; cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum iudicia, antiqua Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, & Canonum auctoritas reſeruauit: quoniam culpantur Epiſcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiuſdem Sedis Papæ fieri placuit.*

Ex Arabico verò tranſlatus, Canon 39. ſic habet: *Quamuis ſit Archiepiſcopus inter Epiſcopos frater maior, qui curam habet fratrum ſuorum; & ei debent obedientiam, qui præeſt: eſt tamen Patriarcha ijs omnibus, qui ſub poteſtate eius ſunt, ſicut ille, qui tenet Sedem Romæ, Caput, & Princeps eſt omnium Patriarcharum; quando-*

qui-

ꝟ 7

ꝟ 8

ꝟ 9

պարտակ զեկեղեցուն առանց կամաց հայրապետին հռոմայ: բայց հնգամեայ ժամանակաց ընդունել և զամն առաքել, այլեցին, և՝ ի բայց բացին՝ ի մէնջ զոյնոսիկ նուաստս, և զայլ բազում առհասարակ ընդ ինքեանս ժողովեալ սխալեալ: սոյն պիտի դնեսցէ կարգիցն զինչ ընդունել: Հոյակապէս և՝ ի սէջ հարցն ասելով ժողովոյն հռոմայ առաքեսցէ. զի ունի ոչ լինելոց հռոմայ մարդիկ հակառակս ինչ գնալ զառաքեալ ոք եպիսկոպոսացն զոր ընդունել առ սէ սահմանք հռոմայ. զբազումք առ սէ սխալեալ հռոմայ. զբազում յառակապէս չարչարեալ՝ ի ջէ ի խառնել ի կասկածոյ և արձակելոյ ի վերայ այլոց:] Հինգ և տասն սոքա:

Եւ արդ՝ ելեալ կանոնք ասելով ժողովոյն ի նոսցանէ. որ գառաքեն՝ ի վերայ գրել զառաքեալն սէրեցն յաւելուած, ասելով այսպէս: Կանոն. ա. Էջ՝ ի սահման առնել զժողովս առանց կամաց հայրապետին հռոմայ:] Եւ այս կանոնս գասան և յհելատակիսն՝ ի Հռոմայ՝ ի վարս սրբոյն սիլուեստրի այս պիսի բանիւ: Տուեալ եպիսկոպոսաց սինոդոս հռոմայ գայ՝ ի ժողովն յիւ. սոք գինքն՝ անձամբ երեսփոխանս առնեն. զի ոչ էր սահման առանց հրամանի կամաց ժողով լինել՝ բայ սահմանն առաքեալ սրբոյ:

Կանոն. բ. Սահմանեմք, զի սահ եպիսկոպոսք, որ ծանրագոյն անբաւանեն յարժան սխալ եղէ, բողոքեսցեն հռոմայ սահմանակալին. եւ առաքեսցեն սէ սինոդոս հռոմայ. և սպասեսցեն լինելոյն առնոյ առաքելոյ. զի՝ ի նմանէ արիւ տիրայ սահմանեսցէ, զոր սխալեալն, պահեսցէն և սպասեսցեն: բայց եթէ հնարագոյն սէ առնոյ ինչ լինելոյ և հնազանդագոյ հոգւոյ սոյն էր

յայն

quidem ipse est primus, sicut Petrus, cui data est potestas in omnes Principes Christianos, & omnes populos, & Vniuersam Ecclesiam Christianam. Et quicunque contradixerit, à Synodo excommunicatur.

Extat præterea sextus Canon eiusdem Nicæni Concilij, cuius initium ita continet: *Ecclesia Romana semper habuit primatum*. Et quamuis ei Canoni hoc initium desit in libris vulgatis; tamen extare reperitur in Textu Arabico; & ita ex Græco vertit Canonem illum ante annos mille Dionysius Abbas; ac etiam ita citatus inuenitur in Concilio Chalcedonẽsi, act. 16. quarè post lectum hunc Canonem Iudices responderunt: *Perpendimus, omnem primatũ, & honorem præcipuum, secundùm Canones, antiquæ Romæ Deo amantissimo Archiepiscopo conseruari*.

Nec obstant reliqua eiusdem Canonis verba illa: *Mos antiquus perduret in Aegypto, Vel Lybia, & Pentapoli, Vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quãdoquidem & Episcopo Romano paralis mos est*. Nam vera horum verborũ expositio, vt colligitur ex prędictis, alia esse non potest, nisi quam adduxit Nicolaus I. in epist. ad Michaelẽ Imperatorem: debere scilicet Alexandrinum Episcopum tres illas Prouincias gubernare; quia Romanus Episcopus ita consueuit, hoc est, per Alexandrinum Episcopum easdẽ Prouincias regere, vel ei committere regimen illarum Prouinciarum. Aut ad summum, si, vt volunt Hæretici,

sensus eorum verborum alius sit, certè discrepare non poterit à sequente: Mos ille antiquus perduret, vt Alexandrinus Episcopus protrahat suá potestatem extra Alexandriná Prouinciam, gubernando scilicet Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim; quia durat etiam similis mos, hoc est, pariter antiquus, vt Romanus Episcopus protrahat suam potestatem, ac regimen extrà finitimas Prouincias, nempè per totum Orbem. quod est dicere: quia Romanus Episcopus retinet morem illum antiquum regendi non solùm Romanam, sed etiam vniuersalem Ecclesiam; non debet Alexandrinus amittere ius, quod antiquitùs habuit, gubernandi tres illas Prouincias.

Et, quòd non aliter senserit Synodus, patet præterea ex eo, quòd licèt ipsa can. 6. & 7. ac etiam deindè Constantinopolitana can. 2. terminum, ac statum constituerint aliarum Ecclesiarum; nullum tamen certum finem assignare ausæ sunt Romano Episcopo. sciebant enim, huic, ante omnem Conciliorum definitionem, non ab hominibus, sed à Deo omnium curam Ecclesiarum fuisse commissam. siquidem multò ante Nicænum Concilium, vt refert Epiphanius hæres. 42. Marcion in Ponto excõmunicatus ab Episcopo suo, anno Christi 142. Romam venit, vt à Pio I. summo Pontifice absolueretur. & anno 242. Felix, & Fortunatus in Africa, à Cypriano depositi, accedentes Romam, ad Cornelium Papam appellarunt, vt idem

Եւ Թէպէտ հետագայ բանքն ևս ոչինչ ընդդէմ կանոնին այսմ առնէ: Զի առաջին Թիւանոյ Եպիսկոպոսն Ալեքսանդրացի՝ ի հնգիպտոս, և՝ ի Լիբիա, և՝ ի պէնտապօլիս. Զի Եպիսկոպոսին Ալեքսանդրոյ ոչնչով պիտանի էր Թիւանոյ եթէ զամենայն այսոցիկ. զի և Եպիսկոպոսն Հռոմայ այնպէս սովոր էր:] սակայն ոչ էին հակառակք սահմանելոցն՝ ի վերոյ: քանզի մնացեալքն այսոքիկ իմանան զմիաս Յոյովմոյն. Զի Եպիսկոպոսն Ալեքսանդրոյ կառավարեցէ զերիս գաւառս զոյսոսիկ. զի ոչ զի և Եպիսկոպոսն Հռոմայ այնպէս սովոր էր. զի կառավարել զնոսա գաւառս՝ ընձեռն Եպիսկոպոսին Ալեքսանդրոյ Եպիսկոպոսն: և կամ սովոր էր Եպիսկոպոսն Հռոմայ զամենայն գաւառսն այսոցիկ՝ ի ձեռն Եպիսկոպոսին Ալեքսանդրոյ Եպիսկոպոսն: Եւ կամ եթէ նշանակութիւն բանիցն այլ իցէ. ոչ արդեօք հետևանոյ ցէ յայտնանել, զոր հետևի. զի Հինգ Հինն սովորութիւն Ալեքսանդրոյ Եպիսկոպոսին տարած էին զիշխանութիւնն նա՝ ի չորս գաւառս, զի զի և Հինն սովորութիւն Հռոմայ Եպիսկոպոսին տարած էին զիշխանութիւնն նա՝ ի չորս գաւառս՝ զոյսոսիկ ամբողջ մնայ:

Եւ Թէ ոչ այլ կերպիւ իմացաւ Նիկիոյ Յոյովմն, յայտ լինի՝ ի յայլոց տասնապատիկ բանից նորա. մանաւանդ՝ զի Թէպէտ նոյն Յոյովմն, և այսու և կոստանդնուպօլսի Յոյովմն, կացոյցին զիրենս և զսահմանս իշխանութեանց Եպիսկոպոսացն ազատութեամբ նման ասելոցդ. սակայն ոչ էին եղեալք կացուցանել զսահմանս իշխանութեանց Հռոմայ սէ ասելոցն. զի զեռք էին, Եթէ սորա իշխանութեանն էիցեալ ամենեցուցանէ, ոչ էր՝ ի մարդկանէ առնել, կամ՝ ի սահմանադրութեանէ Յոյովմոյ. այլ միայն՝ ի էէ յայտ: քանզի յայտ

առաջ

idem teſtatur Cyprianus lib. 1. epiſtola 3. qui præterea in eodem lib. epiſt. 4. ſcribit, non diù poſt, Baſilidem, in Hiſpania depoſitum, ad Stephanum Papam appellaſſe. Itē, vt Athanaſius refert in lib. de ſentētia Dionyſij, Patriarchæ Alexandrini, annis circiter 60. ante Nicænam Synodum idem Dionyſius Patriarcha, apud Romanum Pontificē Dionyſium accuſatus, iudiciū illud non recuſauit, neque Romanus Pōtifex iudicem ſe eſſe negauit. Et poſt Nicænam, ante verò Synodum Sardicenſem, Athanaſius ipſe, Alexandrinus Patriarcha, Paulus Conſtantinopolitanus, & Marcellus Ancyranus, Epiſcopi, ab Orientalibus depoſiti, ad Iulium Romanum Pontificem appellarunt, à quo denuò reſtituti ſunt, vt ſcribit Gelaſius in epiſt. ad Epiſcopos Dardaniæ: & Sozomenus lib. 3 cap. 7. *Cùm*, inquit, *propter Sedis dignitatem cura omnium ad ipſum ſpectaret, ſingulis ſuam Eccleſiam reſtituit.* Et infrà: *Athanaſius, & Paulus ad ſuas Sedes reuertūtur, litteraſque Iulij Epiſcopis Orientis mittunt.* Et hæc de Nicæno Concilio.

Accedit poſt Nicænam Synodus Sardicenſis, quæ nō ſolùm Iulij Romani Pontificis iuſſu coacta eſt, vt teſtatur Conſtantinus Cæſar in epiſt. ad ſolitariam vitam agentes, his verbis: *Epiſcopus Romanus Iulius Synodum iuſſit fieri Vbicunque vellemus*, &c. verùm etiam præfuit in illa ſimiliter Hoſius, Epiſcopus Cordubenſis, loco Iulij Papæ; ſanctique

ſunt

ſunt duo canones infraſcripti, quorum poſterior legitur etiam in Armeno Codice, qui *liber Canonum* dicitur. ԺԹ 19

Canon 4. *Cùm aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporũ Iudicio, qui in Vicinis locis commorãtur; & proclamauerit agendum ſibi negotiũ in Vrbe Roma; alter Epiſcopus in eius Cathedra, poſt appellationem eius, qui Videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in Iudicio Epiſcopi Romani determinata.*

Canon 7. *Placuit, Vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint Epiſcopi Regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint: ſi appellauerit qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & Voluerit ſe audiri: ſi hic iuſtum putauerit, Vt renouetur Iudicium, ſcribere ijs Epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua Prouincia ſunt, Vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem Veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat, cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanũ, Vt è latere ſuo Preſbyterũ mittat; erit in poteſtate Epiſcopi quid Velit, & quid æſtimet. Et, ſi decreuerit, mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio: ſi Verò crediderit, Epiſcopos ſufficere, Vt negotio terminum imponant; faciet, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit.* ԺԵ 20 ԺԶ 21

Cæterùm idem Sardicenſe Concilium in ſuis epiſtolis perſpicuè etiá indicauit ſupremam auctoritatem, qua ſolebat Romanus Pontifex Eccle-

ſիեզ մեզ կամեսք։] Եւս և զԵկուդոցն եղև. Ե՛սոյս ժողովս ոսկաս եպիսկոպոս կոչ ոչ-ինչ պիտանական յուշեսան։ Եւ՝ Ե կամաւոց, որք Ե՛նդեմ հաստատութեան, եղիցս ես այսպիսի։

Կանոն .դ. Յորժամ մի ոք եպիսկոպոսաց Ել եղև դատապարտեալ եպիսկոպոց ոչ Ե մերձաւոր տեղիս բնակին. եթէ բողոքեսցէ առ աթոռն Հռոմայեցւոց. մի՛ ոք իշխեսցէ նստել յաթոռ նորա Ելեալ եպիսկոպոսին, մինչ դեռ ոչ լիցի կատարեալ նորա դատապարտութիւնն Ե յառնէ եպիսկոպոսէ Հռոմայեցւոց։]

Կանոն Է. Հաճոյ Ե՝ս եղեալ. զի եթէ ոք եպիսկոպոս ամբաստանեսցի, և ժողովեալ եպիսկոպոսքն տարցին զնա Ելոյս յիւրմէ տեղւոյն շարժեսցեն զնա։ և որոյ Ե բաց հայցէ Ե՛նդ դատապարտութեն, ապա՛ խնդրեսցէ առ Ելանելոյն Հռոմայեցւոց եպիսկոպոսն. և նա կամեսցի լսել վերստին երկրորդ հարցուածս և քննել. պրկ արժանի տեսցէ առ եպիսկոպոսս տրտմել, որ մօտ են յաշխարհն. զի նորա դատաւորք և հեղգատորք մի լսոս միոյն քննեսցին. և լսոս ձեռնադրեալ Հռոմայեցւոց դատաւորք ի վերայ երկրին յուղարկս ասցեն։ Հաճոյ Ե՝ս ոչ դատելոյ ապաշխողն և միւս անգամ զիրն Ե՛ւ լսելի առնել. և Ե՛ւ յորմէ ինդրուածն Հռոմայեցւոց եղիցի շարժիլ. որպէս զի յիւրմէ կողմանէ զնոցունս առաքեսցէ։ Ի՛ ձեռն իշխանութեան Ե՛նդեմն է. Ե՛ պատուս եղիւ առնել։ Եւ Ե՛թէ Հարկաւոր Ե՛ց Հռոմայեցւոց առաքել զմարս, որք հաստատեսցեն առաքել զնոսա, որք Ելանդեմն եպիսկոպոսացն դատեսցին, ա՛նձն լոյ զիշխանութեն նոցա, յորմէ առաքեցան. նոքա՛ ի ձեռն կամաց Ե՛նդ Ե՛ց Ե՛ւ։ ապա՛ Ե՛թէ Հարց եղէ բաւական լինել զեպիսկոպոսն Ե՛ն հաստատելոյ զնոսա.

ապասցէ որպէ և համաստան խոհեմու-
թեան իւրում Թուեցաք։] եբ
22

Եւ գրէ՝ նոյն ևս ժողովն սարդիկոյ
եւս՝ ի Թուղթս իւր յայտ առնէ զվն-
հասդոյն իշխանուԹիւն, որով հայցս
պնդեն հետևմայ սովոյ էր կատարե-
լ զոխնգրած-աճ-ալ եկեղեցին; քանզի
գրեալ՝ ի Թուղթն առ նմա եղեկս այս
պէս։ Երբեմն եւ-ակբեռոսականքն առա-
քեցին զԹուղթս իւրեանց մեղադրա-
նաց մեր ասԹանասի, և մարկիլլոսի, և
աղլէպոյ, գործակցաց մերոց, առ յու-
լիոս հռովմայ եպիսկն. հանդերձեցաք
եւ այլ եւս եպիսկք առաքեցին յայլոց եղ
տեղեաց զԹուղթս իւրեանց առ նոյն 23
յուլիոս. և վկայեցին մեր անմեղուԹիւն
ասԹանասի, և հաստուԹիւն եւ-ակբեռոս
դատաստանն. զոր և ինքեանք իսկ յայտնե
ցին. մեր ոչ երբեմն կուշեցան՝ ի սիրելոյ
գործակցէն մերմէ յուլիոսէ. այլ կա-
ցին՝ ի դատաստանն; և՝ ի ԹղԹոյնսը
բեն յուլիոսի եղեալի լինի հաստուԹիւն
իւրեանց. քանզի եԹէ ձշմարտասաց
էին, և ապաՀնէին՝ ի գործեալ նմա
իւրեանց ընդ գեմ գործակցացն մե
րոց. այդեօք մշտանէին՝ ի դատաս
տանին;] Եւ՝ ի յայլ Թուղթն ծրեալ եղ
առ ինքն յուլիոս, այսպէս ասէ ժողովն. 24
Տոյժ արժան և բարւոք եմն է. եԹէ քա
հանայք առևառն յիւրաքանչիւր գաւա
ռաց արտաբերեցին զիրն առ գլուխն
իւրեանց, այլ. առ աԹոռ առաքելոյն
պետրոսի։]

Ձայսմ կոստանդնուպոլսի սբ ժո
ղովն եւնքն՝ ի Թուղթն առ գամասոս
պապն ասէ. ԵԹէ գուժալեալ լինէր՝ ի
քաղաքն կոստանդնուպոլիս մի հրա
մանաց տարայ; և բանքն ժողովոյն են
սոքա։ Ժողովեցաք՝ ի կոստանդնու-
պոլիս, մի զի հրամանաւ ԹղԹոյն, որ

առ-

clesiâ regere vniuersam. scribit enim in epistola ad omnes Episcopos sic: *Cùm igitur iampridem litteras suas accusatrices de Athanasio, & Marcello, & Asclepa, comministris nostris, Eusebiani ad Iulium Romanæ Ecclesiæ Episcopum misissent; contigit, Vt etiam alij ex alijs locis Episcopi ad eundē Iulium litteras suas mitterent, quibus & Athanasij innocentiam, & Eusebianorum sycophantiam contestabantur: etsi, id ita esse, ex eo præcipuè cognosci potuit, quòd accersiti à dilecto nostro comministro Iulio, Iudicio non steterunt; & ex ipsius Iulij litteris manifesta illorum sycophantia apparuit: accessissent enim, si sui, actorumque suorum in Comministros nostros fiduciam habuissent.* Et in altera, ad Iulium ipsum directa, sic habet: *Hoc enim optimum, & Valdè congruentissimum esse Videbitur; si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Prouincijs, Domini referāt Sacerdotes.*

Circa Constantinopolitanum Cōcilium, & hoc in epistola ad Damasum Papam dicit, se apud Vrbem Constantinopolim cōuenisse ex mādato ipsius Damasi: *Constantinopolim*, inquit, *conuenimus, propterea quòd mandato litterarum, superiore anno à Vestra Reuerentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter dumtaxàt Constantinopolim Vsque faciendum nos præparauimus.* Et ibidem fatentur Concilij Patres, se membra esse Romanæ Ecclesiæ: *Nos*, inquiunt, *Velut membra propria, per Deo amantissimi Impe-*

rato-

ratoris litteras accerſiuiſtis. Et Canone 3. Conſtantinopolitanũ Epiſcopum Patriarchis alijs præponentes, ſubijci eum nihilominùs declararunt Romano Pontifici: *Conſtantinopolitanæ Ciuitatis Epiſcopum*, inquiunt, *habere oportet primatus honorem poſt Romanum Epiſcopum; propterea quòd ſit noua Roma*. Ad ſummàm, tantę æſtimationis in hac Synodo fuit auctoritas Romanæ Sedis; vt quicquid contra Macedonium ibi à Patribus actum fuerat, duntaxàt per Damaſum Papam, & Theodoſium Imperatorem, tanquàm per duo culmina, alterum Eccleſiæ, alterum Imperij, actum fuiſſe, ſexta deindè Synodus conclamauerit hiſce verbis: *Macedonius denegabat Spiritus ſancti Deitatem; ſed Dàmaſus, & Theodoſius protinùs obſtiterunt*.

Sexta Synodus act. 18.

Idem prætereà Damaſus, teſte Theodoreto lib. 5. hiſt. cap. 23., Flauianum Patriarcham Antiochenum, deposuit; pro quo & Theophilus* Alexandrinus Patriarcha, & Ioannes Chryſoſtomus, Conſtantinopolitanus, apud Romanum Pontificem per Legatos interceſſerunt. Et quamuis Imperator Theodoſius niteretur, Flauianum in Epiſcopatu ſtabilire; tamen iuſſit, eum Romã pergere ad cauſam dicendam; nec anteà ſuæ Sedi reſtitui potuit, quàm Romanus Pontifex placatus conſenſit, & Flauiani Legatos ſe admiſſurum promiſit: qui propterea multos mox Epiſcopos ad Papam legauit. Nec multò poſt, Chryſoſtomus ipſe à Theophilo depoſitus, ad Innocentium

* Socrates lib. 5. hiſt. c. 5. & Sozomenus lib. 8. cap. 3.

հայոց, ի հնոցն հրեշտակաց ես-քեանց: ես
և այսոցիկ հաճեցար դասատուս լինել ե- 28
պիսկոպոսացն տառաբերոյն առ նա ի
միաբանութիւն վերոյ պատճառս գոր
ծոյն եղելոց. և վերատին հաստատե
ալ զիւրս ի յանդունդն եբս: Եւ յետ
կամ [ինչ ևս] յետոյ նախ քան զմահ
ոչիլոյն ամբաստանեալ, և շարժեալ
յանդունդն, բաղձեաց առ առեան ին
նօքինեանն պատկեր. որում յայտ լինի
յերկուց Պղեմոցն, զորս ոսկէբերանն
գրեալ առաջն ինձօքինեան:

Իսկ ապա երկն աբ ժողովն եպիս
կոպոս. յորմէ առաքեցաւ նեստոր: ես
Եւ յառաջ քան զայս ժողովն կիւրեղոս 29
անուն պատկն հանդերձ հռոմէական
սինհոդոսէ դատապարտական զնա
տոր. և յանձնեալ կիւրղի աղէքսանդ
րացւոյ պատրիարքին. զինչ որում մի
նաւանդ ես-քեան հրամայական ընդ
յարեալ զմիաբան դատապարտու ես
և յոտ-ճանն նեստորի, որ էր հռոմայն
դնուածոյն պատրիարք: և գրեալ ի
Պաղեստին առ հիւրեղիոսն: Տաղա
գս որոյ ընդ երկայնաբան, առեալ
զինչ առաքեալն ի Պաղեստինէ, և ի
գնալ մեր ի քեսարիան, զինդ առաք
կու ես-քեան զայսպիսի գրասիրս
զմիաբան:] Եւ առաւ և հիւրեղիոն ի Պաղ
ես առ յորմէ առաքեալն պատրիարքն ան
անուաց գրեալ առ: ձեռնարկեաց պարզ
առնել հնազանդ իւր միաբանն հռոմէական
սինհոդոսին. զի ոչ կամիցէ առնուլ
ի հաղորդութենէ առնոյն յայտնի
առնց:]

Եւ յետոյ գործարկել ըստ կամս
ցն նիւլեսանդեան պատկն ժողովն ի
յիւլեսոս. ուր էին եպիսկոպոսք ե
ղեալ ի տասն ինգ ազգաց. որոյ գրե
պատճէն յառնաց անկնիւթոսն ի. Ծդ.

լգ.

tium I. Rom. Pontificem appellauit, vt patet ex epistolis eius duabus ad Innocentium.

Denique, quod spectat ad Ephesinum Concilium, vbi Nestorius, Constantinopolitanus Patriarcha dānatus fuit: iam, antequàm illud cogi debere quisquam meditaretur, Celestinus Papa cum Romana Synodo Nestorium deposuerat, Cyrilloque Alexandrino Patriarchæ cōmiserat, vt eius damnationis, ac depositionis decretum ipse, vt Apostolicæ Sedis Vicarius, executioni mandaret, sic ad illum rescribens: *Quamobrèm nostræ Sedis auctoritate adscita, nostràque vice, & loco cum potestate vsus, eiusmodi non sine exquisita seueritate exequèris.* Vndè Cyrillus in epist. ad Ioannem Antiochenū Patriarcham: *Decreto*, inquit, *Romanæ Synodi modis omnibus parendum est illis, qui à totius Occidentis communione excidere noluerint.* Celestin. in epist. ad Cyrillum.

Deindè coacto pro Celestini sententia Ephesino Concilio, idem Cyrillus non sine Apostolicæ Sedis mādato illi præfuit: quod Nicephorus lib. 14. hist. cap. 34. sic refert: *Celestinus, Romæ Episcopus, propter nauigationis pericula, ipse Synodo adesse detrectauit: ad Cyrillum tamen, vt locum ibi suum obtineret, scripsit.* id quod etiam ex verbis illis epistolæ secundæ eiusdem Ephesini Concilij ad Imperatores * colligitur: *Et hæc quidem etiam, antequàm sanctissima hæc Synodus conueniret, Celestinus, sanctissimus magnæ Romæ Episcopus, per litteras suas indicauerat; Cyrilloque,* *Theodosiū, & Valentinianum.

ſanctiſſimo, Deoque dilectiſſimo Magnæ Ciuitatis Alexandrinæ Epiſcopo, Vt ſuas vices ſubiret, commiſerat: ſed & nunc denuò alijs etiam litteris, ſanctæ Synodo, quam Veſtra Maieſtas in Epheſiorum Metropoli conuenire præcepit, hæc ſignificauit.

Caterùm ipſa Synodus Epheſina profeſſa eſt, ſe depoſuiſſe Neſtorium ex mandato Celeſtini Papæ; vt habetur apud Euagrium lib. 1. hiſt. cap. 4. & etiam Firmus, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, palàm in eadem Synodo teſtatus eſt, dicēs: *Apoſtolica, & ſācta Sedes Celeſtini de præſenti negotio ſententiam, regulamque præſcripſit, quam nos ſequuti, formam illam executioni mandauimus.*

Et in epiſtola ad eundem Celeſtinum idem Concilium ſcribit, ſe cauſam Ioannis Antiocheni Patriarchæ, quæ magis dubia erat, quàm cauſa Neſtorij, non fuiſſe auſum iudicare, ſed reſeruaſſe illam ipſius Celeſtini Iudicio: *Verùm, inquit, quo Ioannis Antiocheni temeritatem longanimitate vinceremus, etiamſi illam iuſtiſſimè, legitimèque ſubiuiſſet; pietatis tuæ Iudicio hoc reſeruauimus.* De alijs quoq; Celeſtini decretis circa Pelagianos, alioſque hæreticos, ſic in eadē Epiſtola ſubijcit: *Quæ à pietate tua decreta, & conſtituta ſunt, iudicauimus & nos, ea ſolida, firmaque permanere debere; & idem omnes tecum ſtatuimus.*

Quæ quidem omnia quid aliud indicāt, niſi ſupremam in totam Eccleſiam Romani Pontificis poteſtatem? qua etiam immediatè poſt Celeſtini

ես գերագոյն պատասխանատուն, ասելով. Կիւրեղեառնանաս, եւ ինքն հռոմէական, ոչ կարացաք գալ ի ժողովն եփեսոսի մինչ դուք հասաք սկիզբն: վասն որոյ գրեցաք առ կիւրեղն. զինեա ուրեմն յանդգնեալ զանգի եւ:] Եւ զայն զայս գրէ ժողովն եփեսոսի ի Քաղքեդոն առ Թէոդոս այսպէս: Հաճոյ բան զգուշութեան մերոյ ժողովոյս այսմիկ՝ սրբազան կիւրեղեառնանաս եւ ինքն մեծին հռոմէական յանձնեաց սրբազան կիւրեղի աղէքսանդրացի եւ ուղխին, զինեա հոգի փոխանորդեալն: եւ այժմ վիճասին մեր հաստատուածքն երիցն նոյնով գրեաց առ այս սուրբ ժողովս:]

Եւ դարձեալ նոյն ժողովն եփեսոսի խաւսեալ դատապարտել զնեստորն հրամանաւ կիւրեղեառնանաս պապին. որում եւ ինքնին եպիսկոպոսքն գիտացին դավիճեալ վկայեաց առաջի ժողովոյն, այսպէս. Հաճոյ եւ սիրելի կան սրբոյն կիւրեղեառնանաս գրեալ մեզ զդատաստիճան եւ մեր սոյնպէս երթալ, եւ զինեա նորա մեզ երթեալ՝ հաստատեցաք զնոյն կիւրեղի վճռոյն:]

Հաճոյ եւ ի Քաղքեդոն առ կիւրեղեառնանաս գրեաց նոյն ժողովն, Եւ զդոյն ձն յոհաննու անտիոքայ պատրիարք գին ոչ կարեցաք ժողովն դատել. այլ յանձն առնէք դուն դատաստանաւ կիւրեղեառնանաս: Եւ բանք ժողովոյն են այսպիսի. Հաճոյ զի երկայնամտեալ լինցուք ի յանդգնութիւն յոհաննու անհոգացուցին. յանձնեցաք զնոյն առ դատաստան քոյին պատուականութեան:] Եւ յետոյ ի վերայ այլազանութեան հերձուածոյն այսպէս ասէ: Զոր ինչ հաստատեաց պատուականդ ես գործոյս այսոքիկ. զնոյն եւս մեք սահմանեցաք անշարժ եւ հաստատուն մնալ. եւ ամէն

նե-

նեքեանս ընդ քեզ հաւանձայն գոլանիք :]

ՀԴ 34

ԱՀԻՒՐ՝ այս ամենի զինչ այլ նշանակէ. եթէ ոչ զքահապետն իշխանութի՛ւն, զոր առնու հայրապետական հոգումիտ խնամոյ քոյդ հանդերձ եկեղեցոյ : Եւ նոյն իշխանութիւն եւս վարեաց զինն կնքէստիանոս սի սիքսառս պապայն, յորժամ առաքեաց յեւթ զքէս լէոն կարդ-ինալն շարժել յանդուգն զգայարթիանոսն սօլիկոնիտս : Եւ յետ վաղճանելոյն սիքսառսի՝ հղեալ նոյն սքէս լէոն ամբոխաժողովանդ նորին , զաստուածապատեաց զնէսթոկէս զկոստանդնուպօլսի արքեպիսկոպոսն, ՀԵ 35 և զդէոսկորոս զպատրիարգն աղէքսանդրու . և եւս եկեղեցոյ մերմէ զերկրորդ ժողովն նիկիոսի , որ արձակեալ էր զնոյն նէստոկէս , և հաստատեալ էր զմիոյ շնորհեալ բնութեան զաստանգն երկոցունց հերետիկոսացն ; Եւ եւ նոյն սքէս լէոն օրհնաբանեաց զքէն փիլէքսենոս պատրիարգն կոստանդնուպօլսի զոր ողջասիրտ խոստովանութիւնն նորա յիշեցաք երկրորդ միաբնակալ քնութիւնն ի սի անձն էին : և հրամայեաց լինել մեծագումարութիւն տիեզերական սբ ժողովին քաղկեդոնի . ՈՀ. սբ հայր ՀԶ 36 ցն զոր ուղեղոյ զնեստորիոնն յայտնէ քանն եկեղեցոյն. և ի ձեռն Թէողոսի և հրնշատակաց նորա զնոյն սբ ժողովն առաքնորդեաց ընդ շահիղն ուղղափառութիւն :

ԲԱՅՑ՝ այսուհետև առնասնիմ ըղ արտասվախտապետս գհանգստանալոյդ մեր ձանձրացեալ զայ յիշատակին սրբոյն լեւոնի և քաղկեդոնի սբ ժողովոյն : և զի մի բռնագատեսցին մերմէ զիր-ն դէսկորոս՝ ոչ կարելի յատկել ուրեք զրել բանից նոցա , և ոչ ընդունել յայ ամենեսեան զայլ ոչ ժողով եկեղեցոյ, և ոչ

զայն

lestinum vsus est Sixtus III., cùm, S. Leone Archidiacono in Ierusale missō, Polychronium, * Patriarchā Ierosolymitanum, depositi. Et post Sixtum, idem S. Leo, in summum Pontificatum succedens, non solum Eutychem, Constantinopolitanum Archimandritam, verùm etiam Dioscorum, Alexandriæ Patriarcham, eadem auctoritate damnauit; vt Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniæ scribit dicens: *Dioscorum, secundæ Sedis Præsulem, sua auctoritate Sedes Apostolica damnauit:* præterea Synodum Ephesinam secundam, in qua Hæretici vtriusque blasphemia de vna Christi natura cōfirmata fuerat, dissoluit: sanctum Flauianum, Cōstantinopolis Patriarcham, & Theodoretum, Cyri Episcopum, ab eadē Pseudosynodo depositos, ac damnatos, absoluit: & de Theodoreto quidem (nam propediem vitā excesserat Flauianus) ita legimus in Concilio Chalcedonensi, Act. 1. *Ingrediatur & reuerendissimus Episcopus Theodoretus, Vt sit particeps Synodi; quia restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo:* Synodum denique Chalcedonensem, vt Orientalis Ecclesiæ lapsum hunc repararet, & cogi iussit; & coactam, per Legatos, & Epistolas suas ad orthodoxam de duabus Christi naturis definitionem per semitas veritatis deduxit.

* Ex tom. 3. Concilior. in act. Sixti III.

At video iam, Magni Leonis, & Concilij Chalcedonensis memoriam stomacho Armenorū Pseudomagistrorum mouere fastidiū; eosq;

ne ſuum cogãtur reprobare Dioſcorum, nulla deinceps ab Eccleſia Catholica ſuſcipere velle neq; Concilia, neq; ſanctos Patres, neq; Romanos Pontifices: quos equidem oſtendere faciliùs poſſem, maiori exinde imperio totum ouile Dominicum gubernaſſe; niſi fruſtrà ſermonem obturantibus aures effunderem. Sufficit, eos de ſummo hactenùs Pontifice audiuiſſe, quæ ipſimet ad Chalcedonenſis vſque Synodi tempora ſuſceperunt.

QVOD ROM. PONTIFEX *Petro ſucceſſerit in Præfectura totius Eccleſiæ,*

OSTENDITVR TERTIO *Teſtimonijs veterum Patrum, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.*

§. VII.

EX his, omittamus eos, qui fuere Romani Pontifices; ne, quorum res agitur, ſuæmet rei teſtes producere Aduerſarijs videamur. Irenęus lib. 3. c. 3. inquit: *Maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis, Petro, & Paulo, Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ eam, quã habet ab Apoſtolis, traditionem, & annunciatam omnibus fidẽ, per ſucceſſiones Epiſcoporũ prouenientem vſq; ad nos, iudicantes; cõfundimus eos, qui quoq; modo vel per ſui placentiam, & vanã gloriam, vel*

ղաք հարս, և ոչ ինչ յայտնապէս հակառակ մայ: Օի եթէ կամիմ ըսել, պատրաստ եմ ի յոլովագոյն վկայութիւն արբոց հարց և ժողովոց ցուցանել ըստ այնմ. Եթէ հակառակ սուրբ աթոռն յայմ ժամանակի կատարեալ արեաց զբովանդակ եկեղեցին էր: Բայց շատ է, զորինչ լսեան մինչ և ի ժամանակս բաղկեդոնի ժողովոյն ի սրբոց հարցն, և ժողովոց, զոր ընդունին:

ԵԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՈՒԹԻՒՆ ՀՌՈՒԼՄԱՑ

ՅԱՌԱՋԳԵԱՑ ՊԻՇԽԱՆՈՒԹԻՒՆ ԱՐԲՈՑՆ ԱԼԵՔՍԱՆԴՐԱՑ Ի ԿԱՌԱՎԱՐԵԼ ԶԸՆԴՀԱՆՈՒՐ ԵԿԵՂԵՑՒՆ.

ՑՈՒՑԱՆԻՄ

ԱՀԿԱՅՈՒԹԵԱՄԲ հին արբոց հարցն, զորս ընդունի եկեղեցին հայոց:

ՊԱՏԱՌԸ Է.

ԹՈՂՈՒ զԱՀԿԱՅՈՒԹԻՆ ԱՄ արբոց հայրապետացն հռոմայ. զի մի համարիցեն հակառակորդք զմեզ հաստատել զԻշխանութիւն ԱԹոռոյն այդոցիկ ի ձեռս բանիցն նոցին ինքեանց: ԱՀԱՍ սկսցուք ի հինսն ի յԵրստոդ գիրսն նախ, և ի յԵրստոդ գլուխն առ այսու: ԱՀԱ՛ ասէ ԵՒՍԷԲԻՈՍ զԱՆԱՊՈՒԹԻՆ, զոր ԷԱՒՏԱՒԱԲԼՈՑՆ արբոց մեծ, և հին, և ամէն ծանօթ լեալ եկեղեցին հռոմայ. որ յԵրուսաղէմ ԱՌԱՔԵԼՈՑՆ պետրոսէ և պօղոսէ հիմնեալ հաստատեցաւ. ԷԱՒՏԱՒԱՆԵԼՈՎ զայն հաս- ասացն, որ ի

նոյն

նոյն առաքելոյն քարոզեցաւ ամէնէն, ե-
ւառաւ ամէն եկեղեցի հաւատալ. ե- ¶ 3
հետեւաբար եպիսկոպոսք հաստատ մնալ ե-
ւ մեզ. ամենեցուն ընդհանրապէս զայնոսիկ որ
քրիստոնեաձեւութիւն եւ անսխալութիւն կամ
կուրանան զոր չէ արժան: Եւ այս ոչ այլ
այս եկեղեցին մեր հզօրագոյն իշխանութեան
նորին վայելէ ամէն եկեղեցի գալ ի. ամ
հաւատացելոց: զի միշտ ի նմանէ պահե
ցաւ որ ի յառաքելոյն է աւանդութիւն]

¶ Որպիսի՞ս. զորմէ գրէ սբն Աբդոն
մոն ի Թուղթն առ պաման[illegible]. Ո՞ւ ան ¶ 4
նալ ի պէտս մոլորութիւս, զղջացաւ,
և գիտաց, զի սպարտ էր պատասխանի
տալ մեր նոյն հայրապետութիւն հռոմայ.
սակս այսոքիկ գրեաց զԹուղթն առ
փաբբեանոս պապն, մեզադրելով զնմա
մարդ ամբոխոս անուն. և ասելով,
Ո՞ւ նա հպատարակեալ էր հրատարա
կաւ, զոր ինչ ինքն գրեալ էր ի ծա
ծուկ:

Սբն Կիպրիանոս ի Թուղթն առ
կուռնէլիոս պապն խօսի յիշդս հերձո
ւածոյն[illegible]. որք ոչ կա
մէին հնազանդ լինել կուռնէլիոսի. և
ասէ այսպէս: Սակս այսորիկ բուսաս մո ¶ 5
լորութիւք և հերձուածք. վասն զի ոչ հր
նազանդի քահանայապետին նոյ. և ոչ
ձանաչի եկեղեցի մի քահանայապետ, և
մի դատաւոր փոխանակ քրիստոսի: որում Եթէ
ըստ ամենայնի վարդապետութեանն հնա
զանդէր ամէն եղբայրութիւն. ոչ ոք հակ
առակ դատեսցէ ժողովոյն քահանայի
նոյ:] Ես դիմել յետ այլոց բանից ասէ.
Հերետիկոսքն յետ կացուցանելոյ
ինքեանց զմի սուտ եպիսկոպոս. ասկսա՞ն
իշխեն նաւ արկել. և ի պետս հերձո
ւածոցդ Թուղթս առեալ բերին ի
սբ աթոռդ պետրոսի, և ի պետս

կան

vel per cæcitatem, & malam conſcientiam, præterquàm oportet, colligunt. Ad hanc enim Eccleſiam, propter potẽtiorem principalitatem, neceſſe eſt, omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt Vndique, fideles; in qua ſemper ab his, qui ſunt Vndique, conſeruata eſt ea, quæ ab Apoſtolis eſt, traditio.

Origenes in Græcia (teſte Hieronymo in epiſt. ad Pammachium, & Oceanum) cùm in varios errores incidiſſet, ob eamque rem ſciret, ſe debere Romano Pontifici ſuæ fidei rationem reddere; ad Flauianũ Papam ſcripſit epiſtolam, in qua pœnitentiam agit, quòd talia ſcripſerit; & cauſam temeritatis in Ambroſiũ quendam refert, quòd ſecretò edita, in publicum protuliſſet.

Cyprianus, lib. 1. epiſtola. 3. ad Cornelium Papam, loquẽs de ſchiſmate Nouitianorum, qui nolebant Cornelio ſe ſubijcere, ait ſic: *Neq; enim aliundè hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm indè, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec Vnus in Eccleſia ad tempus Sacerdos, & ad tempus Iudex Vice Chriſti cogitatur: cui ſi ſecundùm magiſteria diuina obtemperaret fraternitas Vniuerſa, nemo aduersùs Sacerdotum collegium quidquam moueret.* Et rursùs ibidem: *Poſt iſta adhuc inſuper, Pſeudoepiſcopo ſibi ab hæreticis conſtituto, nauigare audent; & ad Petri Cathedrã, atq; ad Eccleſiam principalem, Vndè Vnitas Sacerdotalis exorta eſt, à Schiſmaticis, & profanis litteras ferre; nec cogitare, eos eſſe Romanos, quorum fidẽs, Apoſtolo prædicãte, laudata eſt; ad*

quos

quos perfidia non poſſit habere acceſsū.

Idem, lib. 2. epiſt. 10. ad eūdem Cornelium: *Miſeramus nuper collegas noſtros, vt ad Catholicæ Eccleſiæ Vnitatem ſciſſi corporis membra componerent: ſed diuerſæ partis obſtinata, & inflexibilis pertinacia nō tantùm radicis, & matricis ſinum, atq; complexum recuſauit; ſed etiam adulterū, & cōtrarium caput extra Eccleſiam fecit.*

Romana Synodus, ſub Silueſtro facta antè Nicænam, Can. 20. *Nemo iudicabit primam Sedem; quoniā omnes Sedes à prima Sede iuſtitiam deſiderant temperari. Neque ab Auguſto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo Iudex iudicabitur. Et ſubſcripſerunt Epiſcopi 284. & 45. Preſbyteri, & 5. Diacones, & duo ſequentes, & Auguſtus Conſtantinus, & mater eius Elena.*

Epiphanius hæreſ. 68. loquens de Vrſacio, & Valente, Epiſcopis Orientalibus: *Vrſacius*, inquit, *& Valens, pœnitentiam agentes, vnà cum libellis profecti ſunt ad Beatum Iulium, Romanum Epiſcopum, pro ratione reddēda de ſuo errore, ac delicto.*

Athanaſius, in epiſt. ad Marcum Papam, Iulij prædeceſſorem: *Domino ſancto, & Apoſtolici culminis Venerando, Marco, ſanctæ Romanæ, & Apoſtolicæ Sedis, atque Vniuerſalis Eccleſiæ Papæ, Athanaſius, & Vniuerſi Ægyptiorum Epiſcopi ſalutem, &c. Optamus, vt à Veſtræ ſanctæ Sedis Eccleſiæ auctoritate, quæ eſt mater, & Caput omnium Eccleſiarum, ea ad correctionem, & recreationem fidelium orthodoxorum percipere per præſentes legatos*

Ղեւոն Եպիսկոպոս ի միւս Թուղթն առ նոյն կոստանդիոս ասէ. Հաւաքեցաք զքննեցաք մեր առ ի միաբանեցուցանել զանդամս հերձեալ մարմնոյն ընդ ուղղափառս եկեղեցւոյդ: Բայց նոքա առաստաւտիւն և չարտեղիւն հակառակորդացն ոչ միայն զանգիտանայ ի գրկէ մօրն և արմատոյ եկեղեցւոյդ, այլ և զպատնէն և զհակառակ գլուխ առ ոտաւոյ եկեղեցւոյ արար:]

Հաւանաբէ ժողովէն հռովմայ, որ եղեւ ի ժամանակին սբոյն անգէնասուրս սի յատուկ քան զնոսին սբ ժողովէ. ի Ֆ. եպիսկոպոսաց: Ոչ ոք դատեցէք զատացին աստուծոյ: վա՛յ ինձ ամ աստուածն ցանկամ ի յատացին աստուծոյ առնուլ զնուաճութիւնս Ոչ առաւ դատաւորն նորին աստուծոյ ոչ դատեցէք, ոչ ի կայ անբէ, ոչ յամ եկեղեցականաց, ոչ ի Թագաւոց, և ոչ ի ժողովրդենէ: Եւ ըս առաքելոցն ի նեղուի կանանց. ամէն և Ֆ. եպիսկոպ. և. հիւ. քահանայք. և հինգ սարկաւագք. և նորու կնասաց կաւագք. և կայսրն կոստանդիանոս. և մայրն նորայ հրաշեալ:]

Սբն եպիսկոպոսն ի. Կը. եպիսկոպոսաց գլխոյ հերձուածողն ատանկիոսի և վասն գլխատիսոսի յարեւելեցոց եպիսկոպոսն ասէ: Ոչ քաղկիոս և վաղկեդոնոս առնելով զպատաշխարհն գնացին առ երանելին յուլիոս եպիսկոպոս հռովմայ առ պատասխանի ի մերոց և յանցանաց երեսաց:]

Սբն աթանաս ի Թուղթն առ մեր կոս պապն, որ նստաւ յատուկ քան

գլուխ

զյուլիոս, ասէ: Հռոմէական սրբոյ և առաքելական բազմութեանն պատուական կանոն, մարկոսեան, որ և առաքելական աթոռոյն հռոմայ և ընդհանուր են ղեկոյ պատկեր, աթանաս, և ամենայն կոչեալ եղբարցն եպիսկոպոսաց, ողջոյն:] Եւ յետ այսր ասէ: Բաղձալիք արժանի լինել ի հեռն առաքինոյ հրեշտակաց սերոյ առնուլ ի յիշատակս մերոյ աթոռոյդ հներոյ, որ է մայր և գլուխ ամենեցուն, զոյն, որ եղիցի առ յաղագս և մեզ ի սխալանսն ուղղութեան հոգ առաքելոյ: Հաւատարեալ գիտեմք զի սերտ առաքելուն հներոյ այն քան վառեալ է ընտիրս հոգւոյն սրբոյ սիրոյ զի օգնական լինիք ամ զբօկելոյ, որբան և առաւել մեզ, որ ի հեռուստադոյն դասու, սակայն հներ եմք, և հանապազ կամիմք հանդերձ առնելոյ, որ մեզ յանձնեցան, հնազանդ լինել ձեզ:]

Եւ դնդ՝ նոյն աբն աթանաս հանդէ գնաց ամ եպիսկոպոսացոյց, և ի բայդացոյց, և լիբեացոյ, ի թուղթն առ երկրորդ փելիքս պապն ասէ: Արժան էր, ոզի հայր եղանելդ, առաքինեաց մեր, և մեք միշտ ընկալաք զօգնու ի ձեմն առաքելական սբ աթոռոյդ. և ձանաչեցաք զձեզ հոգս առնել զմեզ. սակս այսորիկ ըստ կանոնաց առհասն նուիրուածք առաքինեալք և գերազոյն և առաքելականն աթոռդ: զի յայդմ նէ զօգնականուածն ընկալցուք. յորմէ և առաքինեալ մեր առեն զբարեհաւորուածս, զբանս հաւատոյ, և զսիրան ե: Արդ՝ առնոյն աթոռդ, որպէս առ մայր, և մեք ընդանամք. զի ի առեւանգեն նորա անհնարին քանզի ոչ կարէ մայր մոռանալ զմանուկն իւր նոյնպէս և դուք մի մոռասջիք զմեզ.

որ

gates mereamur. Verè nouimus, Apostolatus Vestri cor gratiâ sancti Spiritus in tantum esse accensum, Vt omnibus oppressis succurratis, quātò magis nobis, qui licèt exigui ordinis, tamen Vestri sumus, Vobisque obedientes cum omnibus, nobis commissis, esse semper Volumus.

Idem Athanasius, & vniuersi Ægyptiorum, Thebaidorum, & Lybiorum Episcopi, in epistola ad Felicem II. Papam. Ideò, Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à Vestra Apostolica sancta Sede auxilium hausimus, & nostri Vos curā habere agnouimus; præfatam Apostolicam, & summam expetimus, iuxta Canonum decreta, Sedem; Vt indè auxilium capiamus, Vndè prædecessores nostri ordinationes, & dogmata, atque subleuationes ceperunt; ad eam quoque, quasi ad Matrem, recurrimus; Vt eius Vberibus nutriamur: quoniam non potest mater obliuisci infantem suum; sic & Vos nolite obliuisci nos, Vobis commissos.

Ambrosius, Orat. funebri in Satyrum: Aduocauit ad se Satyrus Episcopum, nec Vllam Veram putauit, nisi Veræ fidei gratiam; percontatusque est ex eo, Vtrumnam cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia, conueniret? Et in epistola 81. ad Siricium Papam: Recognouimus litteris Sanctitatis tuæ boni Pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi ianuā serues, & pia solicitudine Christi Ouile custodias, dignus, quem oues Domini audiant, & sequantur. Et ideò, quia nostis ouiculas Christi, lupos facilè deprehendes; & occurres,

quasi

quasi prouidus Pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ, feralique Vulatu Dominicum ouile dispergant. Ac tandem in caput 3. Primæ ad Timotheum: Cùm totus Mundus Dei sit; tamen domus eius Ecclesia dicitur, cuius hodiè Rector est Damasus.

Basilius in epist. 52. ad Athanasium: Visum est consentaneum, scribere ad Episcopum Romanum, Vt videat res nostras, & Iudicij sui decretũ interponat: Vt, quia difficilè est, aliquos indè de Cõcilij sententia mitti, ipse auctoritatem rei tribuat delectis Viris, qui laborem quidem itineris perferre possint, lenitate verò, ac facilitate morum, tum commoda, & prudenti oratione eos, qui à recta via deflexerunt, monere; quique acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad ea rescindenda, quæ illic Violentè acta sunt.

Hieronymus, in epist. ad Damasum Papam de nomine hypostasis: Quanquàm tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas: à Pastore præsidium ouis peto: cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum, sequens, Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicunq; extra hanc domũ agnum comederit, profanus est. Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio. Et paulò post: Non noui Vitalem; Meletium respuo; ignoro Paulinum*. Quicunque tecum non colligit, spargit; hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.

*Antiochenum Patriarchã, & proprium Hieronymi Episcopum.

Gregorius Nazianzenus, orat. 52. ad

որ ձեզ յանձնեալ եղիւք:]

Լիբ. ա. մէյ. բանն ողբա- կան եմք առաւելոյն առ: Առաւելու- կշռոյց առ ինչն զիարդիցն. և ոչ զայլ ինչ քան զարհս հաւասարէք, քան սիրայն ի շարհաց հաւասարեալ: զի ոգոյ նմանեալ. մի՛ թէ ընդ- ոչղաքար եակեալ. յիր. ընդ հուսկն ահան եկիցուք մեռանել:] Եւ ի թուղթն առ անկենդանս պատմն դէմ ա- սէ: Հանապէղայ՛ ի թղթոջն քոյոյ ա՛ղ բարեաց պղատարեալ քաջ հոմոյ- եալ. որ զանձնեալն քեզ պղատան հա- ճառասպատաս պահեալ. և զհոգւոյն քի ի- մաստասէր ամբ առած է: արժան է, զի ոչխատ ամ քեզ լուծեն, և զհնա- նելոցն: Եւ քանզի հանապէղս զսչխա- րս քի. զ- ի- բանի զգալ ի գայ լոյ. և ընդ- դէմ նոցին ընդհանայցեալ ամ խոհեմ հոմոյ. զի մի խոհ- մամբ հերձուած ոգոյ- ն հանդն ի- լոյ, և զպահս քեզի աշխատասէր զաբերա- կան հոգոյ կորն անիցեն:] Եւ դէմ խոյ- նոյ գլխոյ առաքին ի թղթոջ առ- աքեալ է ոս: Եթ- էիր ամ աշխա- րհ եղէ այ. առաքեալ առաքեալ նոցա նկէ գնացի ասէ, ոգոյ առաջնոյն այս օր է դատաստան:]

Լիբ. բառն յիսու՛ ի թուղթն առ ա- ղանս ասէ: և քանզի ի ա- նցաւ գլխ ակ առ հոգեհոգոյն հոմոյ. գինոյ ընկոյզ գիրս մեր. և զգաստասատանի եղոյ գիտուն արուեստ գնացէ, և քան զի դժուարին է, յանդուգն առաքել զամենս քոյս կամաց ժողովոյն. ինչն ասացէ գիշխանաւորի իրիս արդոյ ընտ գնելոց. ոգ կարօղ եղեն կոնել զաշխա- ատանս հանապազորհի. և մանաւ անդ հնգոր ի վարոյ և չազգոյս ի չեխ- հնի քանի եղատուել գիշխանսին, ոգ յոյ-

գնգ

ad Cledonium : *Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus Papa, cum posteà rectiùs edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audiuisset, eos ab Ecclesiæ cœtu abdicarit, fideique libellum cum anathematismo delenerit.* Et in Carmine de sua vita, dicit : *Romanam Ecclesiam semper conseruasse Veram de Deo sententiam, vt decet Vrbē, quæ toti Orbi præsidet.* Nec loquitur de Imperio temporali, quod tunc non Romæ, sed Constantinopoli erat.

Ruffinus, apud Hieronymum in Symboli explanatione ad Damasū : *Si quid parùm cautè positū est, emendari cupimus à te, qui & fidem tenes, & Sedem.*

Ioannes Chrysostomus, in epistola 1. ad Innocentium I. Papam : *Obsecro, vt scribas, quòd hæc tam iniquè facta non habeant robur; illi autē, qui iniquè egerūt, pœnæ Ecclesiasticarū legum subiaceant : nos autem insontes, neq; convictos, neq; deprehensos, neq; vllius criminis reos comprobatos, Ecclesijs nostris iubete restitui :* Et rursùs in epist. 2. ad eundem : *Perpetuas vobis gratias agimus, quòd paternam erga nos benevolentiam declaraſtis.* Et infrà petit ab Innocentio, ne inimicos suos excommunicet, tametsi illi hoc mereantur : *Vestram, inquit, oro vigilantiam, vt, licèt omnia tumultibus impleuerint, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neq; è cœtu ejiciantur.*

Augustinus, in epist. 92. ad Innocentium Papam, rogat illum, vt

paſtoralem curam adhibeat Eccleſiæ, coarcendo Pelagianos, qui Palæſtinam, & Africam præcipuè inficiebant: *Quia*, inquit, *te Dominus gratiæ ſuæ præcipuo munere in Sede Apoſtolica collocauit, talemque noſtris temporibus præſtitit, Vt nobis potiùs ad culpam negligentiæ ualeat, ſi apud tuã Vcerationem, quæ pro Eccleſia ſuggerenda ſunt, tacuerimus; quàm ea tu poſſis Vel faſtidiosè, Vel negligenter accipere. Magnis periculis infirmorum membrorum Chriſti paſtoralem diligẽtiam quæſumus adhibere digneris.* Et in epiſt. 162. *In Romana*, inquit, *Eccleſia ſemper Apoſtolicæ Cathedræ Viguit Principatus.*

Cyrillus Alexandrinus, in epiſtola 18. ad Celeſtinum Papam: *Digneris, quid hîc ſentias, declarare: quo liquidò nobis conſtet, communicare ne nos cũ Neſtorio oporteat; an Verò liberè eidem denunciare, neminem cum eo communicare, qui eiuſmodi eroneam doctrinam fouet, ac prædicat? Porrò tuæ Integritatis mens, ac ſuperhare ſententia, non modò piiſſimis, Deoque deuotiſſimis Macedoniæ Epiſcopis, ſed totius quoque Orientis Antiſtitibus perſpicuè per litteras exponi debet.*

Idem in libro Theſauri: *Petro omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi, tanquàm ipſi Domino Ieſu, obediunt.* Et in alio quodam eiuſdem Theſauri libro, apud D. Thomam in opuſculo cõtra Græcos, & Gennadium in libro de Primatu Papæ: *Debemus nos, Vt qui membra ſumus, capiti noſtro, Romano*

Ը
18

Ը
19

Ի
20

Ի

Ընտրեմուս ի մեկուսի սրբոյ հաւատոյն ու դասուսս պարծանաւք: Եթէ ոչիր ինչ անզգուշութեամբ պետցաք, կամիմք, զի ի քէն սրբագրեսցի, որ և զամօթ ունիս ելիցուս, և զհաւատսս:]

Եւ ոսկեբերան ի յառաջին Թուղթն ու իննօրէնութեսս պարզն ասէ: Հաղաչեմ զձեզ՝ դնել զի մի չտարածուիցս այսոքիկ ունիցին զղջութիւն, այլ նորա, որ անիրաւեալ գործեցին, առցեն վէրջ ըստ եկեղեցական կանոնաց: և հրամայեցէք, զի վերստին հաստատեալ լիցուք ի մէջ եկեղեցին. զի առաջնոց մեղաց էիք, և ոչ ի մեղս ընկղմանելոյ, կամ վկայութիւն յանդիմանելոյ. և ոչինչ մեզաց պատուական ի դատաստանին գտանիլ:] Եւ դարձ ի յերկրորդ Թուղթն ու նոյն պարզն ասէ: Հանապազորդ գոհանամ ձեզ մաստուածանալ, զի զհայրապետական բարձրութիւնդ ցուցեր մեզ:] և զինչ ասիցէ՞ ապաշխ զիննօրէնութիւն. զի մի նզովեսցէ զքրիստոսասիրս իւր, եթէպէտ նորա արժան էին նզովիլ: և ասէ այսպէս՝ Հաղաչեմ զձեզ զուարթութիւն, զի նորա եթէպէտ զամենեցուն յանցեալ ինչ ոչ[illegible], սակայն եթէ կամիցին բժշկել և դառնալ ի միաս, մի չարչարեսցին, և մի ձգեսցին յեկեղեցւոյ:]

Եւ սրապատնուս ի. ՂԲ. ԹՒ՚ Թուղթն ու իննօրէնութեսս պարզն, ազաչէ զնոսս յանդիմանել զսիկղտահեռասիրն հրձռուած օրս, որք մանաւանդ զաթոռ բնիկ և զպատուական աշխարհս ապականեն. և ասէ այսպէս: Քանզի աէրն շնորհօք իւրով զձեզ ի մէջ առաքելական աթոռոյդ զարժանաւորս, և զսուրբ հայրապետութեանդ պատուականն ի մեզ, զի մի քակտեսցի

mano Pontifici, & Apostolicæ Sedi adhærere.

Hi tantùm Patres, vt potè apud Armenios celebriores, sufficiant. Iam verò ad vanas Pseudomagistrorum rationes, quibus iacula in Ecclesiæ Romanæ primatum passim, & identidem, vt sua inter scripta se offert occasio, torquent, respondeamus: seu potiùs ad vnum respondeamus Mehkitarij librũ, in quo illæ omnes cõgeruntur, & aduersùs ea, quæ hactenùs ex sacris Scripturis, Cõcilijs, & Patribus catholicè dicta sunt, audaciter obiectantur.

PRIMA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex libro contra Papæ Primatum, cap. 1.

§. VIII.

INquiunt ergo Latini, Christum soli Petro dixisse; Tu es petra, & super hanc petram ædificabo Eccle-

ſiam meam. *At ſanè falluntur: nam non ei tunc Chriſtus hoc nomen impoſuit, quaſi ex præcedente illud confeſſione meruerit: cùm iam antea ſortitus id nomen eſſet à principio ſuæ Vocationis: dicente Matthæo:* Vidit Ieſus duos fratres, Simonem, vocatum Petram, &c. *Quod etiam confirmat Ioannes, dicens:* Erat autem Andreas frater Simonis Petræ. *Tum quia non dixit illi Ieſus, tu eris petra, ſed,* tu es petra: *neque ſubiunxit, & ſuper te; ſed,* & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: *hoc eſt, ſuper omnes Apoſtolos, quos tunc adſtantes indicauit; qui quidem æquè ſunt, ac Petrus, Eccleſiæ petræ, & fundamenta. iuxtà illud Iſaiæ:* Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphyris. *Et Dauid in Pſalmo ait:* Fundamenta eius in Montibus ſanctis. *Immò nec duodecim ſolùm Apoſtoli, ſed etiam omnes Prophetæ dicuntur Eccleſiæ fundamenta, iuxta illud ad Epheſios.* Iam non eſtis hoſpites, & aduenæ, ſed ciues Sanctorum, & domeſtici Dei, fundati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum. *Vel ſaltem fortaſsè, pro petra, ſuper quam Eccleſia ſit fundata, intellexerit Dominus præcedentē illam Petri confeſſionem:* Tu es Chriſtus filius Dei viui. *Cùm alibi dicat Paulus:* Petra autem erat Chriſtus: *Et iterùm:* Fundamentū enim aliud nemo poteſt ponere, præter id, quod poſitū eſt; quod eſt Chriſtus Ieſus: *& rurſus vocat eum,* lapidem angularem, in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum.

Matth. 4.

Ioan. 1.

Iſaiæ 54.

Pſal. 86.

Epheſ. 2.

Matt. 16.

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

Epheſ. 2.

Quòd

ՀՀ 2

ՀՀ 3

ՀՀ 4

Ժամ

Quòdſi ita ſit: nonne Apoſtoli cæteri, dum eſſent in naui, eandem, quam Petrus, & antequàm ille, confeſſionem ediderant, dicentes Chriſto: Verè filius Dei es. *Addo inſuper*, quòd Eccleſiaſtici fundamenti petram eſſe Simonem, potiùs Eccleſiæ pedem eum eſſe, quàm caput, declarat: cùm talis petra pars edificij infima ſit. Conſtat igitur, fratres mei, nullam Simoni, in Eccleſiæ fundamento ſignificando, prærogatiuâ ſupra reliquos Apoſtolos, aut Prophetas, acceſſiſſe per hoc petræ vocabulum.

RESPONSIO.

NOn negant Catholici, Petræ nomen Simoni à Chriſto datum, nõ dicam initio vocationis eius ad Apoſtolatum, ſed ſimul ac primitùs obuiàm Chriſto venit: quandò ſcilicet (vt refert Ioannes, & tu ex induſtria, Mehkitari, ſilentio præteriſti) *intuitus eum Ieſus, dixit: tu es Simon, filius Iona: tu vocaberis Cephas*: Syriacum nomen, quod in latinum vertitur, *Petra*: licèt Textus Græcus, ex quo Latinus tranſlatus fuit, vt maſculinũ viro nomen aptaret, verterit, *Petrus*. At hoc quidem haud abs re fuerit, ſed commodùm, & è re potiùs nobis: etenim, vt Chriſtus primore aſpectu Simonem vidit, ſtatim pro Eccleſia ſua fundanda petram fore firmiſſimam, vt ab æterno præordinauerat, eo nomine declarare cœpit, dicens: *Tu vocaberis petra*. Hoc idem deindè, poſt auditam eius confeſſionẽ, clariùs patefe-

teſecit; & ſe eum, poſt viſibilis præſentiæ ſuæ abſceſſum ab Eccleſia, cuius ipſe petra principalis, & lapis angularis erat, ſui Vicarium in terris relicturum, eſt pollicitus apertiſſimè, dicens denuò: *Et ego dico tibi, quia tu es petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; & portæ Inferi non præualebũt aduersùs eam; & tibi dabo claues regni Cælorũ*, &c.

Exeat nunc Mehkitarius; atque vt ex Eccleſia, etiam ſua (quæ ſanè nunquàm inficiata hoc eſt), ita de mente, ac ratione exiens, dicat cũ conſectaneis: Nequaquàm ſoli, & pro ſolo Petro Chriſtus protulit verba hæc: ſed, ad omnes conuerſus Apoſtolos, omnes digito oſtendens, omnibus, ac pro omnibus dixit: *Et ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Quæſo, quantus ſis, Mehkitari; vt contradicere Chriſto & valeas, & audeas? Certè tot Chriſtus in ea Petri laude teſtimonia poſuit, ſe vni Petro, & pro eodem vno loquutum eſſe, probantia; quot copulatiuas ibi particulas, atque demonſtratiua pronomina replicauit. Numera: Et *ego* dico *tibi*, quia *tu* es petra, & ſuper *hanc* petram ædificabo Eccleſiam meã; & *tibi* dabo claues regni Cælorum. ſed hìc iam quærò dumtaxàt: illud pronomen, *hanc*, ad quid refertur, niſi ad petrã, proximè nominatam? proximè autem dictum fuerat de vno Simone, & nõ de alijs, *tu es petra*: ergo de vno eodem mox dicitur, & non de alijs, *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiã meam*.

Nec

Nec quidē eſt, cur propterea dici debuerit: tu eris petra: ſicut & in ſignificatione futuri temporis dictum eſt, *ædificabo*. Nam, cùm petra ad ædificium præexiſtere ſupponatur; non eſt neceſſe, vt tunc ſolùm ſit Simon petra, quando actu ſuper eum ædificatur Eccleſia, & non antè. At vide, quæsò, vtì diuinus ille, ac ſapientiſſimus Architectus, ad Petrũ in Eccleſiæ fundamento aptandum, ſuique Vicarium in terris conſtituendum, pedetentim, & gradatim progreſſus eſt. Primò eum, antequàm ad Apoſtolatum vocet, vult petræ nomine inſigniri: vndè vix *intuitus eum, dixit, tu vocaberis petra*. Tum accepta ab Apoſtolo recta fidei profeſſione, petram iam re etiam eſſe, atque ſuper eum Eccleſiam aliquandò ædificandam, Cælique claues ei tradendas, renunciat, dicens: *Tu es petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues Regni Cælorum*. Deindè, paululùm antè, quàm pateretur, prædicit Petro, à vera fide ipſum non defecturũ; vtque cæteros eàdem in fide confirmet, hortatur his verbis: *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit Vos, Vt cribraret, ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, Vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos*. Denique, cùm ire ad Patrem poſt Reſurrectionem vellet; & iaciendi in Eccleſia, ſui loco, vicarij fundamenti tempus maturum eſſe, atque inſtare, iam planè cognoſceret, Petrum interrogauit, vtrùm plùs Apoſtolis alijs ipſum dili-

lige-

ligeret? auditisque illis, *etiam Domine:* &, *tu scis*; tunc eum, vt reliquis in fide, & caritate præstantem, ac proindè ad Ecclesiasticam sustinendam molem petram firmissimam, in fundamento aptauit: tunc Terris sui Vicarium dedit: tunc Ecclesiæ Vniuersæ rectorem, ac pastorem constituit, ter illi dicens, *Pasce oues meas*. Ioh 14

Sed instat Mehkitarius: Illud, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, referri etiam potest, vel ad ipsum Christum, qui vocatur ab Apostolo *petra*, *fundamentum*, & *lapis angularis* Ecclesiæ; vel ad Petri, & aliorum Apostolorum confessionē, ac fidem, supra quam fundatur Ecclesia: igitur vel solus Christus erit Ecclesiæ fundamentum; vel, si per fidei confessionem etiam Petrus, nō vtique solus: omnes enim tum Apostoli, tum Prophetæ dicuntur in sacris Scripturis Ecclesiæ fundamenta; & omnes antequàm Petrus, illam confessionem ediderant. Ephes 2 20 Apoc 21 14

Verùm Christi verbis nihilominùs repugnat hæc alia explanatio. non enim dictū anteà fuerat à Christo, Ego sum petra: neque, tua, vel aliorum Apostolorum confessio est petra: sed, *Ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: igitur pronomen illud, *hanc*, referri non potest ad Christum, neque ad Petri, vel aliorum Apostolorum confessionē: sed solùm ad eum, qui petra fuerat proximè nominatus, nempè Simonem, qui facta fuerat peculiaris illa reuela- Matth 16

tio

եր առաւ քո, կամ առ հաւատն առաքեալոցն. ոչ առաւ քո, Թէ նմին այդր իմոյ շինեցից. այլ առաւ, Թէ շինեմ, կամ շինելոյ կամ: վասն զի քո մինչ և յայն ժամանակն զբազում մարդկունս շինեալ էր նմին նոյնքան, և՝ ի վերոյ աբ հաւատոյն. ոչ Թէ ղառաքեալսն և զայլ շատեսն սիմոն. այլ և զոբ կոյսն սուրբ, և զյովսէփ, և շաւիղն, և զբարբաս, և զկիպրոսէն յհնէս, և զայլս:

Եւ քեզի ասեմ զի. դու Պետրոս քո եմ ես ակզբնական վէմ, և զկնառ որ հիմն եկեղեցւոյ. սակայն զի հետի և այնպէս զոլոյն ՚ի սմանէ երև երկին անձն քո. հաւսկաւ ար եղե, զի ի ժամանակ քո Պօղոս այլ եկեղեցւոյ այլ միւս երև երկի վէմ և հիմն, որ երևաւոյ ինոյ նոյնոյ նոյնքան սահնոյ և հովուելոյն: հաշդ այսոյն գոյն ս յանձնեցաւ միայն պետրոսի. զի՛սա առաւել քան զայլսն էր վէմ հաստատհին վն կնքել առաքելական հաւատոյն, որով սպառա էր նմին հաստատել զայլսն:

Եւ դարձ Պետրոս և աբ հաւատաւ, և նորոգ զամենայն Պօղոս կարէ նիմանալ կոչել հիմն եկեղեցւոյ: զի՛սա և սկզբնական արդարարարոյն և առ առաքեալս: սակայն վն զի հիմն և շինուած. այսոքն զոյ հոմանութ, և ոչ այլականութ. և եկեղեցին ոչ ՚ի ժողովուրդսն առաքեալսն էր, այլ մարդկան, որք երբեք զվէմն կենդանին ևն շինեալք քան առաջելոյն առաքին Պետրոս պետրոսի: սակս այսոքիկ առոյգ և նախաձէռն խօսելով ոչ կարելոյ առնլ, Թէ հաւատաւ զաւետարանեցի՛ ես հիմն եկեղեցւոյ. այլ հարկ է, զի ունի մարդ նոյն հիմնադրոյն:

Եւ դարձ եռանկեցուն կարելոյ խնամոյ. ևՊէ առաքեալքն և մարդարէքն

եղեն

tio: nam (vt suprà §. 3. num. 13. iuxtà sanctorum Patrum expositionem dictum est) reliqui Apostoli vocauerant quidem anteà Christum, filiũ Dei, sed non naturalem, qualem deindè ex illa reuelatione confessus est Petrus. Tum quia, si referretur ad Christum. vel ad fidem Apostolorũ, nõ diceret Dominus, *super hanc petrã ædificabo*, sed potiùs, ædifico, vel ædificaui, *Ecclesiam meã*. Iam enim in se, & in fide eousque tẽporis multos ædificauerat, non solùm Apostolos, & reliquos discipulos, sed etiam Beatam Virginem, sanctum Ioseph, Simeonem, Zachariam, Ioannem Baptistam, &c.

Dicimus ergo, quòd, etsi Christus est petra principalis, & primariũ militantis Ecclesiæ fundamentum; tamen, abscedente ab hac Ecclesia, quæ visibilis est, visibili Christi præsẽtia, necesse fuit, vt aliud loco Christi visibile fundamentum ei relinqueretur, quod illam visibiliter sustẽtaret, ac regeret. soli autem Petro hoc munus promittitur illis verbis, *super hanc petrã* &c.; quia ipse inter alios Apostolos erat petra firmissima, tum ratione indefectibilis suæ fidei, in qua debebat alios confirmare; tum ratione præcipuæ caritatis.

Præterea, etiamsi fides dici possit aliquo modo Ecclesiæ fundamentũ, à quo scilicet, vt à principio iustificationis, & omnium virtutum, dependet Ecclesia: tamen, cùm eiusdem generis esse debeant fundamẽtum, & ædificium; & Ecclesia non

1. Petri 2. sit virtutum, sed hominum, *tanquàm Viuorum lapidum*, congregatio; ideò, absolutè, ac propriè loquendo, non ipsa fides, sed aliquis homo esse debet Ecclesiæ fundamentum.

Denique, omnes Apostolos, ac Prophetas fuisse Ecclesiæ fundamẽta, triplici modo potest intelligi; vel ratione doctrinæ, vel fundationis, vel gubernationis eiusdem Ecclesiæ. Si primo modo intelligatur; omnes Apostoli, & Prophetæ fuerunt ex æquo Ecclesiæ fundamenta: nam hæc in ea doctrina fundatur, quæ Apostolis, & Prophetis à Deo immediatè reuelata fuit; iuxta quod accipitur illud Ephes. 2. *Superædificati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*. Si secundo; etiam Apostoli fuerunt æqualiter Ecclesiæ fundamenta; cùm ipsi primi Ecclesias vbiq; fũdarint: alias enim Regiones Petrus ad Christum conuertit, alias Ioannes, alias Iacobus, &c. Vndè Paulus, *Sic*, inquit, *prædicaui, non vbi nominatus est Christus; ne super alienum fundamentum ædificarem*. Si tertiò, ratione scilicet gubernationis; omnes quidem Apostoli fuerũt vniuersæ Ecclesiæ fundamenta, hoc est, rectores ac pastores, habueruntque à Christo plenissimam huius exercẽdi muneris potestatem; verùm alio modo Petrus, alio cæteri. Siquidem Petrus hanc habuit, vt caput cæterorum, & pastor ordinarius loco Christi, atque adeò cui post mortem in vniuersali Ecclesiæ regimine succederetur à posteris: cæteri verò, vt

Rom. 15.

Apo-

Apostoli, seu Legati, quique in pastorali officio à Petro penderent. idcircò soli Petro dicitur coram alijs: *Et ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Et iterùm: *Tibi dabo claues regni Cælorum.* Et rursùm: *Ego rogaui pro te, Vt non deficiat fides tua; & tu aliquandò cõuersus confirma fratres tuos.* Ac deniq; *Pasce oues meas:* & *Tu me sequere.*

Cæterùm, quòd additur vltimò Petrum, per hoc petræ nomen, Ecclesiæ pedem potiùs, quàm caput existimari debere; eo quòd fundamentalis petra, ædificij pars infima sit: perquàm stultè, ne dicam impiè, dictum est. alioquin etiá Christus per id, quòd in sacris Scripturis petra, & fundamentum vocatur, nõ esset caput, sed pes Ecclesiæ; & Apostoli, qui similiter fundamenta dicuntur, Ecclesiæ partes deteriores essent, non potiores. Itaque fundari Ecclesiam supra Petrum, tanquá supra petram firmissimá, nihil aliud, iuxta communem expositionem sãctorũm Patrum, significat; nisi, vt petrá fundamentali proprium est, totum ædificium regere, ac sustentare, ita Petro committi totius Ecclesiæ regimen, præcipuè circa fidem. Hinc etiam radix, licet pars arboris infima, tamen non pes, sed caput dicitur arboris, cùm ab ipsa vigor omnis in ramos deriuetur: & Nauclerus, quamuis in posteriori nauis parte, hoc est, in puppi, & non in prora sedeat; dux tamen est, & rector nauis: & Imperator dux est, &

caput Exercitus, etiamſi Exercitum non præcedat, ſed ſubſequatur: ac denique Pater familias per id, quòd ſuper humeros ſuos ſuſtinere domũ dicatur, non exiſtimatur pes eſſe domus, ſed caput. Quod eſt ergo radix in arbore, Nauclerus in naui, Imperator in Exercitu, & Pater familias in domo; idem eſſe proportionaliter & fundamentum in ædificio, & Petrus in Eccleſia cenſendus eſt. Adde, quòd Chriſtus, cùm Simonem Cepham nominari voluit, tale illi nomẽ dedit, quod ſimul & *petram* Syriacè, & *caput* Græcè ſignificabat.

Iam verò, vt omni prorsùs ex parte Mehkitarij os obſtruatur, accedãt veterum Patrum ſententiæ, qui verba illa: *& ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*: de ſolo Petro dicta intelligunt.

Origenes, homilia 5. in Exod. *Vide*, inquit, *magno illi Eccleſiæ fundamento, & petræ ſolidiſſimæ, ſuper quam Chriſtus fundauit Eccleſiam, quid dicatur à Domino: modicæ fidei, quarè dubitaſti?*

Tertullianus, libro de præſcript. *Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Eccleſiæ petram dictum.*

Cyprianus, in epiſt. ad Quirinũ: *Petrum Dominus primum elegit, & ſuper eum ædificauit Eccleſiam ſuam.* Item in libro de vnitate Eccleſiæ: *ſuper illum Vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas.*

Athanaſius, in epiſtola ad Felicem: *Tu es Petrus, & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ, id eſt,*

եղ 26

եե 27

եը 28

յառաջ գնայ, այլ զինեալ զօրաց իւրոց: Եւ առանձինն այսպէս զինքն Քրիստոս իւրոյ առանձնական զառաքեալն ասէ. ոչ հայելով գոլ առ, այլ զյարեալ առանձն: Որոյ աղագաւ արտիսի ինչ է արմատն ի ծառն, կամ առաջնորդն ի նաւն, կամ զօրագլուխն ի զօրս, և կամ առանձինն ի տան. նոյնպէս հաւասարաբար խնամեալ գոլ հիմն ի շինուածն, և սկիզբն յենդիցի: Եւ մանաւանդ՝ զի ըստ առակի սկզբոյն հնձոյս անուանն զայն պիտի առնուն եւ առնեն, որ միանդամայն հաշտանիքը զվէմ առաքէին, և զգլուխ յոռնարէին:

Իսկ այսուհետեւ՝ ոմն զի յամիոզ մանէ կարկեցոյն բերանն արիմաստոյ. բերցուք ի մէջ զվկայութիւնս սրբոյ հայրն, որք միայն վիճ սկզբոյն առացեալ խնացան զբանեան զոյնոսիկ. Եւ նմին այսպէս վիճն շինեցից զնիզդեն եմ:

Որպէսիւ ի հինգերորդ ճառն իմն ելեցն ասէ: Լուեա՛, Թէ զինչ առաջ քան մեծ ի հիմանն և հաստատագոյն վիճ սինն, յորոյ վերայ հիմնանաց զնիզդեն. Թէ Քրիստոսե՛ասա ընդ ինչ երկմտեցեր.]

Եւ-երրորդ ի գիրսն յիզդ ա Եւանգելեոյ ասէ: Պետրոս վէմ անուանեցաւ՝ վն շինելոյ զնիզդեն.]

Սրբն հիպոլիտոս ի Քրիստն ա գոյրնոս ասէ: Օգոստոս ընտրեաց աէրն զառաքեալն. և իմիւրայտոյս շինեաց զնիզդեն իւր:] Եւ դնդ ի գիրս յիզդ սիսաքեն նիզդուոյ ասէ: ի մէջ միոյն այն սիկ շինէ զիւր նիզդեն. և նման յանձն առնէ ապաշխարս իւր:]

Սրբն աթանաս ի Քրիստն առ փիլիքեսն ասէ: Դու ես վէմ, և իմիւ հիմանդ իւրոյ սեռնքն նիզդուոյ, որք են եկեղեցի հաստատեալքն:]

Սրբն

եւ ի հաստատութիւն հաւատոյ մերոյ ընդունելի լիցին ի մեզ ընծայք նոցա եւ աղօթք։

Եւ ասեն Հայք. Ոչ. Եւ ոչ ընդունիմք զայս ամենայն։ Զի ոչ ասեն զայս ի Գրոց սրբոց, եւ ոչ ի հարց մերոց։ Եւ ոչ ունիմք զայս ի մեր աւանդութեանս։ Եւ ոչ ի մեր եկեղեցի կատարի։ Եւ ոչ ի մեր ժողովս։ Եւ ոչ ի մեր կանոնս։ Եւ ոչ ի մեր ուղղափառ հաւատս։ Եւ ոչ ի մեր պատարագս։ Եւ ոչ ի մեր ճաշոցս։ Եւ ոչ ի մեր տօնացոյցս։ Եւ ոչ ի մեր ընթերցուածս։ Եւ ոչ ի մեր ներբողեանս։ Եւ ոչ ի մեր շարականս։ Եւ ոչ ի մեր մաշտոցս։ Եւ ոչ ի մեր ժամագրքս։ Եւ ոչ ի մեր ճառընտիրս։ Եւ ոչ ի մեր քարոզս։ Եւ ոչ ի մեր ուսուցանողս։ Եւ ոչ ի մեր վարդապետս։ Եւ ոչ ի մեր ճգնաւորս։ Եւ ոչ ի մեր ասկետս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտաւորս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտատեղիս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացութիւնս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացութեանս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացութեանցս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացութեանցս։ Եւ ոչ ի մեր ուխտագնացութեանց

mentum hoc Eccleſia colit, ſupra quod Eccleſiaſtici ædificij altitudo conſurgit.

Chryſoſtomus, homil. 55. in Matth. *Dominus ait, tu es Petrus; & ego ſuper te ædificabo Eccleſiam meam.*

Cyrillus Alex. lib. 2. cap. 2. in Ioan. *Nec Simon fore iam illi nomen, ſed Petrus, prædicit: Vocabulo ipſo cõmodè ſignificans, quòd in eo, tanquàm in petra, lapideque firmiſſimo, ſuam eſſet ædificaturus Eccleſiam.*

SECVNDA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 2.

§. IX.

Aſſerunt ſecundò, Chriſtum ſolè Petro dixiſſe: Tibi dabo claues regni Cælorum; & quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis; & quodcunque ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in Cælis. Matth. 16.

Verùm præterquam quòd Chriſtus non dedit hic Petro clauium poteſtatẽ, ſed tantùm promiſit; tamẽ quid illi Verbis hiſce aut dedit, aut promiſit, quo ſupra nos primatũ habere gloriãtur? profectò nihil aliud, niſi claues regni cælorum, quas ipſos etiã Phariſæos habuiſſe, affirmat Redemptor, dicens: Væ vobis Scribæ, & Phariſæi hypocritæ: quia clauditis regnum Cælorum antè homines: vos enim non intratis, nec introeuntes finitis intrare. Matth. 23. *hoc quidẽ ad claues pertinet, & Petro promiſſum Videtur. Cæterùm, quod de ligandi, ac ſoluẽdi poteſtate ſubijcitur, grauius certe*

ac

ac sublimius quoddã, haud quaquàm soli Petro, sed cunctis Apostolis Christus & promisit, dicens: Amen dico vobis: quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta, & in Cælo: *& dedit, cùm dixit post Resurrectionem*: Pax vobis; sicut misit me Pater, & ego mitto vos: hoc cùm dixisset, insufflauit, & dicit eis: accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Prætereà claues regni Cælorum sunt Ecclesiæ Sacramenta: horum autem administratio nõ soli Petro commissa est, sed æqualiter Apostolis omnibus, & per eos cunctis Ecclesijs. Non ergo est nobis opus, ab Ecclesia Romana hanc accipere potestatem: habemus enim Apostolos nostros, qui nobis illam communicarunt, haud aliter ac ipsis à Petro communicata est.*

RESPONSIO.

QVàm impia fuerit, quàmque peruersa Mehkitarij mens, atq; animus, indicare satis superque possũt Armenijs ea solummodò verba, quibus asserit, hypocritas Pharisæos easdem habuisse claues, quas Christus Petro pollicitus est, cùm dixit: *Tibi dabo claues regni Cælorum*. Etenim quis vnquàm Hæreticus adeò dementare possit; vt, quòd Pharisęi per scelus habebant, non aperire scilicet, sed claudere alijs per falsam doctrinam, aut malum exemplum,

Cælo-

ac ſublimius quoddã, haud quaquàm ſoli Petro, ſed cunctis Apoſtolis Chriſtus & promiſit, dicens: Amen dico vobis: quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunq; ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cælo: *& dedit, cùm dixit poſt Reſurrectionem:* Pax vobis; ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos: hoc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. *Prætereà claues regni Cælorum ſunt Eccleſiæ Sacramenta: horum autem adminiſtratio nõ ſoli Petro commiſſa eſt, ſed æqualiter Apoſtolis omnibus, & per eos cunctis Eccleſijs. Non ergo eſt nobis opus, ab Eccleſia Romana hanc accipere poteſtatem: habemus enim Apoſtolos noſtros, qui nobis illam communicarunt, haud aliter ac ipſis à Petro communicata eſt.*

Matth. 18.

Ioan. 20.

RESPONSIO.

QVàm impia fuerit, quàmque peruerſa Mehkitarij mens, atq; animus, indicare ſatis ſuperque poſſũt Armenijs ea ſolummodo verba, quibus aſſerit, hypocritas Phariſæos eaſdem habuiſſe claues, quas Chriſtus Petro pollicitus eſt, cùm dixit: *Tibi dabo claues regni Cælorum.* Etenim quis vnquàm Hæreticus adeò dementare poſſit; vt, quòd Phariſęi per ſcelus habebant, non aperire ſcilicet, ſed claudere alijs per falſam doctrinam, aut malum exemplum,

Cælo-

Cælorum regnum; vel, quam illi, vt pœnam sceleris, mulctam subibant, excludi nimirùm se à regno Cælorũ; hoc idem asserat Apostolorum Principi, vt præmium rectæ confessionis, oblatum à Christo esse? tamen nihilominùs hac dementia Mehkitarius laborauit: &, quam clauium Cælestium potestatem tanta verborum, ac laudum circuitione Petro commendare studuit, dicens: *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sãguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cælis est: & ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam; & tibi dabo claues regni Cælorum*, &c. hanc Hæreticus ita ponit in minimis, vt tanti æstimanda ipsi videatur hæc laus, *Beatus es*; quanti vituperatio illa, *Væ vobis*: nec vereatur, si (vt ipse affirmat) claues regni sunt Ecclesiæ Sacramenta, illas in Pharisæorum etiam manibus collocare. An non hæ tantùm blasphemiæ ad nequitiam peruicacis animi aperiendam sufficerint?

Dicimus ergo, claues regni, quæ singulariter Petro promissæ fuerant per illa verba: *Tibi dabo claues regni Cælorum*: tunc esse illi datas, cùm dictum fuit: *Pasce oues meas*: &, sicut per hanc pascendi metaphoram intelligitur, soli Petro, vt ordinario Pastori, commissa gubernatio, præsidentia, & cura omnis Ecclesiæ, etiam Apostolorum fratrum suorũ; ita per metaphoram illam clauium intelligi, eidem soli, vt ordinario

Præ-

Præfecto, Oeconomo, datam à Domino ſummam in omnem Eccleſiã poteſtatem: quemadmodùm & ei, qui in domo œconomus inſtituitur, claues tradi ſolent; & Principi, cui Ciuitas deditur, offeruntur claues in ſignum ſubiectionis. alioquin cur Petro ſingulariter hæc dicerentur? aut cur claues non fuerunt ei antè promiſſæ, quàm ſingularem ſuam fidem in Chriſtum teſtaretur; ſicut nec antè datæ per illud, *Paſce oues meas*, quàm interrogatus eſſet, an plùs cæteris Chriſtum diligeret: niſi, vt intelligeretur, quòd ipſe ob ſingularem fidem, & dilectionem ſuã aliquid ampliùs à Chriſto accipiebat, quod alijs non dabatur Apoſtolis?

Pręterea tametſi, quod Petro Chriſtus promiſerat per illa verba: *quodcunque ligaueris ſuper terram*, &c. deindè cunctis etiam Apoſtolis & promiſit, cùm dixit: *quæcunque alligaueritis ſuper terrã*, &c. & dedit poſt Reſurrectionem, dicens: *ſicut miſit me Pater, & ego mitto Vos*: quibus ſanè verbis conſtituit eos, quaſi Legatos, & nomine ſuo gubernatores Eccleſiæ, eiſque poteſtatem iuriſdictionis attribuit ligandi, atq; ſoluendi per leges, & cenſuras Eccleſiaſticas: ſicut etiam per ea verba, *Quorum remiſeritis peccata, remittũtur eis*, &c. dedit illis poteſtatem Ordinis ad remittenda peccata: tamen, vt intelligeretur, has poteſtates collatas eſſe reliquis Apoſtolis, non vt Paſtoribus ordinarijs, ſed vt Legatis, cum ſubiectione quadam

ad Petrum ; Petro autem, vt ordinario Paſtori, ac principali Præfecto ; huic ſingulariter, antequàm omnibus, dictum eſt : *Quodcunque ligaueris ſuper terram*, &c. & huic tantùm, & non omnibus, dictum eſt : *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meã. Tibi dabo claues regni Cælorum. Paſce oues meas.* &c.

Denique ad vltima illa de Apoſtolis, qui clauium poteſtatem Armenis communicauerint, reſpondebimus infrà, §. 12. Interim, quod de Petri claubus, ac ligandi, ſoluẽdique poteſtate dictum à nobis eſt, Patrum teſtimonijs roboremus.

Tertullianus, libro de pudicitia, cap. 21. ſic loquitur : *Tibi, inquit, dabo claues, non Eccleſiæ : & quæcunque ſolueris, vel alligaueris ; non, quæ ſoluerint, vel alligauerint. Sic enim & exitus docet : in ipſo Eccleſia extructa eſt, id eſt, per ipſum : ipſe clauem imbuit : Vides quam.*

Cyprianus, in epiſt. ad Iubaianũ : *Nos Eccleſiæ Vnius caput, & radicem tenemus.* Et infrà explicans, quis ſit hoc caput, & radix, inquit : *Eccleſia, quæ Vna eſt, ſuper Vnum, qui claues eius accepit, Voce Domini fundata eſt.* Item in libro de Vnitate Eccleſiæ : *Dominus loquitur ad Petrum : Ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues regni cælorum ; & quæ ligaueris ſuper terram, erũt ligata & in Cælis. Et itèrùm poſt reſurrectionem ſuam dicit : Paſce oues meas. Super illum Vnum ædificat Eccleſiam ſuam, & illi paſcendas mandat oues ſuas. & quamuis Apoſtolis omnibus poſt reſurrectionem*

Ꝑ. 12

Ꝑ. 13

Ꝑ. 14

ſuam

[*Նոցա ասացեալ ի վերայ Պետրոսի, եւ ոչ ամենեցուն. եւ ոչ ամենեցուն տուեալ զբանալիսն, այլ միայն Պետրոսի. եւ ոչ ամենեցուն ասացեալ, զոր կապեսցէք կապեսցուք, եւ արձակեսցէք արձակեսցուք : այլ միայն Պետրոսի. զի ամենեցուն ասացեալ, զոր կապեսցէք կապեսցի, եւ արձակեսցէք արձակեսցի : այլ միայն Պետրոսի. զի ամենեցուն ասացեալ, զոր կապեսցէք կապեսցին, եւ արձակեսցէք արձակեսցին

ſuam parem poteſtatem tribuat, & dicat: ſicut miſit me Pater, & ego mitto Vos: accipite Spiritum ſanctum; ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illi; ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen, Vt Vnitatem manifeſtaret, Vnam Cathedram conſtituit, & Vnitatis eiuſdem originem, ab Vno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant Vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis: ſed exordium ab Vnitate proficiſcitur: Primatus Petro datur, Vt Vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra Vna monſtretur.

Euſebius Alexandrinus, homil. de Reſurrectione: *Veni, inquit, ne timeas: nihil tibi de gloria Apoſtolici Chori minui: non te à dignitate remoui: non feci te ſecundum infra alterum: non dedi alteri claues: ne timeas: quod promiſi, impleo.*

Iulius I. Papa, in epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientales: *Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio, Vni tamen datum eſt, Vt cæteris præemineret.*

Hilarius, libro de Trinitate. *Petrus ſupereminentem beatæ fidei ſuæ confeſſione locum promeruit, hinc regni Cælorum habet claues: hinc terrena eius iudicia cæleſtia ſunt:*

Cyrillus Hieroſolymitanus, Catech. 17. *In eadem Spiritus ſancti Virtute & princeps Apoſtolorum, & regni Cælorum clauiger, Petrus, &c.*

Baſilius, ſermone de Iudicio Dei: *Beatus Petrus, qui & cæteris prælatus fuit diſcipulis; cuique magnificentius,*

quàm reliquis omnibus, datum teſtimonium eſt; magiſque, quàm reliqui omnes, beatus appellatus; cui claues regni cæleſtis commiſſæ ſunt.

Hieronymus, libro 1. aduersùs Iouinianum, cap. 14. *At dicis: ſuper Petrum fundatur Eccleſia: licèt id ipsũ alio in loco ſuper omnes Apoſtolos fiat, & cunctì claues Cælorum accipiant, & ex æquo ſuper eos Eccleſiæ fortitudo ſolidetur: tamen propterea inter duodecim Vnus eligitur, Vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.*

Chryſoſtomus, in homil. in Petrum Apoſtolum, & Eliam Prophetam: *Petro Apoſtolo Orbis terrarum, Eccleſiæ, & Populorum multitudines eius fidei committendæ erant; Vel potiùs creditæ ſunt illi claues regni Cælorum. quid enim ait illi Dominus? quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in Cælis.*

Ephræm Syrus in Panoplia, ſeu Armatura ſpirituali: *Princeps Apoſtolici ordinis Petrus, cùm filium Dei Viui Chriſtum Ieſum confeſſus eſſet, claues regni cæleſtis accepit, poteſtatemq; cæleſtium, ac terreſtrium omnium obtinuit.*

Auguſtinus, tract. 50. in Ioan. *Petrus, quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit.* Explicans autem, quam ob cauſam Petrus Eccleſiam ſignificabat, inquit in Pſal. 108. *Eccleſiæ Petrus agnoſcitur geſſiſſe perſonam propter primatum, quem in diſcipulis habuit.* Quibus verbis, innuere vult Auguſtinus, Petrum claues à Domino accepiſſe, non eo modo, quo reliqui Apoſtoli, hoc eſt, non

Յե 18

Ի 19

Ի 20

եմ առեալ այլոց ամենից զիսկականս. մի երկնչիր. զոր ինչ լռուսաւորեսցես, լռուսաւորեալ։]

ԼԲՆ յովհան սաղմ՝ի ՃԸ-ղին առ եկեղեցուդ յարմեալից ասէ՝ ի վերջ երգս նկուն առաքելոյն ի նմանութեան պատուոյ եղեալ զնախապատուին ինչ ի նմա նուիրէ։ և ահաւասիկ հաւատաւոր եղեալ ընտրութեան ամենեցունն. ասկոյն միւսոյմ առեալ է լինել առաջնորդ այլոցն։]

ԼԲՆ հեսարիոս՝ի գերման յիղս սբոյ երրորդութեան ասէ՝ պետրոս մի զաշխարհաւանութեան սբ հաւատոյն ետուոյ սբ Հոգւոյն եղեւ ուսիլ զարարիչսդ տեառնէ։ մի որոյ ետուն զիսկականս արբսոյութեան երկնից. և երկրաւորս դատաստանաւն նոր յերկինս հաստատեցան։]

ԼԲՆ կիւրեղ երուսաղեմացին՝ի Ճէ. նբդ՝ կատեկէսին ասէ՝ պետրոս նոքին զօրութեամբ հոգւոյն սբոյ եղեւ իշխան առաքելոցս, և դռնապան սբ քաւութեան երկնից։]

ԼԲՆ բասիլիոս՝ի քառասդ յիղս դատաստանի այ ասէ՝ երջանիկն պետրոս, որ եղեւ առաջնորդ այլոց աշակերտացն. որում առեալ եղեւ վիսոյ ուրեքն մեծ-ապին քան զամենայն աշխարհ. որ եղեւ առաւել քան զայլսն նախ երանելին կոչելոյ, որում փանիսոք արբսոյութեան երկնից յանձնեցան։]

ԼԲՆ ՀԷրոնիմոս յառաջին գիրսն ընդդէմ յովիսնիանոսի, և՝ ի. Դպ. բսիղն ասէ՝ ևդ՝ ասես, Թէ ինձ պետրոս հիմնեալ է եկեղեցին. և յայլ ուրեք ասես, Թէ այս եղեւ ինձ առ առաքելոյն. և առնեալին առէն զնախանձս երկնից. և հաւատարմութիւնդ ինձ յայսմ ըստ Թէ ինչ եկեղեցի հաստատեսի Թէ պէտ այլպէս եղեւ. քանզի առեալն է ոմն կո

եռաս-

կոտասանելոյս մի միայն ընտրել նզե. զի յնա գլխոյն կացուցանելոյ մի լինի անդր հնդծուածոյ ։]

non vt ipſe ſolus illis vteretur; ſed vt ſummus Eccleſiæ Præſul exiſtens, eas alijs etiam Epiſcopis, & Presbyteris Eccleſiæ communicaret.

Ib. 21

ԼԲ՚Ն նմանեալ կարծիս առաջի զԳրիգոր պանծալիսն առ. Հշխանութիւն առաքելական դասուն պետուս երբեմն խոստովանեցաւ միայն ընդ որդի աստուծոյ, եաս զիմաստութիւն սրբոյս ՊԵՏՐՈՍԻ երկնից, և զիշ խանութիւն նմին տամ երկրային և երկնից ընդ նորա ։]

Gregorius Magnus (Patrem hunc vnum, exijs, quos Concilium Chalcedonenſe præceſſit, afferre nonnúquàm licuit: quippe qui nihilominùs ob ſingularem eius ſapientiam, & ſanctitatem, ſuſcipitur etiam ab Armenis) lib. 4. epiſt. 32. *Cunctis*, inquit, *Euangelium ſcientibus, liquet, quòd Voce Dominica ſancto, & omnium Apoſtolorum Principi Petro, totius Eccleſiæ cura commiſſa eſt: ipſi quippè dicitur, Tibi dabo claues regni Cælorum.* Et infrà: *Ecce claues Regni Cæleſtis accepit: poteſtas ei ligandi, atque ſoluendi tribuitur: cura ei totius Eccleſiæ, & principatus tribuitur.*

Ib. 22

ԼԲ՚Ն ունէր ընդունի՚ ի Քրիստոս զիշխանութիւն պետուսն առ։ Հա՚ տասնորեակ ՊԵՏՐՈՍ պետուսն յանձնեցաւ ամ տիեզերքն և բանալիս ՊՈՂՈՍԻՈՑ. նա և առաքեալքն վասնակ սրբոյս ՊԵՏՐՈՍԻ երկնից ։]

ԼԲ՚Ն օգոստինոս ի. Ճ. երդ՚ առն իմն ինոս ասէ։ Պետրոս յորժամ էառ զիշխանութիւն, նշանակեաց զԵկեղեցին ։] Էա՚ ի մեկնութիւն. ՃԸ. երդ՚ սաղմոսին յայտ առնէ, Թէ զի՚ էր պետրոս նշանակեաց զԵկեղեցին, ասելով. Պետրոս նշանակեաց զԵկեղեցին զի առաքելոցն ՊԵՏՐՈՍ, զիշ ան՚ էր իմն աշակերտացն քրիստոսի։] Որով բանիւ ուսուցանէ սուրբն. Եթէ պետրոս էառ զիշխանութիւն՚ ի տէր, ոչ այնու կերպիւ որով և այլ առաքեալքն. այլ. ոչ որով զի ինքն մեծն՚ ի գործ առնիցէ զիշխանութիւն զայն. այլ զի երբեմն դերագոյն հոգւոյն և առաքելոցդ հաղորդեսցէ զնուաստ այլոց եղբարցն Եկեղեցւոյ ։

Ուսուցանէ զրիգոր հռոմէից հոյրապետն՚ ի Քրիստոս առ սօրին կայսր ասէ, Հայտնապէս ոչ, որ զամ նաստանն ընդ երբեմն, գիտէ. Եթէ երանելոյն պետրոսի, իշխանի առաքելոցն, յանձնեալ եղեւ՚ ի քէ հոգ ընդհանուր եկեղեցւոյ։ քանզի նմա ասացաւ. տայց քեզ զիշխանութիւն սրբոյս ՊԵՏՐՈՍԻ երկնից ։]

TER-

TERTIA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 5.

§. X.

Ioan. 21. *ASserunt Latini, Dominum soli Petro dixisse:* Pasce oues meas: *& per hæc Verba dedisse illi in Ecclesia principatum: sed falluntur: nam oues pascere non significat dominari, ac principem agere; sed cibum ouibus ministrare, hoc est, rationalem gregem, nempè populum, instruere, ac docere: Vt testatur Deus per Ezechielem capite* 34. *dicens:* Væ pastoribus Israël, qui pascebant semet ipsos. nõne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. *Hinc etiam Paulus ad Corinthios*

1. Cor. 3. *scripsit:* Tanquàm paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, *&c. Ecce Verbi diuini prædicatio, seu doctrina, quàm Christus ibi pastionem Vocauit, hìc potus, & esca dicitur ab Apostolo, iuxtà illud:* non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo,

Matth. 4. quod procedit de ore Dei. *Cùm igitur oues pascere significet docere, ac prædicare; manifestum est, non soli Petro iniunctum à Christo fuisse hoc officiũ, sed omnibus simul Apostolis: nam omnibus dixit:* Prædicate Euangelium

Marc. 16. omni creaturæ. *Et*, euntes docete

Matth. 28. omnes gentes, *&c. Non Vnum ergo Pastorem dedit Christus Ecclesiæ, sed mul-*

Երրորդ ընդդէմ

Հայոց առաքելութեան

Գլուխ. Ե.

§. Ժ.

Յովհ. 21. Պնդեն լատինք. Թէ ընդ պետրոս միայն ասաց տէրն. Թէ արած-էմ զիշխանս նմա: և զայս անլսածն-ականի առնեն զոլ զիշխանական իշխանութեան։ Բայց պատճառ. Թէ արած-էին ոչ նշանակէ զիշխան լինել այլ կերակրել. զուանաւ զոան էր աշակերտել և ուսուցանել, այսպէս գիտելի եղելոյն ի դիտոյ այ. Թէ վայ հովուաց որ էին. որ զանձինս արած-էին: ոչ աղաքէս հոտն կերէք զպիտոյս արած-էին այլ կաթն ուտէք և զբուրդ զգենուք, և զկաթնաճ ուտէք. և զկաթնոյնս իմ ոչ արածէք ձէք ասէ որպէս և այլոցն զրէ։ Թէ երբեմն աղայոյ ի ձեզ կաթն ըմպել տուի, և ոչ կերակուր. զի ոչ էաք կարող։ Սոյն ասելիք, Թէ որպէս զրէ առաքեալն և զկարգադրէ աստ Քրիստոս ասաց զսորա ըմպել և կերակրել. զի ոչ միայն ուսուցանել ետ քն զպատգամս զայս. այլ ամենայն հաւատացելոց զոր ասաց։ Թէ դնացէք այսուհետև, աշակերտս եղէք զամենայն հեթանոսս. ուսուցէք նոսա, և այլն: Ուրեմն ոչ միայն հովիւ և արած օդ եղ քրիստոս, այլ զդարմանական ասելիսն պատուս առ հինէ ասացեալն. Թէ դուն եղ զոմանս առ քեզանէ ինչս, զոմանս հոսիլս և զկարդադրեա: ան-

ան-

multos : de quibus Apostolus ad Ephes. Alios, inquit, dedit Euāgelistas; alios autē pastores, & doctores. *Vide, Vtè pastorem agere, nihil aliud sit iuxtà Paulum, nisi docere. Ea propter non fuit Petro dictum, pasce pastores, nempè Apostolos reliquos; sed tantùm*, pasce oues meas. *nam cæteri Apostoli erant quidem Petro æquales in officio pascendi oues Christi. Adde, quòd, dicens Dominus Petro,* pasce oues meas, *non illi pascendos commisit omnes populos sed tātùm Iudaicum; quem ibi suas oues Vocauit, quia ad eum solummodò missus fuerat, iuxtà illud :* Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. *Cùm autem dixit :* Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere; *intellexit de populo gentili, cuius pascendi cura, non Petro quidem, sed Paulo commissa est : quarè ad Galatas idem scribens Apostolus, inquit :* Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatum circūcisionis, operatus est & mihi inter gentes. *Igitur Petrus non fuit totius Ecclesiæ pastor, sed cuiusdam eius portionis.*

Ephes. 4.

Matth. 15.

Ioan. 10.

Galat. 2.

RESPONSIO.

QVòd soli Petro, & non alijs Apostolis dictum sit : *Pasce oues meas*; ille negabit, qui Euangelio nequaquàm credit. ibi enim ei dicitur, *pasce oues meas*, cui dictum antèa fuerat, *diligis me plus his?* id est, plùs Apostolis alijs, qui præsentes ade-

multos : de quibus Apostolus ad Ephes. Alios, inquit, dedit Euãgelistas, alios autẽ pastores, & doctores. *Vide, vtì pastorem agere, nihil aliud sit iuxtà Paulum, nisi docere. Ea propter non fuit Petro dictum, pasce pastores, nempè Apostolos reliquos; sed tantùm*, pasce oues meas. *nam cæteri Apostoli erant quidem Petro æquales in officio pascendi oues Christi. Adde, quòd, dicens Dominus Petro, pasce oues meas, non illi pascendos commisit omnes populos. sed tãtùm Iudaicum; quem ibi suas oues vocauit, quia ad eum solummodò missus fuerat, iuxtà illud:* Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. *Cùm autem dixit:* Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere; *intellexit de populo gentili, cuius pascendi cura, non Petro quidem, sed Paulo commissa est: quarè ad Galatas idem scribens Apostolus, inquit:* Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatum circũcisionis, operatus est & mihi inter gentes. *Igitur Petrus non fuit totius Ecclesiæ pastor, sed cuiusdam eius portionis.*

RESPONSIO.

QVòd soli Petro, & non alijs Apostolis dictum sit: *Pasce oues meas*; ille negabit, qui Euangelio nequaquàm credit. ibi enim ei dicitur, *pasce oues meas*, cui dictum anteà fuerat, *diligis me plus his?* id est, plùs Apostolis alijs, qui præsentes ade-

aderant: hoc autem soli Petro dictũ, Euangelium his verbis refert: *Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his?* igitur soli Petro, & non alijs dictum est, *Pasce oues meas.*

Pascere autem oues, præsertim in sacris Scripturis, non significat tantùm præbere cibum, seu docere, ac prædicare; verùm etiam præesse, regere, gubernare, ac Principis locum tenere. idque, ne longè abeã, ex eodẽ capite 34. Ezechielis, quod Mehkitarius contra nos obiecit, facilè demonstrabo. Etenim ibi, post supracitata Domini verba, quæ quidem nihil faciunt contra nos, ita subditur: *Suscitabo super oues meas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem: ego autem Dominus ero eis in Deum; & seruus meus Dauid, princeps in medio eorum. Ego Dominus loquutus sum.* Igitur, ex voce Dei, idem est pascere eius oues, ac esse in medio earum Principem, vt erat Dauid in Israël; hoc est, eis præesse, eas regere, iudicare, & gubernare; quæ quidem omnia, etiam ex communi vsu loquentium, actus pastorales dicuntur. Verùm dato, & non concesso, quòd pascere pro eo solùm accipiatur, quod sit cibum alteri procurare, ac prouidere: cuiusnam erit pascendi munus in hoc etiam significatu, nisi eius, qui super familiam constituitur, eique præest? ita certè Dominus inquit, Luc. 12. *Quis, putas, est fidelis dispensator, ac prudens, quem constituit Dominus super*

ուբեմն պետրոսի միայն ասացաւ. այսած եմ զչխաստս իմ:

Եզեկ՝ի ասէ պէտս ոչուած էին զչխաստս ոչ միայն նշանակել զկերակրել՝ն, ուսուցանել և քարոզել. այլ և այլ բանիացու լինել, հովուապետել, կառաւարել և զիշխանսն առնել ունել: Եւ զի մի՛ հետաւոր զգիայցէ ոմանց բերելեմ, ահաւադիկ ես ծոյն եղեկիել՝ի նմին գլուխն, զոր առաջիկ ընդ դէմ մեր միանաբ: քանզի և ինդ մարգարէն զկերակրել բանիցն, որ և ես գտանիցն հակառակ մեզ, այսուհետև՝ ի դիմաց ոչ: Յորս գիտ՝ի զկերակրել ոչխարացն ասէ զիշխել, որ ապացուցանէ զիտոյն, զի առաջինն էր զգուշութիւն: Նա ապացուցանէ և նա եղելոց հովիւ: Իսկ ես ասեմ զկերակրել նոցա ասե. և ծառայն իմ դաւիթ իցէ իշխան՝ի մէջ նոցա:] Մեկնութիւն, Եթէ ոչինչ ելոս բանիցն ասէ ծոյն է ապացուցանել զիշխանսն և զոր իշխան՝ի մէջ նոցա էին դաւիթ յիշի. այլ զկերակրել լինել նոցա, առաջնորդել, հովուել և դասել և կառաւարել զնոսա: որք և ասի հոգին գործք հովուապետական կոչնք: Ասոյդ Եզեկիէլ և ասէ. Եթէ ապացուցանել. ուստի այլոց ոչ պատկանի գործս ոչխարի, եթէ ոչ նմա, որ հաստատուն զկերակրել, ըստ սակաւ զոր ասէր ապացուցանել՝ի զկերակրել. Յբ. գրգ՝ղ. Եթէ ոչ իցէ հաւատարիմ առնեսցես և իմոյ առնն, զոր կացուցից ասէ ես ես իշխող զկերակրել զոսա առաջի իմ ասել՝ի Տեառնէ զկերակրել:] Եւ զկնին ապացուցանէ Եթէ զկերակրել՝ն ոչինչ ելոս ապացուցանէ, ապացուցանէ զիշխանսն զոր իշխան եղեալ՝ն ես. յայտ է, Եթէ զկերակրել՝ն հաւատարմութիւն առնեսցես, առաջնորդել, զկերակրել, և իշխան եղեալ՝ն ես ոչ

super

ես.

super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? seu iuxtà Matthæum, vt det illis cibum in tempore? Matth. 24.
Itaque, cùm vni Petro sit dictum à Domino: *Pasce oues meas*; manifestè sequitur, esse solum Petrum, Rectorem, Præsidem, ac Principem in Ecclesia constitutum.

Nec obstat, quòd omnibus Apostolis dictum sit: *Docete omnes gentes*: &, *prædicate Euangelium omni creaturæ*: neque quòd Paulus scripserit: *Alios autem dedit pastores, & doctores*. Nam ex hoc tantùm sequitur, à Christo datos quidē esse Ecclesiæ alios pastores, sed vt doccant, ac prædicent; Petrum verò datum esse pastorem, vt etiam præsit: & ideò illi soli dictum est, & non alijs, *Pasce oues meas*. Vel ex hoc sequitur, quòd non ita Dominus Petrum constituit Pastorem suarum ouium, vt ipse per se eas omnes pasceret, ac regeret; sed vt partim per se, partim per alios. Vel etiam ex hoc sequitur, quòd ita Dominus Apostolos omnes ad prædicandum, ac pascendū gregem suū miserit, vt reliqui hoc munus obire deberent, non vt pastores ordinarij, sed vt Apostoli, ac Legati, & dependenter à Petro, tanquam à Capite, & Præside suo: Petrus verò, vt Pastor ordinarius, & Caput cæterorum. Et ideò ad hoc declarādum, quamuis omnibus dixerit: *Docete omnes gentes*, &; *prædicate Euangelium omni creaturæ*, tamen non omnibus, sed soli Petro dixit: *Pasce oues meas*. Quemadmodùm, etsi omnibus dictum est: *Quæcunque al-*

ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo, &c. attamen vni Petro dicitur: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*. Et quamuis omnes Apoſtoli dicantur in ſacris ſcripturis Eccleſiæ fundamenta; tamen vni Petro dicitur: *Tu es petra, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam*.

Prætereà, cùm Chriſtus Petro dixerit abſolutè: *Paſce oues meas*: quis dubitare poterit, quin vniuerſum gregem ſuum illi paſcendum commiſerit, non ſolùm Iudæorum, ſed etiam Gentium? nam pronomen illud, *meas*, ad omnes Chriſti oues extenditur. Sicut, cùm dixit Ioan. 10. *Cognoſco oues meas*; &, *animam meam pono pro ouibus meis*; nemo negare poterit, quin de omnibus ſit loquutus. Itaque illud, *meas*, ad omnes oues extenditur, quæ in ouili Dominico erant futuræ non ſolùm ex Iudaico populo, de quibus dixerat, *non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt, domus Iſraël*; verùm etiã ex Gentili, de quo ait, *Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili; & illas me oportet adducere; & vocem meam audient; & fiet vnum ouile, & vnus Paſtor*: immo & ad ipſos Apoſtolos, ac diſcipulos ſuos; quibus ait, Luc. 12. *Nolite timere puſillus grex*: Etenim, quamuis hi reſpectu aliarum ouium eſſent paſtores; erant tamen oues reſpectu Chriſti, qui eas Petro paſcendas commiſit tum mãdato illo vniuerſali, *Paſce oues meas*; tum etiam altero particulari, cùm dixit, *& tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos*.

Ad

ա ա ք ե ա ք ե լ ք ն ա ս ա ն ա ն ՝ ի ա ս ա ք ե ա ն ե ա ն ի ա ս ա ք ե ա ն ե ա ն ի ա ս ա ք ե ա ն ե ա ն

ligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo, &c. attamen vni Petro dicitur: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*. Et quamuis omnes Apostoli dicantur in sacris scripturis Ecclesiæ fundamenta; tamen vni Petro dicitur: *Tu es petra, & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam*.

Prætereà, cùm Christus Petro dixerit absolutè: *Pasce oues meas*: quis dubitare poterit, quin vniuersum gregem suum illi pascendum commiserit, non solùm Iudæorum, sed etiam Gentium? nam pronomen illud, *meas*, ad omnes Christi oues extenditur. Sicut, cùm dixit Ioan. 10. *Cognosco oues meas*; &, *animam meam pono pro ouibus meis*; nemo negare poterit, quin de omnibus sit loquutus. Itaque illud, *meas*, ad omnes oues extenditur, quæ in ouili Dominico erant futuræ non solùm ex Iudaico populo, de quibus dixerat, *non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël*; verùm etiá ex Gentili, de quo ait, *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili; & illas me oportet adducere; & Vocem meam audient; & fiet Vnum ouile, & Vnus Pastor*: immo & ad ipsos Apostolos, ac discipulos suos; quibus ait Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex*: Etenim, quamuis hi respectu aliarum ouium essent pastores; erant tamen oues respectu Christi, qui eas Petro pascendas commisit tum mãdato illo vniuersali, *Pasce oues meas*; tum etiam altero particulari, cùm dixit, *& tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*.

Ad

Ad teſtimonium Pauli, ad Gal. 2. ſcribentis: *Creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut & Petro circumciſionis: qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circumciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes:* reſpondetur, quòd iſta inter Petrum, & Paulum diſtributio non fuit iuriſdictionis, ſed prouinciarum, ad commodiùs prædicandum Chriſti Euangelium: ſcilicet, vt Petrus in conuerſionem præcipuè Iudæorum incũberet, nec tamen omitteret conuerſionem Gẽtilium; Paulus è contrario Gentilibus potiſſimùm prædicaret, nec tamen proindè à conuerſione Iudæorum prohiberetur: quemadmodùm etiam inter reliquos Apoſtolos altera ſimilis facta eſt prouinciarum diuiſio.

Cæterùm quantùm attinet ad poteſtatem, ſeu iuriſdictionem Euangelizandi, nedum Petrus, & Paulus, verùm etiam omnes Apoſtoli poterant iure diuino cunctis nationibus prædicare; cùm omnibus dixerit Dominus: *Euntes docete omnes gentes:* &, *prædicate Euangeliũ omni creaturæ;* & iterùm Act. 1. *Eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vſque ad vltimum terræ.* Et quidem, quòd Petrus etiam Gentilibus prædicare potuerit, conſtat præterea tum ex eo, quòd ipſe ait Act. 15. *Vos ſcitis, quoniam ab antiquis diebus Deus elegit per os meũ Gentes audire verbum Euangelij, & credere:* tum quia Sedem ſui Epiſcopatus primùm Antiochiæ poſuit, deindè Romę, quæ Vrbes erãt Gen-

tilium. Et quòd licuerit Paulo Iudæis etiam prædicare, habetur ex eo, quod de Paulo Dominus ait Act. 9. *Vas electionis est mihi iste, Vt portet nomen meum coràm Gentibus, & Regibus, & filijs Israël*, hoc est, Iudæis: vndè quocunque Paulus ibat, in Iudæorum Synagogis euangelizabat: quarè & dicebat 1. Cor. 9. *factus sum Iudæis tanquàm Iudæus, Vt Iudæos lucraver*. Immò, quòd Petrus principale mandatum de Iudæis habuerit, ac vocetur à Paulo circumcisionis Apostolus, videtur potiùs confirmare, illum totius Ecclesiæ fuisse pastorem, & in locum Christi substitutum: nam Christus, omnium licèt ouium pastor esset, de se tamen similiter ait, Matth. 15. *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël*: & Paulus ad Rom. 15. *Dico enim*, inquit, *Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis*.

Deindè ad hominem cõtrà Mehkitarium: Si Petrus vnius portionis Ecclesiæ pastor fuit: quæro ab ipso, quænam erat hæc portio? si dixerit, Iudæorum: ergo contra id, quod à primo ad vltimũ vltrò ipse fatetur, non fuit Petrus pastor, & Episcopus Romanorum, qui erant Gentiles. Si dixerit, Gentium: ergo contra id, quod ipse nunc asserit, Petrus Iudęorum pastor non fuit. Itaque aut se delirum Mehkitarius fateatur; aut omnium ouium curã à Christo fuisse Petro iniunctam.

Iá verò, quod diximus hactenùs, ex Patribus confirmetur. Origenes, in cap. 6. Epist. ad Roman. sic ait:

Pe-

Յի 19

Թ 20

ԻԱ 21

որ

որ ուսուցանէ, Թէ պետրոս հաստատեալ
եղեալ է ի քէ գլուխ, հովիւ, և նոյնիս
ընդհանուր եկեղեցւոյ և հօտիս նոտրայ:

Ընդ այսոսիկ հաստատական վկայութիւնս սրբոց հարցն ոմանց ի մէնջ ասացեալ վասն ստուգելոյ պետրոսի գլխաւորս: Որոյհետև նմա ձեռնադրողն Քրիստոս առ հռչակս ասէ: Երբ քեզ յանձն առնէր պետրոսի ջնջամ ընդհանուրց վս ստուգելոյ գլխաւորս, և հիմնէր իմ ընդ նմա, որպէս իմ եկեղեցի, զի եկեղեցին ոչ գոյիր ինչ խոստովանութենն պահանջեաց ի նմանէ, եթէ ոչ սի ըստոյն:]

Եբ 22

Եբ

Եբ

Եբ

anniuersario die suæ assumptionis ad Pontificatum: *Vnus de toto Mundo Petrus eligitur, qui & Vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur: Vt, quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multique pastores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.* Similiter habent reliqui Ecclesiæ Patres vniuersi.

QVARTA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 3. & 7.

§. XI.

EX cap. 3. *Asserunt Latini, Dominum Petro dixisse:* Simon, Luc. 22. tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: *ideòque principem eum constituisse aliorum Apostolorum. At sanè fallantur: nam nemo dicitur confirmari, nisi post lapsum: ex Apostolis autem post acceptum Spiritum sanctum, nullum alium cecidisse, scimus, aut indiguisse cõfirmatione, nisi solum Petrum, qui ab Apostolo Paulo correctus, & confirmatus fuit;* Vt in epist. ad Galatas idem narrat Apostolus, dicens: Cùm Galat. 2. veniisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. priùs enim, quàm venirēt quidam à Iacobo, cum gentilibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant; & simulationi eius consenserũt cæteri Iudæi;

ita

ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationē. Sed, cùm vidissem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euāgelij, dixi Cephæ coràm omnibus: si tu, cùm Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè; quomodò gentes cogis Iudaizare? *Videte, vt Petrus errans confirmatur à Paulo. Nec alios ipse confirmasse videtur, nisi fortasse, postquàm Christum negauerat, exemplo duntaxàt pœnitentiæ suæ: quod indicant illa verba:* Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. *Nam, cùm viderent Apostoli, quòd Petrus, post magnam illā negationem conuersus, in Domini gratiam redierat, in side confirmati sunt, sperantes, fore vt etiam Christus suum ipsorum remitteret scandalum.*

Huc etiam spectant illa eiusdem Hæretici verba, relata §. 1. num. 8. *Vndè quæsò habeat Rōmana Ecclesia potestatem hanc, vt ipsa Sedes alias Apostolicas iudicare possit, nec ab aliqua ipsa iudicetur? & verò probè scimus, fuisse tamē ab alijs Apostolis iudicatū Petrum: ita vt opus ei fuerit ascendere Ierosolymam, & respondere de se, cùm Cornelium baptizauit: sicut refert Lucas in Actibus, dicens:* Audierunt autem Apostoli, & Fratres, qui erāt in Iudæa; quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Cùm autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersùs illum, qui erant ex circumcisione, dicentes: quarè introisti ad viros, præputium habentes, & manducasti cum illis? incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, &c. *Viden, vt non mo-*

ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationē. Sed, cùm vidiſſem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euāgelij, dixi Cephæ coràm omnibus: ſi tu, cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non Iudaicè; quomodò gentes cogis Iudaizare? *Videte, vt Petras errans confirmatur à Paulo. Nec alios ipſe confirmaſſe videtur, niſi fortaſsè, poſtquàm Chriſtum negauerat, exemplo duntaxàt pœnitentiæ ſuæ; quod indicant illa verba:* Et tu aliquandò conuerſus, confirma fratres tuos. *Nam, cùm viderent Apoſtoli, quòd Petrus, poſt magnam illā negationem conuerſus, in Domini gratiam redierat, in fide confirmati ſunt. ſperamus, fore vt etiam Chriſtus ſuum ipſorum remitteret ſcandalum.*

Huc etiam ſpectant illa eiuſdem Hæretici verba, relata §. 1. num. 8. *Vndè quæsò habeat Romana Eccleſia poteſtatem hanc, vt ipſa Sedes alias Apoſtolicas iudicare poſſit, nec ab aliqua ipſa iudicetur? & verò probè ſcimus, fuiſſe tamē ab alijs Apoſtolis iudicatū Petrum: ita vt opus ei fuerit aſcendere Ieroſolymam, & reſpondere de ſe, cùm Cornelium baptizauit: ſicut refert Lucas in Actibus, dicens:* Audierunt autem Apoſtoli, & Fratres, qui erāt in Iudæa; quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Cùm autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduersùs illum, qui erant ex circumciſione, dicentes: quarè introiſti ad viros, præputium habentes, & manducaſti cum illis? incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, &c. *Viden, vt non mo-*

modò non habebant illum, Vt principē: ſed etiam eum imperio diſceptantes, iudicabant eum.

Ex cap. 7. *Latini quidem Petri prærogatiuas enumerant; defectus autem inuoluunt ſilentio: nec cogitant, quòd qui Petro dixerat;* Tu es Petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; *paulò poſt eidem ſubiecit:* Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi. *Et qui dixerat:* Tibi dabo claues regni Cælorum; *deindè ſubiunxit:* Non ſapis ea, quæ Dei ſūt, *hoc eſt, regni Cælorum*, ſed ea, quæ hominum. *Et qui iuſſit:* Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos; *idem loquutus anteà fuerat:* Modicæ fidei quarè dubitaſti? *Et qui ter replicauit:* Paſce oues meas; *idem prædixerat;* Antequàm gallus cantet, ter me negabis. *Illas itaque Petri laudes per totidem reprehēſiones, nec ſine ſpeciali Dei prouidentia, compenſauit: Vt nimirùm nec Latini ex Petri laudibus ſuperbirent; nec alij Petrum, Apoſtolis reliquis inferiorem ex reprehenſionibus æſtimarent.*

Matth. 16.

Matth. 14.

Matth. 26.

RESPONSIO.

NVgæ ſunt iſta, Mehkitari, nugæ prorsùs pueriles, & futilitatis, temeritatiſque pleniſſimæ cantiones. Haud enim quærendum nobis iam eſt, an Petrus aliquādò ceciderit, nec ne? neque, an ſi lapſus, obiurgatione Dominica, vel fraterna cōrreptione aliqua indiguerit? ſcimus quidem, Apoſtolos omnes & leuiter cadere potuiſſe poſt acceptū

Spi-

Ղ 6

Ե 7

Ը 8

Լսեցաք

modò non habebant illum, vt principē: ſed etiam eum imperio diſceptantes, iudicabant eum.

Ex cap. 7. *Latini quidem Petri prærogatiuas enumerant; defectus autem inuoluunt ſilentio: nec cogitant, quòd qui Petro dixerat;* Tu es Petra, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; *paulò poſt eidem ſubiecit:* Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi. *Et qui dixerat:* Tibi dabo claues regni Cælorum; *deindè ſubiunxit:* Non ſapis ea, quæ Dei ſūt, *hoc eſt, regni Cælorum;* ſed ea, quæ hominum. *Et qui iuſſit:* Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos; *idem loquutus antea fuerat:* Modicæ fidei quarè dubitaſti? *Et qui ter replicauit:* Paſce oues meas; *idem prædixerat;* Antequàm gallus cantet, ter me negabis. *Illas itaque Petri laudes per totidem reprehēſiones, nec ſine ſpeciali Dei prouidentia, compenſauit: vt nimirùm nec Latini ex Petri laudibus ſuperbirent; nec alij Petrum, Apoſtolis reliquis inferiorem ex reprehenſionibus æſtimarent.*

Matth. 16.

Matth. 14.

Matth. 26.

RESPONSIO.

NVgæ ſunt iſta, Mehkitari, nugæ prorsùs pueriles, & futilitatis, temeritatiſque pleniſſimæ cantiones. Haud enim quærendum nobis iam eſt, an Petrus aliquādò ceciderit, nec ne? neque, an ſi lapſus, obiurgatione Dominica, vel fraterna cōrreptione aliqua indiguerit? ſcimus quidem, Apoſtolos omnes & leuiter cadere potuiſſe poſt acceptū

Spi-

Ղ 6

Ե 7

Ը 8

Spiritum ſanctum, & etiam antequá Spiritus ſancti gratia firmarentur, grauiter cecidiſſe pleroſque, vel per externam tantùm negationem, vt Petrus; vel per internam adhuc incredulitatem, vt Thomas; vel per ſcandalum ex Dominica paſſione, vt cæteri. Vnum, quod quæritur, eſt: an Petrus, lapſu non obſtante quocunque, aliorum Apoſtolorum, & totius Eccleſiæ caput, princepſque ſit à Domino conſtitutus? nam, qui neſciat, nemo eſt, & poſſe Præſulē, ſi homo ſit, in aliquo labi, & interdū à ſubditis etiam fraternè, & debita cum reuerentia corripi. At examinemus, amabo te, quæ tu obijcis, Petri peccata, & aliorum aduersùs illum diſceptationes, & iurgia.

Erras imprimis, cùm ais: *Nemo dicitur confirmari, niſi poſt lapſum*, meliùs certè dixiſſes: nemo confirmari dicitur, niſi ante lapſum: vt ſcilicèt ne labatur. etenim poſtquàm lapſus quis eſt, erigi debet, non cōfirmari. falſum ergo eſt, quod hinc inferebas, oportere Apoſtolos cecidiſſe, vt à Petro confirmari poſſent; & Petrum, quòd lapſus ſit, ideò cōfirmatum à Paulo. Deinde, ſi pro tua ſentētia cecidit aliquo modo Petrus poſt acceptum Spiritum ſanctū, & à Paulo confirmatus fuit: cur non ſimili modo labi poterant Apoſtoli, ac diſcipuli reliqui, & confirmari à Petro, cui ſoli à Domino id fuerat iniunctum? Cæterùm nec multùm intereſt quærere, quo tempore, aut quo modo Petrus Apoſtolos alios confirmauerit, ſi per exemplum ſuę

pœnitentiæ, vel per verba ad maiorem animi fortitudinem excitantia, siue demùm per alia eius opera, quę primus, & strenuissimè omnium (vt suprà §. 3. num. 28. & seq. visũ est) in summo illo Ecclesiæ nascentis discrimine patrauit: de quibus Chrysostomus homil. 3. in Acta: *Meritò*, inquit, *primus omnium auctoritatem vsurpat in negotio, vt qui omnes habeat in manu: ad hũc enim dixit Christus, & tu aliquandò conuersus confirma fratres tuos.* Nam cõtingere quidem potuit multifariàm, vt eos Petrus pluribus in rebus, ac locis confirmaret, ne vel leuiter post acceptum Spiritum sanctum, vel etiam grauiter antè laberentur. At non de tempore, modo, & actu nostra quæstio est, sed de potestate, ac iurisdictione confirmandi fratres.

Hanc verò ex Apostolis soli Petro à Christo datam, negare non poteris, si meliùs verba illa expenderis: *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit Vos, vt cribraret, sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus confirma fratres tuos.* Vbi illud, conuersus, non solùm referri potest ad pœnitentiam Petri, vt sensus sit: tu à peccato ad pœnitentiam cõuersus, exindè in posterùm confirma fratres; verùm etiam (quod probabiliùs puto) ad tentationes aliorum; ac si diceret: tu, cuius fides nunquã deficiet, cùm videris alios vacillantes, ad eos conuersus, cõfirma illos: in quo etiam significatu sæpe vox illa, *conuersus*, vsurpatur in sacris Scripturis

Luc. 22.

Տեսաւ և պետրոս առաքեալն զայն
ղայլմն և զորդ աղխատ զիշխանու-
թիւն նորա. զի զամենեսեանն բռնաւոր
ասէր: վասն զի առնա առաքեալէր
էր. թէ դու երբեմն դատկոս, և հաս
առաքեալս զիշխես քո:] Բայց ա-
ռօդս ասէ ինդրել զայդ. բանզի թէ
ինդրէր ոչ է. մի՞ թէ պետրոս հաս
առաքեալ, թէ ոչ. կամ թէ որպէս նէր
պիւ և յամենայնիւ հաւասարեաց:
այլ է. մի՞ թէ ունէր զիշխանու-թիւն
հաւասարելոյ էին, թէ՞ ոչ:

Jt 15

Ad id autem, quòd subijcis, cecidisse Petrum per simulationem illã abstinendi se à cibis Gentiliũ; ideòque meritò fuisse reprehẽsum à Paulo: dico primò, quòd Patres Græci, quibus etiam subscribit Hieronymus, docent, hoc Petri factũ omni prorsùs peccato vacasse: cùm optimo id animo ille fecerit, ne Iudæis, quorum præcipuè erat Apostolus, scandalum vllum præberet. Quarè idem Hieronymus, alijque complures, volunt, Petrum à Paulo non verè, sed simulatoriè reprehensum, ex conuentione scilicet vtriusq; ne iudaizantium doctrina confirmaretur. *Et quomodò*, inquit ille in cap. 2. ad Gal. *ausus esset Paulus, Apostolorum maximus, Petrum in publica facie tam procaciter, tam constanter arguere; nisi & Petro sic placuisset argui, & Paulus non ei faceret iniuriam, de quo antè dixerat, Veni Hierosolymam videre Petrum?* Quæ quidem sententia magis confirmatur ex eo, quòd ipsemet Paulus, ne eorundem Iudæorum offensionem

Jt 16

Patres Græci communiter, in hunc locum. Hieron. ibidem, & epist. 99. ad Augustinum.

Տեսաւ և պետրոս առաքեալն զայն
ղայլմն և զորդ աղխատ զիշխանու-
թիւն նորա. զի զամենեսեանն բռնաւոր
ասէր: վասն զի առնա առաքեալէր
էր. թէ դու երբեմն դատկոս, և հաս
առաքեալս զիշխես քո:] Բայց ա-
ռօդս ասէ ինդրել զայդ. բանզի թէ
ինդրէր ոչ է. մի՞ թէ պետրոս հաս
առաքեալ, թէ ոչ. կամ թէ որպէս նէր
պիւ և յամենայնիւ հաւասարեաց:
այլ է. մի՞ թէ ունէր զիշխանու-թիւն
հաւասարելոյ էին, թէ՞ ոչ:

Jt 17

incurreret, in simile aliud, eòque grauius factum inciderat, circumcidendo Timotheum, non obstante Apostolorum decreto de circumcisione abolenda: vndè dicitur Act. 16. *Assumens Paulus circumcidit Timotheum propter Iudæos, qui erant in illis locis: sciebant enim omnes, quòd pater eius erat Gentilis.*

Dico secundò: esto Petrus erratum aliquod leuissimum, quod materialiter solùm peccatum fuerit, in eo facto admiserit; & ob id verè à Paulo, vt plerique Latini Patres opinantur, reprehensus sit: certè reprehensio illa Pauli non fuit iudicialis censura, qua solent Superiores ex auctoritate subditos iudicare; sed tantùm fraterna correctio, qua licet etiã subditis Prælatos suos interdùm ex caritate corripere: non ergo hinc sequitur, quòd Paulus non agnouerit Petrum, vt suum Superiorem. Quocirca Augustinus in epistola 19. ad Hieronymum: *Rarius, inquit, & sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quo non dedignarentur à Posterioribus corrigi; quàm Paulus, quo confidenter auderent Minores Meioribus pro defendenda Veritate, salua caritate, resistere.* Et Gregorius Magnus homilia 18. in Ezechielem: *Ecce, inquit, à Minore suo Petrus reprehẽditur, & reprehendi non dedignatur.*

Præterea falsum est, fuisse Petrũ ab Apostolis iudicatum, cùm Cornelium baptizauit. nam, qui aduersùs illum hac de re disceptabant, nõ erant Apostoli, sed Iudæi nuper ad fidem

Ge 18

Ge 19

Ge 20

մի դատաստան էր: Նոյն և ի քո ոչ մի այն վասն այնքան առաջ զբանս ասելոյ. այլ և առ վայ հանդերձել աթոռա խառնակիցսդ, զորոց էդբարն էր պահպանել պատուական պետէր, Եթէ պահանջող էին՝ չէմարտուն Եէ ոչ հաւատալ:

Բայց՝ նկատաբեր առ սմա, զոր ի պետրոսի վէրայ դնես: Եր նախ առաջն, զոր ասես, Եթէ գոյն ահիճ պետրոս վասն կեղծաւորութեան Եէն հրամայել լոյ ի կերակրոյ հեթանոսաց, պատասխանի. Եթէ սուրբ հարքն ոչ ասեցեն, Եթէ պետրոս զայն կեղծաւորեաց Եէն կարծ առանց մեղաց ինչ, այլ բարի եւ որդիական: զի մի զգիտակ զեցուցէ զհրեան, որոց վանուցանէր ինքն առաքեալ: վասն որոյ սքն Հերոնիմոս, և այլք ասեն. Եթէ ոչ ինչ ուղիղ խրատեաց զայն առաջի ասելն, ոչ Եթէ ի սրտէ և ճշմարտապէս, այլ կեղծաւորապէս և պատճառանօք, զոր կամաց պետրոսի. զի մի հաստատեսցի վրդովմունք Եէնն այնոցիկ, որք հրեաբար վարէին: Եր ձերունիսն բանքն են այսոքիկ: Եր զի արդ իշխէք պօղոս զմեծն առաքեալն առաջի ասելն հիւսմէել. Եթէ ոչ ինքեան պետրոսի հաճոյ լինէր այնպէս հիւսմբել. և պօղոս ոչ զրկէր զինչ նորին, զի յառաջ ասացեալ էր. Եթէ ելի յէմ առնանել զպետրոս:] Եր մանաւանդ՝ զի նոյն ինքն պօղոս՝ ի նմին ինչ կեղծաւորութեան անկեալ էր յառաջ Եկիսաեղբօրն զեմիմոէոս, զի մի զոյ Եանկնցուսցէ զնոսն հրեայսն. Եէ այնու և առաքեալն հրամայեալ էին ոչ Եէ վիասել: զի արդ ոչ կարէր յետոյ ճշմարտապէս և ի սրտէ հիւսմբել զպետրոս նմին այդպիսեացդ:

Եր կիրսդ պահինէ, զի Եէպէտ և այսպէս

fidem conuerſi; vt explicant verba illa, Act. 11. *Cùm autem aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduersùs illum, qui erant ex circumciſione, dicentes, quarè introiſti ad Viros præputium habentes, & manducaſti cum illis?* Neque in hoc derogatum eſt quidquam Petri primatui; cùm ſoleant quandoq; ſubditi audaciores, præſertim imperiti, reprehendere per inſcitiam ea, quæ à Superioribus rectè aguntur. Quapropter inquit Gregorius lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam: *Si Beatus Petrus, cùm à Fidelibus culparetur, auctoritatem, quam in ſanctam Eccleſiā acceperat, attendiſſet, reſpondere poterat, Vt Paſtorem ſuum oues reprehendere non auderent:* voluit tamen benignè corū expoſtulationibus ſatisfacere, de ſuo facto rationem reddendo; vt exemplum mitis, ac prudentis animi Prælatis alijs relinqueret: vtpote qui debeant ſubditorum infirmitati, nó verbis exaſperantibus, ſed leni ſatisfactione mederi. ſic enim Petrus faciens, temerariam illorum mentem ad obedientiam, & reſipiſcentiā reuocauit. ſiquidē ſtatim, vt ibi ſubijcitur, *eius Verbis auditis, tacuerunt, & glorificauerunt Deum, dicētes; ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad Vitam.* Act. 11.

Tandem, quod pertinet ad alios Petri defectus, à Domino reprehenſos: reſpondet Hieronymus in Mat. cap. 16., quòd tunc non adhuc fuerat illi datus à Chriſto Eccleſiæ principatus, ſed ſolùm promiſſus. poſtquàm autem illum acceperat per ea

ver-

verba: *Pasce oues meas:* nullam aliam à Domino reprehensionem audiunt. *Prudens Lector inquirat,* ait Hieronymus, *quomodò post tantam beatitudinem, Beatus es Simon Bariona, &c. nunc audiat: Vade retro me Satana, scandalum mihi es? aut quæ sit tam repentina conuersio, vt post tanta præmia Satanas appelletur? sed, si consideret, qui hoc quærit, Petro illam benedictionem, & beatitudinem, ac potestatem, & ædificationem super eum Ecclesiæ, in futuro promissam, non in præsenti datam, intelliget.*

Cæterùm laudat Hieronymus Petri fidem, & pietatem erga magistrũ in illis verbis: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc:* & dicit in Matth. caput 14. *In omnibus locis, ardentissima fidei inuenitur Petrus. interrogatis enim discipulis, quem homines dicerent Iesum? Dei filium confitetur. Volentem ad passionem pergere, prohibet; & licèt erret in sensu, non tamen errat in affectu, nolens eum mori, quem filium Dei fuerat paulò antè confessus.* Et rursũ in caput 16. *Mihi,* inquit, *hic error Apostolicus, & de pietatis affectu Veniens, nunquàm intentiuum Diaboli Videbitur.* Et infrà: *Diabolo dicitur; Vade retrò: sed Petrus audit: Vade retro me, hoc est, sequere sententiam meam, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Explicans autem ibidem verbum illud, *Satana,* inquit: *Satanas interpretatur aduersarius, siue contrarius; quia contraria, inquit, loqueris Voluntati meæ, debes aduersarius appellari.* Itaque nec reprehensio illa tantum ponderis facit

Matth. 16.

verba: *Paſce oues meas*: nullam aliam à Domino reprehenſionem audiuit. *Prudens Lector inquirat*, ait Hieronymus, *quomodò poſt tantam beatitudinem, Beatus es Simon Bariona, &c. nunc audiat: Vade retro me Satana, ſcandalum mihi es? aut quæ ſit tam repentina conuerſio, vt poſt tanta præmia Satanas appelletur? ſed, ſi conſideret, qui hoc quærit, Petro illam benedictionem, & beatitudinem, ac poteſtatem, & ædificationem ſuper eum Eccleſiæ, in futuro promiſſam, non in præſenti datam, intelliget.*

Cæterùm laudat Hieronymus Petri fidem, & pietatem erga magiſtrũ in illis verbis: *Abſit à te Domine, non erit tibi hoc*: & dicit in Matth. caput 14. *In omnibus locis, ardentiſſimæ fidei inuenitur Petrus. interrogatis enim diſcipulis, quem homines dicerent Ieſum? Dei filium confitetur. Volentem ad paſſionem pergere, prohibet; & licèt erret in ſenſu, non tamen errat in affectu, nolens eum mori, quem filium Dei fuerat paulò antè confeſſus.* Et rurſũ in caput 16. *Mihi*, inquit, *hic error Apoſtolicus, & de pietatis affectu veniens, nunquam incentiuum Diaboli videbitur.* Et infrà: *Diabolo dicitur; Vade retrò: ſed Petrus audit: Vade retro me, hoc eſt, ſequere ſententiam meam, quia non ſapis ea, quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* Explicans autem ibidem verbum illud *Satana*, inquit: *Satanas interpretatur aduerſarius, ſiue contrarius; quia contraria, inquit, loqueris voluntati meæ, debes aduerſarius appellari.* Itaque nec reprehenſio illa tantum ponderis facit

cit

cit, quantum Mehkitarius putat.

Sicut nec illa poſterior: *Modicæ fidei quarè dubitaſti?* Quoniam Petri factum, quod illam meruerat, expendens ſanctus Maximus Serm. 1. de natali Apoſt. ſic ait: *Hic eſt Petrus, quem Chriſti eſſe confidentiſſimũ, ſubiecta veſtigijs eius maria probauerunt. Nam à Domino ſuo nouos ſibi dari in fluctibus greſſus, vt fidelis poposcit, & vt dilectus emeruit: qui ob id ſolùm trepidaſſe viſus eſt, vt fragilitas humana cognoſceret, quanta eſſet inter Dominum, ſeruumque diſtantia.* Et infrà: *Verè beata Petri, & dum trepidat, mirabilis fides; quem nec perurgentis periculi potuit turbare formido. clamando enim, dum mergitur, Domine libera me, de ſe diffiſus eſt, nõ de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc glorioſiſſimi Petri ducat in vitium.* Et Hieroymus in Matt. cap. 14. *Cùm cæpiſſet,* inquit, *mergi, clamauit, dicens: Domine ſaluum me fac. ardebat animi fides, ſed humana fragilitas in profundum trahebat. paululum ergo relinquitur tentationi, vt augeatur fides, & intelligat, ſe non facilitate poſtulationis, ſed potentia Domini conſeruatum. Quia paululùm timuit, dicitur: modicæ fidei quarè dubitaſti? quid nobis dicendum eſt, qui huius modicæ fidei ne minimam quidẽ habemus portiunculam?*

Petri quidem negationem, non inficior, magnum fuiſſe peccatum: ſed per eam non excidiſſe Petrum à fide, pro qua Chriſtus rogauerat, ſed tantùm à caritate, manifeſtares eſt. Vndè Auguſtinus: *Quando roga-*

Augusti. lib. de Correptione, & gratia cap. 8.

rogauit, inquit, Vt non deficeret fides eius; rogauit, Vt haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimā, perseuerantissimam voluntatē. Et Chrysostomus: Non dixit, ait, non negabis; sed, Vt non deficiat fides tua. Curā enim ipsius, & fauore factum est, ne omnino Petri fides euaneſceret. Quomodocunq; ſit, certè peccatum illud non modò primatum nō abſtulit; ſed potiùs, ſi dicere liceat, confirmauit. Quarè idem Chryſoſtomus ait: *Permiſſus eſt peccare is, cui Eccleſia credenda erat: illa videlicet Eccleſiarum columna, & portus fidei, Petrus, Orbis terrarum magiſter, peccare permiſſus fuit, ob eam maximè cauſam, quòd populorum multitudo illi credenda erat; ne ſeuerus, & innocens, à venia, proprijs fratribus impertienda, eſſet alienus.* Et Gregorius Magnus: *Conſiderandum nobis eſt*, inquit, *cur omnipotens Deus eum, quē cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit: quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione, cognoſcimus: Vt is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet.*

Chryſoſtom. hom. 83. in Matth.

Chryſoſtom. homil. in Petrū Apoſt. & Eliam Prophetam.

Greg. hom. 21. in Euang.

Itaque tam concenſio prærogatiuarū in Petro, quàm peccati permiſſio, fuerunt à Dei prouidentia ordinatæ, nō quidem, vt Hæreticus blaterat, ad Latinorum ſuperbiam coércendam, neque ad æqualitatem inter Apoſtolos indicandam, neque demum ad compenſationem; ſed vt Paſtor, & Pontifex toti daretur Eccleſiæ, qui ex vna parte auctoritate ful-

Ղ 30

Ղա 31

ՂԲ 32

fultus ſuprema, & ex altera tentatus per omnia, poſſet, in Dominico grege regendo, tum baculo Luporum inſultus reprimere, tum miſeratione ouium auiarum infirmitatibus compati.

QVINTA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Quæ eſt caput 9. ex integro.

§. XII.

TItulus huius Capitis, quod eſt vltimũ, habet ſic: *Quòd Armena Eccleſia ſit æqualis Romanæ: Caput nonum.* Sequitur: *Compellantur à Græcis, & Latinis Armenij: Vndè Vos de Ciuitate Metropoli gloriamini? aut quis Vnquàm ad Vos peruenerit ex Apoſtolis; Vndè nobis Vos æquales aſſeritis? liquet enim, non Vnà nobiſcum, ſed ſerò, & hora penè vltima ad fidem Vos eſſe conuerſos. Ad hæc reſpondeo; nos de Ciuitate Metropoli, quæ huius ſæculi eſt, minimè gloriari: quippè Dominus ait:* Vos de Mundo non eſtis, ſicut & ego non ſum de Mundo. *Et rursùs:* Regnum meum non eſt de hoc Mundo. *Attamen etiam ſine regno, quod iam olim habuimus, ſed ab inimicis Crucis Chriſti euerſum fuit,* gloriamur *nihilominùs, iuxtà Paulum,* in tribulationibus, *quas patimur propter eum. Ad id autem, quod, nullum Apoſtolorum ad nos Veniſſe, contenditis: reſpondeo, Veniſſe quidem Thaddæum Apoſtolum.*

Ioan. 17. & 18.

Rom. 5.

fultus ſuprema, & ex altera tentatus per omnia, poſſet, in Dominico grege regendo, tum baculo Luporum inſultus reprimere tum miſeratione ouium auiarum infirmitatibus compati.

QVINTA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Quæ eſt caput 9. ex integro.

§. XII.

TItulus huius Capitis, quod eſt vltimũ, habet ſic: *Quòd Armena Eccleſia ſit æqualis Romanæ: Caput nonum.* Sequitur: *Compellantur à Græcis, & Latinis Armenij: Vndè Vos de Ciuitate Metropoli gloriamini? aut quis Vnquàm ad Vos peruenerit ex Apoſtolis; Vndè nobis Vos æquales aſſeritis? liquet enim, non Vnà nobiſcum, ſed ſerò, & horâ penè vltima ad fidem Vos eſſe conuerſos. Ad hæc reſpondeo; nos de Ciuitate Metropoli, quæ huius ſæculi eſt, minimè gloriari: quippè Dominus ait:* Vos de Mundo non eſtis, ſicut & ego non ſum de Mundo. *Et rursùs:* Regnum meum non eſt de hoc Mundo. *Attamen etiam ſine regno, quod iam olim habuimus, ſed ab inimicis Crucis Chriſti euerſum fuit,* gloriamur *nihilominùs, iuxta Paulum,* in tribulationibus, *quas patimur propter eum. Ad id autem, quod. nullum Apoſtolorum ad nos Veniſſe, contenditis: reſpondeo, Veniſſe quidem Thaddæum Apoſtolum,*

sed esto Thaddæus hic, Vt Vos Vestra fallit opinio, non fuerit Apostolus, sed alius quidam ex septuaginta discipulis; adhuc tamen non erimus Vobis inferiores: ecce prætereà & Bartholomæus, & Iudas Iacobi, & Simon Zelotes, Apostoli, nostras sunt sortiti Prouincias: & Christus quidem, cùm Apostolis dixit: Euntes docete omnes gentes: ita eos indifferenter in Mundum Vniuersum misit; Vt quacunque in Regione Apostolus aliquis mortem oppeteret, eius Natio regionis potestatem illius acquireret: aut quamcunque ipsi irent in gentem, cui esset eorum accepta prædicatio, relinquerent illi, quam à Domino acceperant, potestatem, iuxtà eam præceptionem: Gratis accepistis, gratis date. Exemplum sit nobis Petrus: sicut enim is, quanquàm ex propria sorte, à Domino illi data, Circũcisionis esset Apostolus; quia tamen coronam glorioſi certaminis Romæ susceþit, est, & Vocatur Apostolus Romanorum: ità pari ratione, multoque magis Armeniorum esse, ac dici debent Apostoli, Bartholomæus, alijque prædicti. Quòd si nostri, isti non sint; nec Petrus quidem erit illorum: sin autem Petrus illorum est; isti Vtique etiam nostri dubio procul. Cæterùm, quod asseritis de sera nostra conuersione, à Vero non abest: horam circa Vndecimam illa fuit. at cunctatio ista non ex nostra desidia, sed ex placito accidit seró Vocantis: quapropter hic ex sua quidem misericordia, tametsi Vndecima nos hora Vocauit in Vineam suam per Apostolicum Dei Virum, S. Gregorium Parthum; in redditione tamen mercedis

Matth. 28.

ձեզ յԵրկուասանեցին. զի ասէք զձեզ հաւասար մեզ: զի դուք անարգեալ առնեմ զարձայդ. և ոչ զհետ մեր: ՀՀ որպէս պարծեմք. նման Թէ մեք ոչ պարծիմք մերոյ վարդապետութեան. զի աշխարհս նման է. վասն որոյ ասէ առէր. Թէ դուք չէք յաշխարհէ, որպէս և ես չեմ: և Թէ ես արքայութիւն չէ յայսմ աշխարհի ես. մեք յանաշխարհին պարծիմք. այլ և զոյս դոյզն բանդեղին Քրիստոսի խաչին բեւ: ՀԻ որով պարծիմք ըստ առաքելոյն Պաւղոսի մեր որ վարդ: նակ առ այն, զոր ասէր. Թէ ոչ ոք յառաքելոցն ելին առ մեզ, պատճառ, Թէ ելին առաքեալն Պաւղոս: նակ Թէպէտ և ըստ կարգի նոցա ձերոց առեալ զնա յԵրուսաղէմ յոր առաքեցին զդէմ Քրիստոս, և յորդւոյ յակոբեանն, և մնացեալ առաքեալ ոչ տեսին զՔրիստոս ազգիս հայոց: ես քո բայարձակ հրամայեաց ամ առաքել լոյսն. Թէ դնացէք աշակերտեցէք զամս հեթանոսս անդամագրեալ. զի ոչ կարասցեն ելանել մահու-ամբ, ի նմին ազգի եղիցի իշխանութիւնդ առանց հակառակ կու Թէ: և առ որս դադարեալ, և քեզ հալածել եղեն. եաւս՛ նոցա զիշխանութիւն, զոր առին ի մէնէ, ըստ նորին հրամանի. Թէ որպէս ձերն առաք, ձերս առաք: ես օրինակ է մեզ այս ասես. զի նորա յայտնակ էր որոշեալ վիճակ ի մէն է Քրիստոս Թին. և զի ի հասեալ ընկալաւ զայգ անապակ մարգարէն այժմ հասեալ յայսոցդ առաքեալ է և հոգի: նոյնպէս և բարեխոսութիւն և այլքն, զոր ասացաք, մերձեն և ասին: նակ էՀՀ նորա ոչ մեզ. և ոչ պէտս նոցա: այսպէս Թէ պէտս նոցա. բարեխոսութիւն և այլքն մեզ առանց հակառակու Թէ: ՀՀ զոր ասէք անարգանս դառնալ

մեզ.

dis non Inferiores; sed pares fecit nos Vobis, qui pondus diei portaueratis, & æstus. ipsi ergo gratiarũ actio in Christo Iesu Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto, honor, & gloria in secula seculorum.

RESPONSIO.

HVccine tandem imprudentia tua, & arrogantia, Mehkitari; vt, quod nullus alius è Consectaneis, Collegisque tuis, quantacunque licèt cæcus insciti a, vel effrenatione superbiæ præceps, ausus est dicere, nec forsitàn cogitare; tu, suprà omnes, immò suprà quàm cuique credibile est, temerarius, audeas, atque dicas: *Armena Ecclesia est aqualis Romana?* Proh Deus immortalis! quid est hoc? tantone homo furiali ausu superbiæ abripi mẽte possit! At arbitror equidem, Patres Armeni (nec puto, meum falli iudicium) Hæret cum hunc in isto Capite, non aperto pectore, sed simulatione, & fraudis artificio occultatum, quæ minùs sentit, asserere: quoniam, quod probandum assumit in Titulo, non modò ratione nõ viget vlla, sed ne tangit quidem. Fieri enim qui possit, vt ab illo Antecedente: *Apostoli nonnulli in Armeniam appulere, vel in Armenia mortui sunt*: hæc ab eo Consequentia deducatur: *Ergo Armena Ecclesia est aqualis Romanæ?*

Igitur mens eius nefaria, instigatione Diaboli concita ad serenda zizania, eò manifestè spectare videtur;

tur: vt & Romanos Titulo prouocet in Armenam Ecclesiam, & Armenios in Romanam illà, quam subindè tergiuersatione callida vsus affinxit, Latinorum compellatione: quò scilicet posset sic improbis saltem artibus, vbi causæ, & rationes deficiebant, Ecclesiæ vtriusque animos labefactare, atque vinculum caritatis, quo semper, & eius maximè tẽpore, vtraque fuerat iuncta, dissoluere.

Dic verò mihi, Magister egregie; vbinam audiuisti, Latinos (de Græcis enim non loquor) Armenijs exprobrasse Metropolis vrbis, aut Regni vacuitatem? Apostolorum absentiam? seram illam ad fidẽ conuersionem? de rebus hisce dilectos compellare fratres quid interfuit Latinorum? Certè nullus istorum defectuum, si in Armenia sit, Romano suffragari Primatui; nec omnes, si absint, refragari possunt. Nam Ecclesijs alijs non idcircò præesse Romana dignoscitur, quòd illæ Vrbe vacent Metropoli; quòd tardiùs ad fidem accesserint; quòd Apostolos non viderint, non susceperint, non sepelierint. sic enim vix vlli Ecclesiæ Romana præponeretur: cùm nulla ferè Christiano in Orbe regio sit, vbi Metropolitana Vrbs aliqua non extiterit, non Apostolus aliquis prædicauerit, non fructum aliquem fecerit. Vnam solùm ob causam (quod etiam te probè sciuisse non dubito) Mehkitari, Ecclesia Romana præst: quia Romana tantùm in Vrbe Episcopus sedit, & mor-

Ը 9

Ժ 10

Ժա 11

mortuus est, Apostolorum omnium Princeps, & totius Mundi Pastor, ac Pontifex, Petrus. Res hæc profectò, quæ toti semper Armeniæ exploratissima fuit, vnum te latuisse, haud quaquàm credibile est; maximè quòd propterea Petrum ab hoc deturbare Primatu iam initio conabaris: veruntamen, cùm ad id operandum omnis à te adducta ratio tibi impotens videretur, speraſti tandem, quod ratione non poteras, fore vt interserendo discordias assequerere.

Mitto & hanc ego peruersæ mentis improbitatem; mitto versuti animi nequitiam singularem; mitto audaciam: summam tamen illam in insolescendo imprudentiam istius hominis, ex qua Armena Ecclesia ignominiam pro honore, derogationē pro prærogatiua, detrimentum omne pro emolumento accipiat, hanc equidem maximoperè mirari non desino, Patres Armeni. Quantùm enim vestræ Sedis tũ Ecclesiasticæ, tum Secularis, amplificatio & cordi, & curæ Romanis fuerit in omni loco, & tempore, quid hic memorem? testis est Rex ille pijssimus, vestrorum Principum Christianorum primitiæ, Tiridates, Armeno Regno, de quo à Persis eiectus fuerat, Romanorum potentia restitutus: testis, primus vester Episcopus, & *Illuminator* ille, Gregorius, à Siluestro, Romano Pontifice, Patriarchali dignitate, alijsque, vt apud vos fertur, facultatibus mirabiliter insignitus: testis, Leo Princeps, cui

*Vide in 1. par. cap. 1. num. 23.

Celestin. III. Vide in par. 3. c. 23. nu. 5.

cui Papa Celestinus coronam Regiã, quam vos iam indè à principio schismatis amiseratis, restituit: & (ne singulos reuocẽ in memoriã) testes, reliqui Maiores vestri, Principes, Reges, Antistites, ab Apostolica Romana Sede honoribus, priuilegijs, patrocinijs, subsidijsque præfulti: vos denique ipsos testor, Patres Armeni, qui vestris in Annalibus hæc cum lachrymis quotidiè lectitatis. Illius, inquam, Ecclesiæ Cathedrã, in cuius amplificationem, ac dignitatem tantum curæ cõtulere Latini, homo iste incautus tũ maximè quidem, cùm primæ Sedi studet æquare, ita deprimit, ex altoque dignitatis gradu præcipitat, vt subijcere eam vltimis omnino voluisse videatur.

Nam, quid erat causę, Mehkitari, cur tu, vt Ecclesiæ Romanæ Principatum, à quo tota, quæcunque sit, vestri Patriarchatus ratio, & auctoritas deriuauerat, oppugnares; vt Latinos beneuolos, & amicos ad bellum sine causa lacesseres; Græcis hostibus, & contumeliæ vestræ studiosissimis, illa vltrò arma offerres, quibus Ecclesiæ vestræ honorem despicere, amplitudinem prosternere, auctoritatem, potestatemque omnẽ, à Romanis acceptam, improbare omnino valeant, ac funditùs abrogare?

Quid enim contra vos Græci obijciunt? planè rem nullius momenti, dummodò Romano in Primatu nitatur Armenia: maximi verò, si Primatus hic aut falsus sit, aut non acce-

15

16

17

պատուոյ, և զանարատ-ձէ իշխանական զօրու-ձէ, և զայժմ ելեալ ւիսխանակ օգտուձէ: Քանզի որպէս սերնդեան և ետդբնեցիս հառաջադոյնքն բարձրացու-ցանել և մեծարել զանձառն հայոց ԼԷ զնկրկուականն, Ա՛է զաշխատհանիսն նամանդի և ժառանգակն. զինչ չիշտ ասկնցիս ասես: վկայ է՛ ասդին բարե պարտաւէր մեծ ազգդիս ձեր ազգա. ոյ զօրաւ ոյ օգնականուբ՛ն հառաջադոյ եղեալ նմին ազգդիս ձեր ի ետ հասանելոյ: վկայ է՛ ասալին ազգա անեալ հայրապետան ձեր և վասա՛ր բեալ վկայն էի լուսաւորչէն գրեցոյ. ոյ՛ի սրբոյն սեղբեադրոյէ պատկն և զձեռ պատրաստդականն բարձրա-ձէ և զանազանն իշխանու-ձէ զօրացուցեալ: վկայ է՛ քրիստոսանէ իշխանն ձեր ա. ասալին զնոսա. ոյ զՔաղկ ազգդական, ՛է վաղնջուց կոչուանալն՛ է ձէնչ, զնոր ասին էառ՛ի ձեռաց հայրապետին հռ. հառաջադոյ հիզեսանուանոյն երբորդի: Ե. զի մի երկարագրագառ՛ լինիցիմ. զկայ ես ինձանչել առալինչն ձեր իշխանդ, Ա՛ղդ, և հայրապետդ. որ յառաջադոյ ՛ի յառաքելական աբ ամառոյն հառաջադոյ առէն զպատուի՛, զօրհնու-ձէ, ընդ խնամ, զօրու-ձէ, և զօգնու-ձէ: Ե. դու-ք ընչին զկայ եք, ոյ զնդրելդ ազ առու-ա՛ոյ հառդ և վարդապետ հայոց. ոյ յառէն օր ազատուսանդոյ աչօք գայս ընդնայուա՛ք՛ի պատուակիցս ձեր: Հ՛ղծ՛ զայդպիսի եկեղեցւոյ ամառն, առեալ, ոյ՛ի հառաջադոյեցոյ այդ ու մեծարել և պատուել եղե. զայդպ այդ անդգդչ և անճանուելի յառաջագ կամի հաւ ատալ զնա ազատչին ամառոյն, յայնմ ի զանազ եղուցանել զնա՛ի վայր և սատրատրել ամ այդոյ եկեղեցւոյ:

Քանզի զդալով պատրաստդա-ձէն

հայոց

հայոց աթոռոյդ եղեալ ի յառաջնում
կանոնս առաքելոյդ աթոռոյն հռո- 18
մայ. այլ ի գերագոյն իշխանու-թէ
անդրանատոմն ուսային. որ կացոյց զնէն
գրիգոր լուսաւորիչն և զաթոռդ նորին
պատրիարգ հայոց, և ձեռնադրեաց
ի քաղկեդոնէ այլոց ազգաց: Եթէ ասիցեն
զնա քանզի յանդիմանել և սուտ առնել
զերոյն առաքելոյդ-թեանն հռոմայ.
ապա քանզի յանդիմանել և սուտ առ-
նել զնա պատրիարգական իշխանու-
թիւն հայոց. և զդէնս մատուցանէ յո-
հաննէս ծձաւորեցոյ ձևոյց, որովք կատա
ելին զնիկոլիւսոյդ ձևոյ իշխանու-թիւն 19
արհամարհել, զպատուէն ամաչցել,
և զնա նուիրակական ձեռնադրու-թիւն
մեղադրել և ի բաց հերքել:

Զհայ առաքելու-թիւնդ յուսաց ընդ-
դէմ հայոյդ են այսոքիկ: Էնկզինն
հայոց ասէ, ոչ է պատրիարգական.
զի ոչ էղեն հռոմայեցիքն առել, և ոչ նա
հաստատել յառաքելոյ տեսլէն: և զի
ոչ էառ զպատրիարգական պատիւ և
զիշխանու-թիւն ի տեղեացական սիւնհո
դոսէ ասելոյ, ոչ ի նիկիոյ, ոչ ի կոստան
դնուպօլսէ, ոչ ի էյեմիսոսէ ժողովոյն.
և ոչ յայլոց հետեւողացն: և զի ան-ա
զան դարձեալ ի հռոմայ բէ. և հռո
մայեցիքն զնան. ի. ամաց անցանելոյ ի
զի ծնընդեանց քրիստոսի ի սբեղոյն գրիգորէ պատ
րիարգէ որ ձեռնադրեցաւ նոքա ի զե-
նոնեայ արհիեպիսկոպոսէն նեապոլսոյ, ոչ
էր հնազանդ սուտոխոսին մեր աթո-
ռոյն: և ամենայն պատճառ է աթոռակա
լին սբեղոյն գրիգորէ լուսաւորչին հնա
զանդ ճանալ ոչ միայն ի-թուի արհիեպ
էպին նեապոլսոյ, այլ և ամենայն արհիեպ
սկոպոսացն, որոյ յետ պատրիարգն ան
ուանէին, որոյ ի ձեռնադրէ նա ձեռնադ
րեալ էր: Եւ ի ձեռնադրէ նորա ձեռնադ
րեալ էր ի ձեռնադրէ նորա ձեռնադրեալ
էր ի ձեռնադրէ նորա ձեռնադրեալ էր ի
ձեռնադրէ նորա ձեռնադրեալ էր ի ձեռ
նադրէ նորա ձեռնադրեալ էր ի ձեռնադ
րէ նորա ձեռնադրեալ էր ի ձեռնադրէ
նորա ձեռնադրեալ էր ի ձեռնադրէ նո
րա ձեռնադրեալ էր ի ձեռնադրէ նորա
ձեռնադրեալ էր ի ձեռնադրէ նորա ձեռ
նադրեալ էր

ab Apoſtolis, ſed à Gregorio Partho fundata ſit, & curata: tamen à Siluestro, Romano Pontifice, totiuſque Eccleſiæ Præſide, ac ſummo Capite, Patriarchali dignitate, alijſq; priuilegijs, quibus Vtimur, donata fuit; Vt conſtat ex Diplomate, ab eo nobis conceſſo, cũ idem Gregorius Armeniæ primus Epiſcopus, & Rex noſter Tiridates, Romam perſonaliter accedentes, cum Latinis concordiam iniuere. 21

Ac, ne Græci dicerent, non potuiſſe Romanum Pontificem ab ipſorũ iuriſdictione Armenos ſubtrahere, hæc Decreto Siſenſis veſtri Concilij ſanciuiſtis: *Debet quilibet, inquitis, ſanctæ, atque Apoſtolicæ Eccleſiæ Romanæ præſtare obedientiam: quippe quæ ab Apoſtolo Petro in orthodoxa fide firmata fuit. nam ſicut corporis eſt obedire capiti, ita debet ſimiliter Vniuerſalis Eccleſia, quæ corpus eſt Chriſti, ei obtemperare, qui totius Eccleſiæ caput à Chriſto Domino conſtitutus fuit.* 22

Armeniorum Siſenſe Concilium in Decreto, vide 1. par. cap. 28. n. 43.

Qua de cauſa & illud veſtro in ritu poſitum eſt: vt quotieſcunque Patriarcha Presbyterum aliquẽ in Epiſcopatus ordinem promouere velit, petat ab eo, non quidem vt Succeſſoribus Bartholomæi, vel Thaddæi, aut Simonis Zelotis, qui Armenijs prædicauerint, obedientiam ſpondeat; ſed hoc aliud: *Vis ne tu,* inquit, *Beato Petro, cui poteſtas à Deo tributa fuit ligandi, atque ſoluendi, nec non ſancto noſtro Gregorio, eorumque Succeſſoribus, pro tempore ſedentibus, obedientiam, & fidelitatem præſtare?* reſpondetque Oblatus: *Volo*, vt ſcilicet oſtendatur, Gregorius non ab Apo- 23

In ord. Rituali, de Conſecratione Epiſcopi.

ՀԱՅԵՑ

ՀԱՅԵՑ

հայոց նուիրեաց ասէ. Եւ յորժամ կա՛ք
Քրիստոս ձեռնադրէ զԻսրայէլ, զայն պատ- 24
մէ ասել շնա՛ : Քանիս զու եղանելոյն
պետուսն, որում է զօրութիւն պարգե-
ւալ յոյն կապել և արձակել. նա՛ և ար
քեպս զբնդրել լուսաւորչին. և այսո-
ցիկ որք զինեն նուաճեն առցա՛. տալ զքո
հնազանդութիւդ և զհամաստատութիւն
Եւ պատուհասանել նուիրեալն. ձայն
հաւատի.] ՀԱրենանեա. Եթէ ոչ ասէ.
կամիս զու տալ զհնազանդութիւն բար
Քուղիմէոսի, կամ Թադէոսի, և այլոց
զաց առցա՛ : այլ ասէ պետրոսի, և զբն
զրբն լուսաւորչին, և այսոցիկ որք 25
զինեհնաստեն առցա՛ : Հարկս զի ցուցցի.
Եթէ ոչ լուսաւորչին և անդրանա-
կանութիւդ նորա ոչ առեին զպատուհասդ
հան իշխանութիւն ի յաւարկոյն քա
րոզեալ ի հայս. այլ ի յայլոցդէն ան
տրոսի սրբոյն սեղբեստրոսէ :

Ձայս յայտնի ցուցաբ. Եթէ կամ
լսի մեծաւք ի բաց բառնալ յան-
ասն հոգեմարդ զառաքելութիւնն նո
և հաւատալով նմա զաթոռն լուսա
ւորչին. մեծ ինչս բերի հայոց եկե
ղեցոյն : քանզի ունէ աթոռն հայոց 26
պետութիւն հայոց էր հաւատալ հա
ւելեալ ոչ աթոռոյն. յորմէ նա՛ էառ
զայնչափ իշխանութիւն. մինչ զի կարող
իցէ ընդ դէմ կանգնել ոչ ժողովոյն
նիկիոյ և կոստանդնուպոլսի եղանել
պատուոյ իշխանութիւնն իւրոյ աթոռ
նոցիկոն հնասրհոյ, և իւրոյ պատուի
պրկին անահեղոյ :

Պատասխանատուն մեծաւք, և
ասէ. Եթէ զայդ իշխանութիւն էառ ի յո
հեց առաքելոյն. ոչ Թաղէոս զիշխանու
Թիս իւրմանէ ի մէջ հայոց. յո. ի բար
Քուղիմէոսէ, և ի Թադէոսէ, և ի
յուդայ յակովբեան, և ի սիմոնէ

նախա

Apoſtolis, prædicatoribus in Armenia, ſed à Succeſſore Petri Silueſtro ſuam accepiſſe Patriarchalem dignitatem.

Hęc itaque cùm ita ſint, Soleclariùs patet, quantùm deroges Armeniorũ Eccleſiæ, Mehkitari, quãdo gradu ſuo Romanam tollens Eccleſiam, vis illi Armenicam exæquare. Pròh deliramentum poſt hominum memoriam maximum, & præter hanc vnam in omni vita inauditum! Si Romana ſit æqualis Armenicæ, à quonam Armena tantam acceperit poteſtatem, vt contra Canonum iura de vtriuſque ſui Metropolitani foro tum Cæſarienſi, tum Antiocheno ſe ſubducere auſa ſit?

Reſpondes: *A quatuor Apoſtolis, qui apud Armenios ſuas reliquerint poteſtates, Bartholomæo, Thaddæo, Iuda Iacobi, & Simone Zelote.* Sed quot, & quantæ ſint in hac tua reſponſione ineptiæ, videamus.

In primis, ad plures tibi coacernandas Apoſtolicas facultates, vis & numerum Apoſtolorum vltra duodenarium creſcere: quippè Thaddęus, & Iudas Iacobi non ſunt duo, ſed vnus Apoſtolus; quem Euangeliſtæ, cùm duodecim Apoſtolorum nomina referũt, Matthæus, & Marcus Thaddæum vocant, Lucas verò Iudam Iacobi.

Deindè ponamus, omnes tres iſtos Apoſtolos in Armenas penetraſſe Prouincias, eaſque Euangelica prædicatione, & proprio etiam ſanguine imbuiſſe; qua de re infrà: adhuc tamen quonam pacto in iſtã

Eccleſiam tanta eorũ poteſtas proindè deriuaretur, nec ego percipere mente poſſum, nec Armena ipſa Eccleſia in ea cogitatione, curaque verſata eſt vnquàm, vt caperet. Etenim, nullum horum Apoſtolorum in aliqua Armeniorum Eccleſia ſediſſe Epiſcopum, nedũ in iſta Ciuitatis Vagarſciabàt, cuius Epiſcopus eſt Armenicus Patriarcha; adeò certum ſemper, compertumque apud vos, & omnes fuit, vt præterea nihil magis: ruit igitur tota tua reſpõſio: nam ſuccedere in Apoſtoli poteſtatem non potuit, qui nunquàm in eius ſucceſſit Epiſcopatum. Եվ 28

Sed, vt hanc vim omittam, dic: quænam fuit iſtorum Apoſtolorum poteſtas, cuius ex aſſe facta ſit hæres Armenia? quoniam illa duplex erat: altera Iuriſdictionis, in totum quidem Mundum ampliſſima, prædicãdi, Eccleſias fundandi, regendi, iudicandi, ligandi per cenſuras Eccleſiaſticas, abſoluendi ab illis, &c. ſed hanc poteſtatem, vtpotè delegatam, nec ipſi conferre alijs poterant, nec alij poſt eorum mortem in ea ipſis ſuccedere. acceperant enim illã à Domino, vt ſuprà diximus, non eo modo, quo Petrus, hoc eſt, non tanquàm Paſtores, & Epiſcopi ordinarij totius Mundi, vt in ea ipſis ſuccederetur à poſteris: ſed tanquàm Legati, & Apoſtoli, vt ipſi ſoli eà (dependenter tamen à Petro, vt à ſuo Capite) vterentur. Եվ 29

Altera erat poteſtas Ordinis; quã eis contulit Chriſtus (ſi parumper à re digredi liceat) partim per ſeipsũ imme-

Եվ 27

իսպել զպարիսպեալ կամ զայրով զիսպող և
ի նոյն եկեղեցական պատուոյ, արձակել ղ
յայտնեանացս, և զայլն : ասդ՝ զայս ա 30
ռաքելական իշխանութեիս ոչ կարէին
առաքեալքն անցուցանել ի վերայ այլ
ոգ , և ոչ այլք յառնանգել զայս յետ
մահու նոցա : քանզի առեալ էին զնա
ի տէառէ , ոչ ոսկւոյ պետրոս. յհ. ոչ ոսկի
իսկական եանիք ընդ հանուր եկեղեցւոյ.
զինչ ոսոց մասին այլք ի տեղի նոցա .
այլ սուրբ առաքեալք և հրեշտակք . և
սուրբ զի նոքա առանձնապէս վարձանին
նովաւք , և այս ընդ հնազանդութեին
առ պետրոս դրուխ եբրեանց. սուրբ ի ղ
վերոյ առումբ : 31

Իսկ մես իշխանութենն նոցա ա
ռն իշխանութեի առաքեանն . զոր էառ
նոցա ըստ մասին ինչ անմիջապէս
անձամբ իսկ տեառն . յհ. զբահանայա
կան իշխանութենն, և եւս զդասաւոս
նականն առ ի Մոդես զմեղս : և ըստ
մասին ինչ նա միջնորդու
թեբ պետրոսի . յհ. զեպիսկոպոսական
իշխանութենն : քանզի միայն պետրոս
հայտ ցաւ իսկական եղիկս աշխարհի
այնու բանիւն ասեն նմա զոյգ ասարհս խո
և յետոյ պետրոս ձեռնադրեաց եղիկս ղ
զայլ ամենս առաքեալս , ենդրօք զինա 32
ցեալսն : Եւ այս յայտ կ՝ . վն զի մատա
թեան , և առ բին պետրոս ոչ ձեռնադրե
ցան եղիկս առանձին ի բէ . և ոչ եւս
փոքրն յակովբոս . որ ձեռնադրեաց
եղիկս Եւսի ի պետրոսի ընդ յհու և
մեծ ին յակովբոս . որպէս վկայեն սմա
պատմիչքն , մանաւանդ սբն անակլէ
տոս , որ եղև հինգերորդ պապ յետ
պետրոսի, և զայս գրեաց ի յերկրորդ
թուղթն նոր : և եւս գրէ սբն
ձէրոնիմոս ի գիրս յոգս հռչակաւորս
վարդապետաց եկեղեցւոյ : Եւս և ճաշ
ցեալ

immediatè ; nempè Sacerdotalem conficiendi corpus, & ſanguinem ipſius, atque Iudiciariam abſoluendi à peccatis ; partim mediatè per Petrum, videlicet Epiſcopalem. Siquidem Petrus, à Chriſto totius Orbis Epiſcopus conſtitutus per illa verba : *Paſce oues meas :* reliquos Apoſtolos, vel per ſe, vel per alios, Epiſcopos conſecrauit. nam, quòd Matthias, & Paulus, Apoſtoli, non à Chriſto immediatè Epiſcopalem conſecrationem acceperint, manifeſtum eſt: quòd n[illegible]tiã Iacobus Minor, Hieroſolymitanus Epiſcopus, teſtatur præter alios S. Anacletus, quintus à Petro Romanus Pontifex, in 2. epiſt. ſcribens: *Debere Epiſcopum à tribus Epiſcopis ordinari, ſicut Iacobum Minorẽ ordinauerunt Epiſcopum Petrus, Iacobus Maior, & Ioannes.* Itẽ Hieronymus in Tract. de Viris illuſtribus: *Iacobus*, inquit; *ſtatim poſt paſſionem Domini ab Apoſtolis Hieroſolymorum. Epiſcopus ordinatur :* quòd nec etiam cæteri, à rationis paritate colligitur. non enim debebant prædicti, præſertim Iacobus, eſſe in hoc reliquis inferiores ; cùm Apoſtoli, excepto Petro, inter ſe fuerint æquales ; & , quantùm ex Euangelijs colligi poteſt, omnis poteſtas, eis à Chriſto tradita, omnibus communiter tradita ſit.

Et hanc inquam ordinis poteſtatem, de qua intelligitur illud, quod obijcis: *Gratis accepiſtis, gratis date:* conferre quidem alijs Apoſtoli poterant, ac ſæpiſſimè contulere, quando per totum Mundum, Eccleſias

vbique fundantes, Ministros, Sacerdotes, & Episcopos instituerunt: verùm, cùm hæc potestas, siue ab Apostolis, siue ab alijs Episcopis tradita, in omnibus, eam suscipientibus, sit æqualis; non est, cur Armena Ecclesia peculiare ius aliquod per eam sibi arrogare potuerit, præter id, quòd quælibet Episcopalis Ecclesiuncula possidet. ¶ 33

Sed quid dilato orationem meã? Si qua vnquàm ab Apostolo vllo in Armenis instituta Prouincijs Ecclesia fuit; iam illa, vrgente mox Paganorum Principum persecutione, aut statim post eius Apostoli Martyriũ extincta est, aut saltem non longo post tempore eam desijsse, vel illud magni est argumenti, quòd nec Episcopi, nec Sacerdotis, nec Templi, ab Apostolis ei relicti, nomen, vel memoriam vllam ad Armenæ posteritatis notitiam deferre traditio valuit. Quòd si ea, quæ nunc apud vos extat, non ab Apostolis, sed (vt in vos Græci obijciunt; & tu ipse, cùm negare nequeas, vltrò fateris) à Gregorio Partho, primo eius Episcopo, initium cepit; qui eam, annis post Christum ab Apostolis prædicatum quinquaginta, eoque plùs, supra bis centum, ex Idolorum cultu ad Christianam fidem perduxit: certè quid opus est multis? iam de ore tuo, Patrone nequam iuris Armenici, hac in re Græci te iudicarunt. ¶ 34

Nec verò de Thaddæo, Simoneque Zelote illud me præterit: vtriusque huius Apostoli prædicationem, ac Martyrium non ad Armeniæ quidem, ¶ 35

ցեալ առաքեալքն անմիջապէս ի քէն ընդունեցան եկեղեցի. որպէս յայտնի ցուցանէ յարացոյցն. զի եթէ ոչ պատրաստ, և ոչ մատաղիւն, և մանաւանդ ոչ յակումբսն. ապա և ոչ այլքն: զի նա առաքելքն, բաց ի պետրոսէ, համառատ էին. և որ ինչ իշխանութեամբ անմիջապէս առաքեցան ընդ քէ, ամենեցուն համառատ առաքեցան:

Եւ զի զայսպիսի իշխանութեամբ առնձանի կարծել էին առաքելքն տալ այլոց, ըստ այմ, զի ձրի առիք և ձրի տուք. եւ բազում անգամ առին ընդունելով ընդ նմա ամենեքեան զպատուական, զբահանայս, և զեպիսկոպոսս: Բայց իշխանութեամբն առնձանի զի առեալ ունէին ի յառաքելոյն, զի ի յայլոց եպիսկոպոսաց, համառատ է ի նմա ընդունողսն ընդ նմա. որպէս ոչ կարէ ասել եկեղեցի զի յառակացուցանել անձին եւ բազում պիտանացութեամբ ինչ իմիջոյ այլոց եպիսկոպոսաց:

Եւ երբոր զի եթէ առաքեալքն համառատեցին զեկեղեցի ինչ ի մէջ հայոց. նա ասկաւ ուրեմն զինն ամենայն բոլոր զի ազգն պահանջեսցէ, և դարձեալ ի նմանէ ի կատարեալ. զի այդ ոչ կարեմք այժմ ի ձեռն աւետարանին գիտել. զի ոչ ոք ի հայոց ձեռնադրեցաւ անդր յառաքելոյն պարտ հանդերձ, կամ քահանայ, կամ եպիսկոպոս, եթէ գուցէ ձեռնադրեցաւն: Որպէս այժմիկ նոր եկեղեցին, որ կայ ի մէջ ազգի, ոչ ի յառաքելոյն, այլ ի սրբոյն գրիգորէ պարտեւ ակզբնաւորեցաւ, որ յառաջ որեցոյ և զամենայն ազգ զհայոց ի կատարեալ ի սե հաւատն քրիստոսի: Եւպէս զի ասէր կարծեցեալն ինչ սէնն գրիգոր, կամ սխալանակն նորին, առնուլ ի յառաքելոյն զիշխա-

նութիւն

ԶԳ 36

ԶԴ 37

ԶԵ 38

dem, ſed ad Syriæ ſuperioris, ac Perſidis, aliarumque regionum gentes pertinuiſſe. Thaddæus enim, aut alio nomine Iudas Iacobi, vt hiſtorijs, & Eccleſiæ traditione vulgatum eſt, in Meſopotamia, prędictę Syrię Prouincia, prædicauit, multaque in Arabia, & Idumæa, alijſque locis adiacentibus egit: Simon autem Ægyptum, eandemque Meſopotamiam peragrauit: poſteà in Perſidĕ ambo conuenientes, vnà ſimul martyrio coronati ſunt.

Cur autem glorioſos horum Apoſtolorum labores ſibi etiam vindicarent Armenij, ea mihi, & æqua, fuiſſe cauſa videtur: quòd non ſolùm in Perſide, ac Meſopotamia, finitimis Armenię Maiori Prouincijs obeundis, Euangelijque lumine colluſtrandis, ad extremum vſque Spiritum vterque deſudauit Apoſtolus; verùm etiam Thaddæus Syrum Regem Abagarum ad fidem conuertit, qui, quamuis Edeſſæ in Meſopotamia reſideret, tamen dominium vltrà Euphratem in Maiorem protĕdebat Armeniam: vndè ſuum quoque Regem eum fuiſſe, iure optimo Armema gloriatur. Quocirca etiam immeritò, ac ſine cauſa Latinos accuſas, quòd Armenorum Regem Abagarum, non ab hoc Thaddæo Apoſtolo, ſed ab alio Thaddæo diſcipulo ad fidem amplexandam inductum fuiſſe, opinentur. nam etſi Euſebius, ac Nicephorus, Græci Scriptores, ſic efferunt; noſtri tamĕ Hieronymus, & Beda diſertè tradunt oppoſitum, veſtręq; fauent traditioni.

Supe-

Supereſt itaque ſolus Bartholomæus, qui propriè Armeniorũ fuerit Apoſtolus; quippe qui, poſt citeriorem Indiam peragratam, fidem in Maiori diſſeminauit Armenia, in cuius Septentrionali confinio apud Albaniam illuſtri Martyrio vita functus eſt. Quòd ſi oculum in alios propinquarum regionum Apoſtolos conijcere velimus; ſanè quidẽ plùs ego, quàm tu, quanquàm non, ſicut tu, plùs æquo, laudibus exornabo Armeniam: nec Simonem Zelotem, ac Thaddæum ſolummodò; ſed præter hos, Apoſtolos alios, atq; cum primis Thomam, & ipſum etiã Petrum veriùs fortaſſe, ac iuſtiùs ad eius laudes reducam. Petrus enim Cappadociam, quæ Minoris Armeniæ pars potiſſima eſt, Chriſtianis legibus erudiuit; ac Thomas, extrà Indos, non ſolùm Medis, & Perſis, qui erant Armenis finitimi, prædicauit, verùm etiam Parthis, quibus ſunt Armenij tum loci propinquitate, tum generis cognatione proximi, & affines. nam primus eorum Epiſcopus, & *Illuminator*, Gregorius, omneſq; priſci Reges Armeni, præcipuè Religioſiſſimus Tiridates, genere Parthi fuerunt; quapropter Arſacidæ, ex primo Parthorum Rege Arſace, dicti ſunt.

Verùm, quòd ita ſe res habeat, quid indè, Mehkitari? num propterea Patriarchalem. & à iure Metropolitani exemptam euaſiſſe dicamus Armenã Eccleſiam? quæ nouiſſimè à Gregorio, vt concedis, erecta, atque curata fuit in Ciuitate, cuius

Epi-

ՀԱ 39

աշխատանօք Երկոցունց առաքելոցս սրբոցիկ, ոչ Թէ միայն մի՛ բարոզելոյ
իւրեանց զաւետարանն ի սահմանն նոյ-
ոյլ եւս մի՛ ի Թագէոս դարձոյց առ
հաւատս քի զասորի Թագաւորն աբ
գար. որ Թէպէտ ունէը զհամառն իւր
ի միջագետս սակայն առաքեալ էր վասն
բուԹեան իւր սինչ և յայնկոյս գետոյն
Եփրատայ, և առիւծէր եւս ի մէջ հայոց:
Ելեալ և սուրբ առնէ զինքն սիմԹա-
ն՝ առելովն, ԹԷ հռոմէացեցիքն ա-
Էանդեն. Թէ այս Թադէոս ոչէր առա
քեալ, այլ մի ոմն յետ-Քանասանեայ աշա
կերտացն: զի Թէպէտ յոմանց պատ
միչքն եւսեբիոս և Նիկեփորոս այսպէս
գրեն. սակայն լաւագոյնս ոչ հարկն
ձերոնիմոս և բնագիր նոյնպէս ասէն,
որպէս և հայք:

ԵՒ 40

Բայց բարեբաղդեսս խնդալ և քանանէացի եղև հայոց առաքեալ: քանզի սա յետ սերմանելոյ զհաւատս ընդ աշխարհս մերձակայս հնդկաց, ելն՝ ի հայաստան, և բարոզէր զաւետարանն ի յաշխարհն մեծի հայոց. և չարչարեալ վասն նորին բարեպաշտութեան կատարեցաւ մարտիրոսութեամբ ի հեթանոսացն կողմնապարին ի գաւառն ար
բանեայ. որ հայերէն ասի աղվանք:

ԵՒԱՆ 41

Իսկ ԵԹԷ կամիցաք Թուել զայլ առաքեալս, որ շուրջ զհայաստանեայս և ի սահմանակից գաւառս նորուս բարոզեալ եղեն, որպէս ղուկիագոյն գաւանակ քան զառաբելականն ի սիմԹատոյ. և նորօք կարէին և հայք պարծել իրաւ
Էամբս. քանզի ոչ Թէ միայն Թադեոս և սիմոնէն արարեն զայս, այլ և ա՛ այնոքս. որ գնաց մինչ և ի կատարածիսն, որ է աշխարհն փոքրին հայոց. և հաս առաքեալ զայն Եկեղեցեաց և Թոմաս յառաջ քան զչնաւրէն իւր առ հնդիկս,

քարոզ

Epiſcopatum nullus vnquàm Apoſtolus, nec Succeſſor Apoſtoli tenuit: cuius vetuſtus, quicunque Apoſtolorum tempore fuerit, Chriſtianiſmus, ſtatim ſubindè euanuit: cuius denique Solum tam longè à Bartholomæani Martyrij loco diſtat, quantùm Vrbs Vagarſciabat, Armeniæ medium, ab Albania.

Quid ergo tu, cùm hæc ſenſeris minùs obſtitiſſe rei, dixiſſes, ſi Eccleſiam iſtam Bartholomæus ipſe fũdaſſet? & tamen innumeræ, quas Apoſtoli fũdauerunt, Patriarchales non ſunt. Quid, ſi Bartholomæus in Vrbe Vagarſciabat obijſſet? & tamẽ Andræas, vt de reliquis taceam, Apoſtolus ſenior, & primũ à Chriſto vocatus, Patris in Achaia mortuus, ac ſepultus eſt, cuius Ciuitatis Eccleſia Patriarchalis non eſt. Quid, ſi Bartholomæus Eccleſiam iſtam rexiſſet Epiſcopus? & tamen Epheſina Eccleſia, quam Paulus, Vas electionis, fundauit, & Ioannes, dilectus Apoſtolus, vſque ad mortem Epiſcopus rexit, Patriarchalis non eſt, nec fuit vnquàm. Quid tandèm, ſi Sedem iſtã Bartholomæus ipſe Patriarchali nomine, & honore donaſſet? & tamen Hieroſolymitana Sedes, quam Iacobus, frater Domini tenuit, per quingentos ferè annos & nomine, & honore Patriarchalis habita eſt, non autem re, ac poteſtate; ſed, vt ex Canone 7. Niceni Concilij conſtat, ſubiecta fuit tum Archiepiſcopo Cęſareæ, qui erat Paleſtinæ Metropolitanus, tum Patriarchæ Antiocheno, qui, vt diximus, toti præerat

Ori-

Orienti. Vide, quæsò, quàm longiſſimè ratio iſta Patriarchalis ab Armena Eccleſia diſtans comperietur, niſi ad Petri Sedem, Primatumque Romanum eius deriuatio referatur. 45

Quòd ſi dicas: quænam alia Eccleſia ſit, ſi nec illæ, quas Apoſtoli curauerunt, verè, ac propriè fuerint Patriarchales? Reſpondeo: Etiamſi quinque iamdiù numerentur Sedes Patriarchales, & hoc ordine: Romana, Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hieroſolymitana; quarum quælibet multis, ac magnis Prouincijs præſidet: tamen à principio non fuit ſic; ſed illæ tantùm propriè tales æſtimabãtur, in quibus Petrus, Apoſtolorum Princeps, ſedit Epiſcopus. Diſertiſſimè id demonſtrat Eminentiſſimus Bellarminus hac ratione: 46

Bellarminus tom. 1. Controuer. 5. libro 1 cap. 24.

Apud veteres (vt liquet, præſertim ex Niceno Concilio, can. 6. & Chalcedonenſi, act. 16.) tres tantùm Eccleſiæ habitæ ſunt propriè, ac ſuapte, vt ita dicam, natura Patriarchales: primo loco Romana, quæ Occidenti, & toti præerat Orbi; ſecundo Alexandrina, cui ſubdebatur Ægyptus, Lybia, & Pentapolis; tertio Antiochena, cuius regimini ſuberat Oriens. Nam Hieroſolymitana, vt dictum eſt, non re, ac poteſtate, ſed nomine ſolùm, & ſecũdùm honorariam quandam ſeſſionẽ talis erat: Hieroſolymorum enim Epiſcopus quartum quidem locum in Concilijs obtinebat, ſed nulli Epiſcopo præerat; immò ſubiectus 47

erat

ցրատրիարգականն չհասու-
ած, զոր ըս
աւագոյնք ի շիտանն պետրոս հոմո-
ապաստաց ած ի հռոմ անձամբ եկեր,
ած միջնորդու-ած աշակերտն ու-
ոյ, որ ի գիտից նորոյ:

Եւ սորա էին միայն երեք. որպէս
յայտ էր առ նախնեսն օրէն, և որպէս մը
հայէ միջերորդ կանոն ընդդէմ ժողո-
վոյն, յորում նախ ամենայն հռոմայեցի, որ
առաջնորդէր անմիջապէս գործեալոյս
և միջնորդութեամբ գործելոյ և գոհ
ացեալոյս: երկրորդ ամենայն աղէքսան
դրոս, որ կառուցաւ զիզիպտոս,
զլիբիան, և զպենտապոլիս: և երրորդ
ամենայն անտիոքացի, որ հոմոլոգէր գոյ
նելեան կոչին ասմ: Քանզի, որպէս
ասացաւ խիլերոյ, նախակոյսն էին ոչ
միայնակ, այլ անուանակ միայն, և
ըստ արժանի լինելոյն պատուոյ կո
չեր պատրիարգ: Եւ նախակոյսն
հաստատեալ պատճառս
նոր հայրապետական մայրաքաղաքին կա
նոնք լինել պատրիարգական նախ ի ժողո
վոյն հաստատեալ, և ապա ի բիւզ
ղոնեայ ընդունելոյ. Թէպէտ հայրապետ
ան հռոմայեցի և այլ պատրիարգունքն
ոչ կամէցան ընդունել զայս պատրիար
գ
գիս մինչև ի ժամանակս սահմանոյն
հայոցն. որ յորժ բանիսասանաց մեր հո
գւոյ, և մեր իշխանու-ած էին պատրիարգ
գին: Սակս այսորիկ յայնժամ յետ
հինգ հարիւր ամաց ի ծնընդենէ քո
հաւանեալ պատին հռոմայ հանդերձ
հռ-անու-ած այլոց երկուց պատրիարգ
գացն Թոլեմայի, զի կատարգնու-ած
ին նոցին լիցի պատրիարգ, և նստցի
ի բեմկորդ տեղոջ, և զի պատրիարգ
գն էին հինգերորդ ի լինել յայնմ վայրի:

Զոր այսու հետեւ-ած ընդ-ինքն. Ած
վասն էր նոքա միայն ասացին, և ոչ

յաւե-

erat ipſe Archiepiſcopo Cæſarienſi: His deindè acceſſit Patriarchatus Cõſtantinopolis, cuius Epiſcopus in Conſtantinopolitano primo Concilio, ac poſteà in Chalcedonenſi, conatus eſt, ratione Sedis Imperatoriæ, non modò Patriarchatum, ſed etiam ſecundum locũ inter Patriarchas adipiſci; quanquàm id aſſequi nõ antè potuit, quàm tempore Iuſtiniani à Romanis ſummis Põtificibus impetraret. tunc enim, poſt annum Domini quingẽteſimum, tũ Imperatoris operà, tum Pontificũ Romanorũ permiſſione cœperunt Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus Epiſcopus in numero Patriarcharũ haberi, nullo ampliùs reclamante.

Hoc iam poſito, quæritur; cur tam paucæ, tres nimirùm, & non plures, fuerint Sedes Patriarchales à principio conſtitutæ? cur Alexandrina, in qua ſedit Marcus, Apoſtolorum diſcipulus, æſtimata ſit Patriarchalis, & non potiùs Epheſina, quam rexit Ioannes Apoſtolus; neque Hieroſolymitana, niſi quantùm ad ſolum honorem, in qua ſedit Iacobus Apoſtolus? cur denique eadem Alexandrina loco præcedat & Hieroſolymitanam, & Antiochenã, quæ ſunt antiquiores, & Antiochena quidem ab ipſo Petro adminiſtrata?

Itaque vera ratio ternarij numeri harũ Sedium alia non fuit, niſi Principatus, ac dignitas Petri. ſiquidèm Petrus Antiochiæ, & Romæ per ſeipſum ſedit; Alexandriæ verò vel per ſe, vt tradit Nicephorus, lib. 14. cap. 3., vel per ſuum diſcipulum,

& interpretem Marcum, quem Romà illuc misit, vt nomine suo fundaret, regeretque eam Ecclesiam, vt testatur Anacletus Papa, epist. 3. dicens: *Secunda Sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo consecrata est. tertia autē Sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis.*

Et clariùs hac de re loquens Magnus Gregorius, lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexandrinum: *Ille*, inquit, hoc est, Alexandriæ Patriarcha, *mihi de Petri Cathedra loquutus est, qui super Petri Cathedram sedet.* Et rursùs ibidem ait: *Cùm multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis, Vnius est. Ipse enim sublimauit Sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit Sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit Sedem, in qua septem annis quamuis discessurus sedit. Cùm ergo Vnius, atque Vna sit Sedes, cui ex auctoritate diuina tres nunc Episcopi præsident; quicquid ego de Vobis boni audio, hoc mihi imputo.* Ita Gregorius Papa.

Ratio autem ordinis earundem Sedium est; quia licet omnes tres sint Sedes Petri; tamen ad mortem vsque per se Petrus Romanam administrauit; Alexandrinam per Marcū Euangelistam; Antiochenam per Euodium. Sicut ergo maior est Petrus Apostolus Marco Euangelista, & Marcus Euangelista Euodio; ita quo-

յատ Էլէի, ունէին՝ ի սկզբանէ զոյատրի
ա ր ք ե ա կ ա ն իշխանութիւն: ընդ որս ա
ն ա ղ ե ա ն դ ր ա, յորոյ վերայ Ն ե ս
տո՛ր մարկոս աշակերտ և Թարգման
նիչն պետրոսի, զորմէ ինքն պետրոս
ասաց՝ ի յառաջին Թուղթն իւր, Թէ
մարկոս որդի իմ՝ ողջ պատուիրակ
կան, և ոչ ողջ այնպիսի աԹոռն Եփե
սոսի, յորոյ վերայ՝ տասն՝ արքեպիս
կոպոս առաքեալն յովհաննէս, և ոչ և ս
ողջ այնպիսի աԹոռն Էմի, ԼՔէ ոչ
ա ռ ա ւ ե լ ս ի տիոն, յորոյ վերայ՝ տասն՝
առաքեալն յակովպոս եղբայր աՆ:

ՈՉ այդ եւ այլ ինչ պատասխանի առ այս գոյանի. ԼՔէ ոչ զի պետրոս առաջնորդն Եկեղեցոյ և առաքելոցն անձամբ իսկ նստաւ՝ ի վերայ Եպիսկոպոսական աԹոռոցն անտիոքայ և հռոմայ. Նա և՝ ի վերայ աղեքսանդրիայ աԹոռոյն Եվանձամբ իսկ նստաւ՝, որպէս պատմէ յաՆուանէ պատմիչն Եկեղեփորոս՝ ի Յ ե ր ր ո՛ գիրս, և յերրո՛ գլխէն պատմագրուԹեան իւրոյ. և Եվ ԼՔէ ոչ ինքնամբ անձամբն, գնոնա աշակերտեաւն եւրոյ մարկոսիւ, զոր առաքէց յանդ ի հռոմ մայ որպէս զի՝ ի դիմաց եւրեան հաստատեսցէ և հռովմէացի զայն Եկեղեցի, որպէս վկայեն այլ պատմիչքն, մանաւանդ սուրբն անակլետոս պապն՝ ի Ե ր ր ո՛ գԹղԹն իւր, ասելով այսպէս: Ե ր կ ր ո ր դ աԹոռն, որ յաղեքսանդրիայ՝ ի դիմաց պետրոսի հաստատեցաւ՝ ի մարկոսէ յաշակերտէ նորայ: և Ե ր ր ո՛ աԹոռն, որ՝ի յանտիոք, վա՛ն անուանի նորին առաքելոյն սբ պետրոսի պատուական լինի:

Եւս և սբն գրիգոր հռովմայ հայրապետն՝ ի Թուղթ առ Ե՛ւ լոգիոս զաղեքսանդրացին իմէրայ նոյն իրիս ասէ: Պատրեարքն աղեքսանդրիոյ, որ ինձ քան աԹոռոյ պետրոսի՝ ասաի, վա՛ պետ

րոսի

quoq; Romana Sedes Alexandrinâ / & Alexandrina Antiochenam ſuperat dignitate.

Nec velim dicas (vt mihi quondàm ex Armenijs imperiti aliquot reſpondebant): Ex eo, quòd prima Sedes Patriarchalis, Romana ſit; ſequitur quidem, Romanum Epiſcopum eſſe primum, ac digniorem Patriarcham, qui primum, dignioremq; locum inter reliquos obtinere debeat; non autem, Patriarchis alijs illum præeſſe, & imperare. quemadmodùm ex eo, quòd fecúdus Patriarcha loco, ac dignitate præcedat tertium, alioſque ſequentes, non ſequitur, hos teneri eius ſubeſſe imperio.

Nam Pontifex Romanus, non quia primus Patriarcha eſt, ideò reliquis præeſt; ſed quia Papa eſt, Chriſtique Vicarius: atque, vt talis, nõ dicitur primus, ſed Princeps, ac Præſul aliorum Patriarcharum. Poteſt enim ille conſiderari, vel vt Epiſcopus Vrbis eſt, vel vt Archiepiſcopus Romanæ Prouinciæ, vel vt Patriarcha proprius Occidentis, vel demũ vt Papa, & Pontifex Maximus, ſeu Succeſſor Petri, & Chriſti Vicarius. Conſideratus quidem, vt ſimplex Epiſcopus, non præſidet, niſi Romę tantùm, & eſt primus inter Epiſcopos Romanæ Prouinciæ: vt Archiepiſcopus, præſidet præterea Romanę Prouinciæ, cunctiſque eius Epiſcopis, & eſt primus inter Archiepiſcopos Occidentis: vt Patriarcha, toti præſidet Occidenti, omnibuſq; Archiepiſcopis Occidẽtalibus, & eſt primus inter Patriarchas: denique

vt Papa, Chriſtique Vicarius, & caput totius Eccleſiæ Chriſtianæ, præſidet Vniuerſo Mundo, & omnibus Patriarchis; atque, vt talis, non dicitur primus Patriarchà, ſed vnicus Paſtor vnius Vniuerſi Ouilis Dominici; ſicut per ea, quæ hucuſque diximus, demonſtratum eſt. ԶԷ 57

Et hæc hactenùs de libro, in quo Mehkitarius contra Papæ primatũ, cunctis Armenorum Sectariorũ obiectionibus repetitis, vnus pro omnibus decertauerat. Nunc illa Vartani ratiuncula, quæ in eo libro decrat, & à nobis in huius quæſtionis initio allata fuerat, ſupereſt diluenda. ԶԸ 58

Chriſtus, inquit Vartanus, *Matthæi 20. Apoſtolorum contentionem illam: quis eorum Videretur eſſe maior; acriter reprehendit, dicens: Principes Gentium dominantur eorum; & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. non ita erit inter Vos: ſed qui Voluerit inter Vos maior fieri, ſit Veſter miniſter; & qui Voluerit inter Vos primus eſſe, erit Veſter ſeruus.* Vndè colligit, Chriſtum per hæc verba omnẽ primatum ab Apoſtolis, & conſequẽter etiam ab Eccleſia remouiſſe. ԶԹ 59

Reſpondetur primò ad hominẽ: Si Chriſtus primatum, ac principatum eſſe in Eccleſia, vetuit; cur Armenij Patriarcham ſuum, vt Primatem, ac Præſulem totius Armeniæ venerantur, eiq; Armenos alios Præſules ſubeſſe, dicunt?

Reſpondetur ſecundò, Chriſtũ per illa verba nõ remouiſſe ab Apoſtolis, & Eccleſia principatum, ſed po-

potiùs inſtituiſſe: admonuiſſe tamen,
illum à principatu gentium eſſe de-
bere diuerſum: Primò, quia non
dixit: vos non præſidebitis vllo mo-
dò: ſed, nō ita, vt Principes gentiū:
hoc eſt, præſidebitis quidem, ſed
alio modo.

Secundò, quia Luc. 22. poſt ſi-
milia verba ſubiunxit: *Vos autem nō
ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat ſi-
cut minor; & qui præceſſor*, id eſt, pre-
latus, & princeps, *eſt, fiat ſicut mi-
niſtrator*. igitur erat iam à Domino
Maior, & Præſul vnus inter Apoſto-
los deſignatus; quem ipſe ad humi-
litatem, & laborem iſtis monitis in-
ſtruebat.

Tertiò, quia ſtatim poſt illa ver-
ba exemplo ſuo rem declarauit, di-
cens: *Sicut filius hominis non venit
miniſtrari, ſed miniſtrare*: &, *Ego in
medio veſtrū ſum, ſicut qui miniſtrat*.
Voluit ergo Chriſtus, vnum aliquem
in medio Apoſtolorum, & Eccleſię
ſuæ, præſidere, ſicut & ipſe verè
præſidebat; at non qui præſideret,
vt Principes gentium, cum faſtu ſu-
perbiæ, atque libidine dominandi;
cum iure hæreditario Principatus,
quem filijs derelinqueret; cum tyrā-
nicis legibus, imperando ſubiectis,
vt ſeruis, atque omnia ad ſuum com-
modum, & gloriam referendo: ſed
qui, vt Vicarius ipſius Chriſti, pro
ſalure omnium laboraret, ad ſalutē
neceſſaria miniſtrando; qui, vt fide-
lis ſeruus, & prudens, Domini glo-
riam quæreret, ſeruiretque omnium
ſubiectorum vtilitati; qui denique,
vt bonus Paſtor, cum ſolicitudine

curam

curam omnium gereret, ac pro eis, si foret necesse, suam adhuc poneret animam.

PERORATIO AD PATRES ARMENOS

In eorum Pseudomagistros.

§. Vltimus.

HIs quidem Domini monitis, atque præceptis, Patres Armeni, quàm accuratè solita sit Sedes Apostolica satisfacere, ijs solummodò exploratum non est, quorum mentis oculos, ne lucem aspiciant, maleuolentia, atque liuor abducit. Quis enim in Ecclesia Pontifex alius, præter vnum Christi Vicarium, perhumile sibi nomen illud adsciuerit: *N. Episcopus, seruus seruorum Dei?* quænam alia Cathedra tãto sanctorum Præsulum numero decorata sit, quanto Romana, cuius Pontifices ij, quos Ecclesia sanctos colit, quinarium addunt suprà sexagenarium; ex quibus viginti septem pro Christi fide, ouibusque tuendis strenuè vitam cùm sanguine profuderunt? De ministerio autem, curaque Romani Pontificis pastorali incustodiendis, muniendisq; dispersis toto Orbe Ecclesijs, in egenorum calamitatibus subleuandis, in dilatanda Religione, in omnium procuranda salute, quid loquar? quo enim studio, quàm perlibẽti animo, quanta munificentia pro Reipublicæ Christianæ, fideique Catholicæ incremento sua dedat æraria ad alũ-

no-

ջայսպիսի վերագրեալ խրատս և զհրա-
մանս ամս : քանզի ոմ օր այլ հայրապետ
բաց ի միոյն փոխանորդէն էի , յատ-
կացոյց ինքեանն զխոնարհ անուանն զա-
յն . Ոչ այս անուն եպիսկոպոս , ծա-
ռայ ծառայից ՝ ոմ ոչ այլ աստ-
ուածային ՝ Ոմ ոչ այլ աստ-
ուածընտիր Ռատոմ սրբոց հայրապետաց
զարգարեցաւ , որչափ սմանէն հռոմ
մայ . սուրբ հայրապետէն այնոքիկ . յր .
պապէն , զորս ընկալեցին սուրբս հրա-
ւառնակէ , յիշատակէ , և սօնախմբէ ,
ևս վանեաւն , և հինգ . յորոյն քան
և եւՔն իմիջոյ պահպանուՔէ ոչ
խարտոց , և մի վկայուՔէ սբ հաւա-
տոյն եպեալ զանձինս իւրեանց , ընկա
լան զյաղթանակ սրտին մարտիրո-
սուՔէ : Ոյոկ յիշդս պաշտպանուՔէ
և հոմոսպեսական հոգացողուՔէ
հռոմմայ հայրապետին ի խնամել զնա
ևկեղեցս աշխարհի . ի յորմէ և բժշ
կել պահպանուՔէց ազքատաց . ի սա
րած ել քոզ սահեղեսս զձշմարիտս հա
ւատս էի . և ի հոգալ մի փրկուՔէ
ամենեցուն , զինչ սուացիր , կամ զինչ
խօսեցայր : քանզի մի հայասատելոյ և
աձեցուցանելոյ յիսմ ուրեք զուզող
փառուՔէ , յորում ապառէ զգան
ձս իւր առաքելով ի հեռաւոր ազգսն
աշխարհս սահեղեսց զառաքելաշխա
րհ քարոզօղս աւետեսանին . սնուցա
նելով զբազմազան դպրոսուն իմ
ազգաց . և սալով զօգնուՔիս բարե
պաշտ Ռագաւորաց և իշխանաց ի կը
ռիս զոր առնեն ընդ դէմ անհաւա
տից և Ռիսաւեաց խաչին քի . Լաւ
գիտէ զոյս նոյն ինքն ևկեղեց հայոց .
գիտեն հինն Ռագաւորք և հայրապետ
ք ձեր , ոչ Ռէ իմացողուՔէ միայն ,
այլ և սիրելիք և գործով . զի միշտ
փորձելոյն զաՌուն հռոմմայ ևնդեանց

և

norum exterarum gentium Collegia ſuſtentanda ; ad omnes Mundi plagas Apoſtolicorum virorū Miſſionibus inſtruēdas, ad ſubſidia pijs Principibus , Regibuſque , contra feros hoſtes Eccleſiæ bellantibus , ſuppeditanda , vel ipſa dicat Armena veſtra Eccleſia ; quę potentiſſimis Sarracenorum armis plerumque olim exagitata , haud alias ſibi , in extremis toties laboranti , ſuppetias gratulata eſt , niſi quas Apoſtolica Romana Sedes, vel Pōtificijs ſuis Claſſibus miſit , vel à Chriſtianis tum Occidentalibus , tum Orientalibus Regibus aſſiduis potuit precibus eblandiri: quę ſuis etiam in Prouincijs, ne dicam Romę , Chriſtianæ ſapientię officinas,Romanis pręceptoribus, ſtipendijſque munitas , frequenter vidit: quæ Patriarchas ſuos , ſacris , pretioſiſque veſtibus, annulo , infula, pallio, de Romani Pontificis manu acceptis , indutos , ac renidentes, obſequioſiùs, religioſiùſque ſępiſſimè venerata eſt .

Ita ne verò , ingrati , perfidique Pſeudomagiſtri ? ita ne , quaſi cùm hoſte infenſiſſimo vobis eſſet pugnandum , in beneficentiſſimum patrem hunc, patronumq; veſtrum, ſuauemque Paſtorem, in Chriſti Vicarium auguſtiſſimum , & omni ſeculo venerandum , impiè , proteruiterque inſurgitis ? *O ſerpentes geniminа Viperarum*, qui Eccleſię Romanę matris , & altricis veſtræ gremium viperinis morſibus laceratis , *quomodò fugietis à iudicio Gehennæ ? quis oſtendet Vobis fugere à Ventura ira?*

Quæ

Quenam vos ratio impulit, Lupi rapaciſſimi, quamobrem Armenam Eccleſiam, Apoſtolicæ Sedis ouem, ac filiam dilectiſſimam, quę *nutrita olim fuerat, & creuerat, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens*, per vim, per ſcelus, per ſummam fraudem, atq; inſidias ab ouili Dominico, Petrique manu abriperetis ad interitum, & æternam perditionem? Proh ſceleratum, & crudele perfidiæ facinus! vſqueadeò indignum, vt etiam in hoc ſeculo cum Armenici Regni iactura publicam illam, & communē meruerit punitionem, quæ amaniſſimo animo vbique à priſcis Armenię Patribus deploratur. *Deſleo te, Armeniorum Regio* (ſcripſit pererudītus ille Biblicæ veſtræ tranſlationis auctor, Moyſes Grammaticus) *deſleo te, Vniuerſa Septentrionis ora: quia ablatus eſt à te Rex, & Sacerdos, Conſiliarius, & magiſter; receſſit pax, & acceſſit confuſio; corruit orthodoxa fides, & graſſata eſt hæreſis cum inſcitia. Lugeo Vos Armeniarum Eccleſias, deſpoliatas ſpecie ornamenti Altaris, ſtrenuis priuatas Ducibus, ac Paſtoribus*, &c.

Ibidem cap. 17. num. 22.

Et poſt hunc, Patriarcha Ghelaienſis in elegiaco Carmine: *Hæc nobis mala*, inquit, *primi Patres noſtri præſagientes Vaticinati ſunt; diuinam ſcilicet indignationem, quæ ſubindè exorſa, ad hæc vſque tempora durat. Regionem noſtram exteri deuorant in conſpectu oculorum noſtrorum: ab inſana diuexamur gente, nec dum tamen à peccatis erigimur. Sedes Pontificia,*

Ibidem cap. 20. num. 29.

Quęnam vos ratio impulit, Lupi rapaciſſimi, quamobrèm Armenam Eccleſiam, Apoſtolicæ Sedis ouem, ac filiam dilectiſſimam, quę *nutrita olim fuerat, & creuerat, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in ſinu illius dormiens*, per vim, per ſcelus, per ſummam fraudem, atq; inſidias ab ouili Dominico, Petrique manu abriperetis ad interitum, & æternam perditionem? Proh ſceleratum, & crudele perfidiæ facinus! vſqueadeò indignum, vt etiam in hoc ſeculo cum Armenici Regni iactura publicam illam, & communẽ merucrit punitionem, quæ amariſſimo animo vbique à priſcis Armenię Patribus deploratur. *Defleo te, Armeniorum Regio* (ſcripſit pereruditus ille Biblicæ veſtræ tranſlationis auctor, Moyſes Grammaticus) *defleo te, Vniuerſa Septentrionis ora: quia ablatus eſt à te Rex, & Sacerdos, Conſiliarius, & magiſter; receſſit pax, & acceſſit confuſio; corruit orthodoxa fides, & graſſata eſt hæreſis cum inſcitia. Lugeo Vos Armeniarum Eccleſias, deſpoliatas ſpecie ornamenti Altaris, ſtrenuis priuatas Ducibus, ac Paſtoribus*, &c.

Et poſt hunc, Patriarcha Ghelaienſis in elegiaco Carmine: *Hæc nobis mala*, inquit, *primi Patres noſtri præſagientes Vaticinati ſunt, diuinam ſcilicet indignationem, quæ ſubindè exorſa, ad hæc Vſque tempora durat. Regionem noſtram exteri deuorant in conſpectu oculorum noſtrorum: ab inſana diuexamur gente, nec dum tamen à peccatis erigimur. Sedes Pontificia,*

ex

Ղ 6

Է 7

Ը 8

և ամ ջրհատունէից մայր ողումն, օգ նիչ, սիրոյ, մուրացանոց, և հաւատաց ուոյ:

Հայա ընդէր ոմ մխիթար, ոմ վար դան, ոմ առաքելացի, ոմ հանուէնէրք ձշմարուէ. ընդէր նախանձաւոր սրտիւ, և չարուչար գրով, առ ի կորուստ աղգիդ ձերոյ, և ընդ դեմ ոդղղափառուէ մարդկէրով, ոչ պարտ ոչիք անիրաւուէ մեծաւ ընդ դեմ դինել գերապատիւ փոխանորդիս քի, և բարեբարիս բաղցրատեսիս հօրդ ձերոյ, և խնամարկու հոգւոյս ամ քրիս տոսէից: Ոմ օձք ծնունդք եմիք, որ Քրիստոս խոնարհք կամք գարդանդ մուրճիչ մօրն ձերոյ հուովայ Եկեղեցոյս, զի արդ փախուցուք ի դատաստանէ գեհենին. Եւ ո՞ղոյն ձեզ փաղչիլ ի բարկուէնէն որ գալոց է: ոմ գայլ լէ ախչտակօղք՝ վասն ոչ պատճառի յօժարէցիք շրջիլ ի յաւուրս լուսոյ ճշմարտուէն և սիրելի դուստր նորա զեկեղեցի հայկազունեաց քաղաքաց, որ սնեալ էր և սնեալ՝ ի հացի նորա ուսուլով, և ի բաժակէ նորա ըմպելով, և ի ծոց նորա քանելով: այլ դուք հանդարձակիցք պատուղական հարսիք և խաբէուէբք ի պետուէն ձեռաց և ի սէրուանան հօտէն յափշտակել վրայ, և ած ել ի կորուստ յաւիտենական: Ոչ անիրաւուէ մեծ և սրբապէղծ չարագործուէ, որ սինչ և յայսմանէ կենդանագոյս սկսաւ վրէժ առել, պահանջելով յիսուսէ ազատ դատաւորէն իւրմէ պարզուհիս և անմեղն Յողովրդեան զհատարակեան պատիժն պատճառ. յորոյ վերայ հատ ցէ ձեր դատաստան արտասուօք լացին և ողբացին:

Ողբամ ղքեղ հայոց աշխարհ. ասէ

էնր

ex qua lux oriebatur, iam offunditur tenebris; procul ab ea facti sunt Rectores, per extraneas regiones errantes: gens, quæ regali priùs gloriabatur corona, nunc plebeijs postponitur: qui in pluribus dominabãtur prouincijs, panem ab esurientibus quæritant: &c.

Ac tandem, vt reliquos mittam, Episcopus Lampronensis, Armenorum Doctorũ eruditione, integritate, generisq; prosapia facilè Princeps, in Orat. ad Patres Tarsensis Cõcilij: *Reijcite procul*, inquit, *à cordibus prauum thesaurum, qui nobis diuersas peperit calamitates. Sed quas? & quisnam eas valeat recensere? hinc cœpimus esse sine Rege, sine Principatu, miserè sub Gentilium redacti dominiũ. Constitutiones nostræ, sub schismate existentes, praua radicis germina peiora esse cœperunt. Populi nostri, insipientes; Principes, socij furum; Ecclesiæ, spelunceæ, atque alienigenarum tabernæ; aliaque permulta, quæ quidem percurrere verbis, mentequè recolere, difficile admodùm est*, &c.

Hæccine est Ecclesia, perditissime Mehkitari, quam tu, incredibili armatus audacia, Romanę equalẽ constituebas? En vides, vt tuus ille, collegarumq; tuorum temerarius ausus eam ornamento despoliauit, Regno priuauit, sub Infidelium iugum, sub miserrimam, ac lacrymabilem seruitutem redegit. *Tu enim* (inquit de Lucifero Isaias, quòd æquè de te, Sectàque tua dicendum est) *Tu enim Terram tuam disperdidisti: tu populum tuum occidisti*. Et Ieremias: *Arrogantia*, inquit, *tua decepit te*,

& superbia cordis tui; qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinē collis: cùm exalteueris quasi aquila nidum tuum, indè detraham te, dicit Dominus. quis enim similis mei? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? intellige, Vicario meo: quippè Vicarius Armenicè *vultus* vertitur *mutuatus*.

Ier. 49. 16

O Armeniæ vetus Ecclesia, quàm anteà fœlix eras, quàm dispari gloriabaris dominio, cùm splendorem, decoremque tuum, vigorem omnē, ac potestatem ex Petri Sede participabas! Eheu, quomodò facta es sub tributo? quomodò argentum tuum versum est in scoriam; bona ferè omnia tua iam perdita, & ad perniciem profligata sunt? Quid faciam? quò me vertam? cuius tandem opē, in residuo impendentium ruinarū, præteritarum omnium longè deterrimo, te iuuaturus, implorem? Vos obsecro, obtestorque per vestram fidem, Patres Armeni venerabiles: vos, inquam, qui rem totam optimè cognitam, penitùsque perspectam habetis, & quos scio posse, & debere rei, gentique vestræ opitulari; miseremini calamitatum vestrarū: consulite vobis, prospicite Patriæ, vestrum, populique Armenici nomen, salutemque defendite.

Ier. 13

Ier. 14

Enimuerò res, de qua nunc agimus, summa rerum omnium est, ex qua summi, totiusque boni, vel mali, quod in caput vestrum breui casurum est, ratio pendet vniuersa. Agitur enim, non de corruptibili quoquàm Regno, ac fœlicitate; non

de temporaria, vulgarique miſeria; non de caducis hiſce, fugacibuſque fortunis, vel infortunijs; ſed de vltima, perpetuaque beatitudine, aut calamitate, de immortalis, æuiternæque animæ vita, vel exitio ſempiterno: agitur, non qua conditione ad tempus victuri, ſed victurine ſitis in æternum, an æterno ſupplicio, ignominiaque perituri?

Vna eſt enim Eccleſia, Patres Armeni, vna Petri nauis, vnũ ouile Chriſti, non multiplex: intra huius nauis, & Eccleſiæ fines ſaluari poſſumus; extrà, peribimus omnes, & æternæ vitæ naufragium faciemus. Iam propè mors corporis eſt, & in ianuis: iam imminet reis ſeueriſſimi ſpreti Iudicis ira: impendet, hæreticis potiſſimũ, atq; ſchiſmaticis, ijſq; omnibus, quorũ incuriâ iſti periere, ſupplicium, & terribilis, horriferaq; illa damnationis ſententia: *Ite maledicti in ignem æternum.* Ite vos, quorũ prauis, erroneiſque dogmatibus fides mea Catholica conſpurcata fuit: quorum audaciâ, atque ſuperbia corpus meum, Eccleſia, diſciſſum eſt: quorum contumaciâ meus in terris Vicarius ſpretus fuit. Ite vos in ignem æternum mercenarij Præſules, atque Paſtores, qui meum ouile non ea, qua par erat, vigilantia cuſtodiſtis: qui meæ fidei veritatem, quam ſciebatis, veſtri quæſtus, & commodi causâ non promulgaſtis: qui lupos, Hæreticos, in gregem meum irruentes, præ timore periculi, præ puſilli animi ſocordia, præ populari beneuolentia, plauſuque

captando, non coërciſtis. Ite demque in ignem æternum, qui ouium 18
mearum diſperſionem, direptionē, & interitum omnem ſuſque deque, immò pro nihilo habuiſtis. Quin ita? cur aliter ſe res habeat in æquiſſimo eo Iudicio? ſi enim, qui tantùm miſericordiæ opera exercere in proximos omiſerunt, condemnātur: quid ni, qui in proprijs eius bonis Iudicem laſerant, aut animarum, eius ſanguine redemptarum, ſalutem neglexerant?

Et verò, quanquàm puto, Patres Armeni, nullum horum malorum 19
ſubituros vos eſſe; quippe quos, cū ſtrenuæ virtutis viros iam habeam, atque anteà nouerim, ſpero, id exitu præſtituros, quod ſemper, ac prolixè de vobis pollicitus omnibus ſum: vix enim poteſtis à perenni, conteſtatàque virtute Maiorum veſtrorū degenerare: tamen nihilominùs, quia obligatio veſtri muneris, grandis quidem, & ardui (quamuis nihil difficile amanti putem) vndique ſcatet periculis, magnaque propterea indiget cogitatione, ac vigilantia: dicente Apoſtolo, *Præpoſiti Veſtri perui-* Hebr. 13.
gilent, quaſi rationem pro animabus Veſtris reddituri: Et Deo ipſo Ezechieli, *Fili hominis ſpeculatorem* Ezechiel. 33.
dedi te domui Iſraël: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. ſi non fueris locutus, Vt ſe cuſtodiat impius a Via ſua; ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Et rursùs: *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores,* Ezech. 34.
requiram gregem meum de manu eorū.

Idcir-

ՅԸ քե կամ ծառայութե այսր աշխարհ
հես բան լինի. ոչ յիշդ ժամանակաւ
ևոր երանութե կամ շնորհութե
մեր թագաւորութեն հիմնադրոյս.
այլ մանաւանդ յիշդ յաւիտենական
կենաց կամ կորուստն ձառեմք. յիշդ
հանգչենալոյ Աստուծոյ, կամ
անվաղճանելի մահու և տանջանաց:

Քանզի ոմն է ենդիցին բե, ոչ այդ
եղբարք. մի՛ նաեղ պետրոսն. մի՛ հա-
ւատ առնուն, և ոչ յոյսով: աՀդդ՛ է
մեզ այսր ենդիցուլ և նամարս կարեմք
փրկիլ. և արտաքոյ նորա չեք բնաւ ին
փրկուե՛ն, այլ կորուստ, և նամակ
ծառայ յաւիտենական կենաց: աՀա
ու հետև մահն մարգոյ մերձ է՛ ի
դուրս: ի վերայ մեղաւորաց կայ բար
կութիւն արդ արագաւ արարջիք:
Եւ մանաւանդ հիմերայ հեթեռիկո
սաց, և յենդիցոց, և առաջ
նորդացն այնոցիկ, որոց ծառայե
ցեալքն բն կորեան, առեալ է յա
ւիտենական պատիժն, և զարհուրե
լին դատաստիճ կորզասանան, Ե՛ն ը
նաղ յինէն անկնելոյ՛ ի հուր յաւի
տեան: Երեսայք դուք, որ աղանգաւո՛ր
և մոլեկան վարդապետութե ասող
կանեցիք զնա հաւատաւս ոչղղափառ.
որք չար դանանձով և փառասիրու
թե հեթանոցիք զմարմինն իմ զեկեղեցին. որք
անիրաւ ապստամբութե մերժեցիք
զփրկանարդ իմ հիմերայ երկրի զաղը
ձն պետրոսի: Երեսայք և դուք յին
են վարձա կան հովիե՛ք և առաքնորդք
որ զդուշութե ոչ պահպանեցիք զոչ
խարս իմ, որք վն ձերոյ փառաց, և զո
շաբաղութե աղագաւ ոչ յայտնեցիք
ժողովրդեան զձշմարտութին իմ հա
ւատոց. որք վն ընդդատորդութե և
երկիւղն ոչ հաստատեցիք զայլոց հե

բանք

captando, non coërciſtis. Ite denique in ignem æternum, qui ouium mearum diſperſionem, direptionē, & interitum omnem ſuſque deque, immò pro nihilo habuiſtis. Quin ita? cur aliter ſe res habeat in æquiſſimo eo Iudicio? ſi enim, qui tantùm miſericordiæ opera exercere in proximos omiſerunt, condemnátur: quid ni, qui in proprijs eius bonis Iudicem laſerant, aut animarum eius ſanguine redemptarum, ſalutem neglexerant?

Et verò, quanquàm puto, Patres Armeni, nullum horum malorum ſubituros vos eſſe; quippe quos, cū ſtrenuæ virtutis viros iam habeam, atque anteà nouerim, ſpero, id exitu præſtituros, quod ſemper, ac proliæ de vobis pollicitus omnibus ſum: vix enim poteſtis à perenni, conteſtatàque virtute Maiorum veſtrorū degenerare: tamen nihilominùs, quia obligatio veſtri muneris, grandis quidem, & ardui (quamuis nihil difficile amanti putem) vndique ſcatet periculis, magnaque propterea indiget cogitatione, ac vigilantia: dicente Apoſtolo, *Præpoſiti Veſtri perui gilent, quaſi rationem pro animabus Veſtris reddituri:* Et Deo ipſo Ezechieli, *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annunciabis eis ex me. ſi non fueris locutus, Vt ſe cuſtodiat impius à Via ſua; ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguinem autem eius de manu tua requiram.* Et rursùs: *Ecce ego ipſe ſuper Paſtores, requiram gregem meum de manu eorū,*

Idcir-

Idcircò nihil est, cur egreferre debeatis, aliquid à me vobis de hoc vestro periculo in memoriâ reuocari: maximè, quòd etiam mihi, qui Euãgelico ministerio sum obstrictus, vestræque obligationis aliquantulùm particeps factus, timorem illud incutit, & horrorem; tametsi pro mea parte, ac viribus (quod vestra quoq; in me amplissima beneficia deposcebant) nullum tempus dimitto, neque diurnum, neque nocturnum, quin de vestra vtilitate, quod cogitandum sit, cogitem; quod agendũ, atque faciendum, id non modò non recusem, sed etiam appetam, atque requiram: nec prætermisi, vt mundus essem à sanguine omnium, quin pro vestra omnium salute cum præsens verbis, tum absens scriptis elaborarem, Seductorumque istorum errores, ac fraudes vobis, gregique vestro annunciarem, ac palàm facerem: immò nec subterfugi, quominùs ob id multa, etiam vitæ, subirẽ pericula; multas animi, & corporis acerbitates, multos dolores, cruciatusque perferrem; ac, si alia ferenda sint, feram, Deo adiuuante, non solùm fortiter, sed etiam libenter, dummodò meis laboribus vobis, Ecclesiæ vestræ, populoque Armenico fides orthodoxa, salusque pariatur.

Quòd si ego, qui Armenus non sum, qui aliud hac in re efficere nequeo, nisi clamare; idipsum tamen coquòd imperfectè, etsi largè, feccrim, iure timeo, tinnireque in horã auribus mihi videtur vox illa: *Redde*

ratio-

rationem Villicationis tuæ: quid vos, qui Armeni, qui Patres, qui Præſules, qui Paſtores, qui denique non clamore ſolùm maioris imperij, & auctoritatis, verùm etiam vnico dũtaxàt verbo, quin ſolo nutu, poſſetis ad ouile Chriſti Armenum populum cogere, non timebitis? non formidabitis? non perhorreſcetis? quãdo ad horrorem, metumque vobis iniijciendum pluſquàm ſatis eſſe deberent vel illæ ſolummodò diræ, quas ſancti, illuminator veſter Gregorius, ſummuſque totius Eccleſiæ Paſtor, Silueſter, contumacibus, fœdifragiſque Armenijs imprecati, ſic in Vrbe conſcripſerant: * *Hoc autem fœdus, inter has duas initum Nationes, firmum Vſque ad ſeculi conſummationem permaneat: quicunque Verò ab illo ſe ſubtraxerit, ſit à Chriſtiana ſancta fide diſciſſus, Cainique, Iudæ, & Chriſticidarum Sacerdotum maledictionem incurrat. dicant Angeli, & homines, fiat, fiat.*

Quarè, ſi quem vnquàm veſtrũ, Patres Armeni, ad direptam, profligatam, amiſſam iſtius Eccleſiæ dignitatem, religionemque recuperandam, & in priſtinum ſtatum reſtituendam minùs incendere valeat patria illa virtus, quæ veſtro viget in pectore; ſi non ſtudium laudis, atque nominis immortalis; ſi non amor, ac pietas in Ciues, in propinquos, in Patriam; ſi non ſpes æternæ mercedis; ſi denique nec zelus fidei, nec timor Dei, nec obſequium in Creatorem, neque gratus animus erga Chriſtum: at certè im-

* Vide 1. par. cap. 2. nũ. 64.

24

25

26

vationem Villicationis tuæ: quid vos, qui Armeni, qui Patres, qui Præſules, qui Paſtores, qui denique non clamore ſolùm maioris imperij, & auctoritatis, verùm etiam vnico dũtaxàt verbo, quin ſolo nutu, poſſetis ad ouile Chriſti Armenum populum cogere, non timebitis? non formidabitis? non perhorreſcetis? quãdo ad horrorem, metumque vobis inijciendum pluſquàm ſatis eſſe deberent vel illæ ſolummodò diræ, quas ſancti, illuminator veſter Gregorius, ſummuſque totius Eccleſiæ Paſtor, Siluester, contumacibus, fœdifragiſque Armenijs imprecati, ſic in Vrbe conſcripſerant: * *Hoc autem fœdus, inter has duas initum Nationes, firmum Vſque ad ſeculi conſummationem permaneat: quicunque Verò ab illo ſe ſubtraxerit, ſit à Chriſtiana ſancta fide diſciſſus, Cainique, Iudæ, & Chriſticidarum Sacerdotum maledictionem incurrat. dicant Angeli, & homines, fiat, fiat.*

Quarè, ſi quem vnquàm veſtrũ, Patres Armeni, ad direptam, profligatam, amiſſam iſtius Eccleſiæ dignitatem, religionemque recuperandam, & in priſtinum ſtatum reſtituendam minùs incendere valeat patria illa virtus, quæ veſtro viget in pectore; ſi non ſtudium laudis atque nominis immortalis; ſi non amor, ac pietas in Ciues, in propinquos, in Patriam; ſi non ſpes æternæ mercedis; ſi denique nec zelus fidei, nec timor Dei, nec obſequium in Creatorem, neque gratus animus erga Chriſtum: at certè im-

ղնալ ըստ նրայ ինչ պատուհասուց
ՔԵՆՆԵԼոյ, ի յերկիւղս Քն ինչ էս եսկ
ամէն միկու ՔԸ խմոյ, գուցէ Քէ՛ ի գոչ
ծոյ պաշտամանս պակաս գտանիցիմ՛ ի
առաքել. Քէպէտ և հանապազ ըզ
ցայգ և զցերեկ չդադարիմ ըստ կարի
խմուս հոգալ և վաստակել վ ձեր. և
ոչ Քողեմ խրատել զձեզ Քէ բանիւ
դէմ յանդիման, Քէ գրով ի բացոստա
և զգուշացուցի զձեզ և զհօտս ձեր ի
խաբէութէ և աղանդոց մոլորեցուցչ
ցդ այդոցիկ: և ս և ոչ խոշնեցայ ի կրե
լոյ ի միջի ձերում բազմազան վիշաս
չարչարանս, հեծանդուԹիս, և հարա
ծումս ոչ սակաւ. էս ևՔէ յայսմ վայ
րի այլք ծնայեն ինձ վիշտ կրելի վ ձեր. կրեցից օգնականուԹ այ ոչՔէ
երկնահաճուԹ միայն և բաջալերս,
այլ և մատադիրուԹ և յօժարակա
մուԹ. որպէս զի վշոտ և չարչարանաց
համով՝ օգտուԹի ինչ և միկուԹ ի
ձեզ և ի ժողովրդեանդ և յեկեղեցի
յաջողեացի:

ա՛պա ԵՔէ ես, որ ոչ եմ հայ, և ոչ յոյժ հայերէն բարբառով առնեկա
ցեալ, և ոչ զայլ ինչ ի ձերում միջի
հարող առնել, բայց միայն Քրիստո
ւով աղաղակել և ասել Քէ ես ձայն
բարբառոյ ի հայս. ապա արուստ ասոյ
րէք զձանաւարհն առաւել, և ուղիղ
արարէք զշաւիղս հաճաւոյ նորա.
Քէպէտ և արարի զայդ առաւաւակս
գրով և անդիր. սակայն սակաւ ինձ եք
ինչիմ յաղագաւդաստ գաւառուցն.
և օր ըստ օրէ ինձ Քաւի լսել զձայնս
զհառաչուն. Քէ աւուր զհամար անաս
ուԹէ քոյ: Ողբեմ ընդ էր գոչ.
որ էք հայք, և հայոց հարք, անաւոյ,
աւաքնուդք և հովիՒք, որ և կարէիք
ձախաւՔ բանից քարոզել, և զօրու
Քէ

impellat ſaltem, neceſſe eſt, terror æterni exitij, animæ propriæ imminentis, futurũ illud in Gehenna, horrendumque ſupplicium, omnium acerbiorum, quæ à Deo infligi validiſſimè poſſint, acerbiſſimum. Quæ eſt igitur expectatio; aut quæ vel minima dilatio temporis? certus quidem dies, non vt Sacrificij, ſic & conſilij expectari debet, eò etiam magis, quòd & ipſius inchoati Sacrificij conſummatio ad aliud tempus, pro reconciliatione cum fratribus, iuſſu Domini proroganda eſt.

Iam enim vaticinia veterum Armeniæ ſanctorum Patriarcharum, * Gregorij, Nierſeſis, & Iſaaci, de Regni, & Eccleſiæ veſtræ ruina, ob ſchiſmata, & hæreſes euentura, exitu comprobata vidiſtis: iam querulas voces Præſulum ſucceſſorum, Reipublicę veſtræ non tam excidiũ, quàm excidij cauſas amariſſimè deplorantium, audiuiſtis: iam anathematiſmos, execrationeſque diriſſimas, ab ipſis Synodis veſtris in ſchiſmaticos, ſacrilegoſque Armeniæ Pſeudomagiſtros cõpluries pronunciatas, legiſtis: iam tandem veram Eccleſiæ Romanæ fidem, atq; primatum, Seductorumque iſtorum errores, ac dolos, ipſi Eccleſiæ veſtræ Doctores, ſanctique Patres, libri, diplomata, codiceſque omnes antiqui aperiunt, atque teſtantur: quid aliud expectatur? cur Dei beneficio non vtimini? profectò nulla maior rei maturitas, nulla opportunior cauſa, tempus vnquàm aliud nul-

nullum, hoc à tergo, à fronte, à lateribus amiſſo, tenebitur. Nunc iam aut in perditis, ac deſperatis habenda res eſt Armenica; aut in opere, actuque celeris eius cum Apoſtolica Sede conciliatio. In hanc, rogo vos, atque etiam oro, incumbite Patres Armeni: rogo vos, inquá, non meæ vtilitatis causà, vel præmij vllius humani mihi per eam comparandi: ſpē equidem nullam in terris, omnes in Cælo mihi poſitas habeo, atq; defixas: ſed vt illa vtiliter tantùm ad veſtram, populiq; Armenici fiat tum animæ, tum corporis fœlicitatem: vt fauſtè per eam poſſit ad exitum, in quē quotidiè ſuſpirat Armenia, Magni Nierſeſis veſtri prædictio illa perduci: * *Poſt hæc* (ſcripſit is, cùm Armenum Regnū maximè viribus floreſcebat: poſt ſcilicet diuturnam quandam Armenæ gentis oppreſſionem, ſub infidelium iugo futuram) *fiet redemptio omnium regionum, & Chriſtianorum, à potente Romanorum gente, qui Franchi nominantur: & diſperdentur Infideles, & cadent ſub iugum ſeruituris Romanorum: & dicetur illa die: Væ mortuis, qui ad hæc fœlicia tempora, & requiem hanc magnam non peruenere.*

*Ibidē cap. 6. num 36.

Venient ergo Romani ad redimēdum veſtrum locum, & gentem: ſed quid vobis ad hanc ſpem eſt parati? aut quando bonum hoc arbitramini cuenturum? tum ne verò, cùm antiquæ ſocietatis fœdere violato, Petri, Silueſtrique Cathedram, Romanaque iura proteritis? cùm Orthodoxam Romanorum fidem oppugnatis?

Ղ. 30

Ղա 31

Ղբ 32

լոյդ. եւ եթէ ընդէր ասես այս գոհութեան պատճառն, ես կ՚ասեմ, զի ոչ միայն զանձինս մեռուցանել մեռեալ ազատեալ ասես զոր վն գործ ոչ, որպէս եւ զվն պատուական գոգն: եւ առաքել՝ զի պարտիմք ըստ առաքելոյն հրամանին զիարն ինքն հատուցանել սրբոյ պատուականին յաղագս վասն հաշտելոյ ընդ նոքա աստ:

Հայ առնեսք արդ ընդեմուն լինել ըզ մարդարէութեանն սրբոյն Նահատակին ձերոյ դրիգորի, նմին բանիւ, եւ սա հակիւ, յորժա ազ երեսան Թագաւորութիւն եւ նիզուոյդ ձերոյ պատճառաւ հերձուածոց: Եւ արդէն լուայք ըզ ձայնն ողբականաս հեառն եալ հայրապետացդ, որք լացին զպատճառս յաչէն քան զգործս վշտացն ձերոյ: Ընդ ձերոյսդ վնըզոլմն եւ զանէծս դարհուրելիս, զոր եւ ինքեանք ժողովէն ձեր կանոնեցին ընդ դէմ հերձուածոց պղծութեանն այդր աշխարհիդ: Հայր եւս զոյշ եղէք, եթէ զձեզմանիսն հաւասաս եւ զառաքնութիւնն հատեալ զհաւատակիցսդ վկային եւ բացայայտ անն ինքեանք սէ հատցդ եւ վայրապար եաք, գնացդ, մատնիք, եւ ձառընծայիք նիզուոյդ ձերոյ: Հայդ եւ հա՛մ այլոսմ երթ սպասէք. եւ զինչ այլ ինաստ ձեզ առնասել, կամ լսել, կամ ընծեռնուլ եւ կամ դիտել եւ զդուշանալ: Հայհասեակ ժամանակ ընդառնելն. ահա օր փրկութեան: ոչ արդեօք այլ ինչ դիպուկ ժամանակ գտանիցի, քան զայս, վն տիրանալոյ-ցանկալոյ զաղջն ձեր ընդ առաքելական եւ կաթուղիկէ եկեղեցւոյն:

Եւ արդ՝ այսմ փրկարար եւ սքանչելի միաբանութեանս, զձեզ աղաչեմ, զբուռն արիկէք ոգի սրբասպան հարբ եր

Ղա

nullum, hoc à tergo, à fronte, à lateribus amiſſo, tenebitur. Nunc iam aut in perditis, ac deſperatis habenda res eſt Armenica; aut in opere, aëtuque celeris eius cum Apoſtolica Sede conciliatio. In hanc, rogo vos, atque etiam oro, incumbite Patres Armeni: rogo vos, inquã, non meæ vtilitatis causà, vel præmij vllius humani mihi per eam comparandi: ipẽ equidem nullam in terris, omnes in Cælo mihi poſitas habeo, atq; defixas: ſed vt illa vtiliter tantùm ad veſtram, populiq; Armenici ſiat tum animæ, tum corporis fœlicitatem: vt fauſtè per eam poſſit ad exitum, in quẽ quotidiè ſuſpirat Armenia, Magni Nierſeſis veſtri prædictio illa perduci: * *Poſt hæc* (ſcripſit is, cùm Armenum Regnũ maximè viribus floreſcebat: poſt ſcilicet diuturnam quandam Armenæ gentis oppreſſionem, ſub infidelium iugo futuram) *fiet redemptio omnium regionum, & Chriſtianorum, à potente Romanorum gente, qui Franchi nominantur: & diſperdentur Infideles, & cadent ſub iugum ſeruitutis Romanorum: & dicetur illa die: Væ mortuis, qui ad hæc fœlicia tempora, & requiem hanc magnam non peruenere.*

Venient ergo Romani ad redimẽdum veſtrum locum, & gentem: ſed quid vobis ad hanc ſpem eſt parati? aut quando bonum hoc arbitramini euenturum? tum ne verò, cùm antiquæ ſocietatis fœdere violato, Petri, Siluęſtrique Cathedram, Romanaque iura proteritis? cùm Orthodoxam Romanorum fidem oppugnatis?

ընդդէմ ածէք այս գործս ս յարգելոյն: Ոչ է ապա՛ն, այլոցն անխուսանելի միտս առնեն հաստատել աՀաւասիկ վա՛ղ գործ ոյս, որում և վա՛ղ պատուական: և առաւե՛լ ի պարտիսն ըստ առեալն հրամանին գնոյն ինքն կատարեալ ուրեմն արդ պատարագին յարգելի վասն հաշտելոյ ընդ նոքաւս:

Հայեա՛ առնիք արդ էնխոկ լցնալ զմարգարէութեանն սբ. յովնաՀաղեալ ձերոյ գրիգորի, նէրսէսի, և սահակայ, յորում աւե՛լորան Ծագումն որոնք և ևկեղցոյդ ձերոյ պատճառաւ հեթանոսացոց: Եւ արդէն լուալ զձայնսն ազբակատս հնամեալ հայրապետացդ, որք լացին զպատճառս յաՀէս քան զգոծս վշտացդ ձերոյ: Ընդ որոյսէ զնզղումս և զանէծս գարհուրելիս, զոր և ինքեանք ժողովքն ձեր հանեալեցին ընդդէմ հերձուածողացն գաղղողացն այդր ասելով: Հայել և ոչ ոգոյշ էղէք, եթէ զձեզմարիտ հաւատս և զառաքելադաւանութիւնն հռոմայեցւոց ոչ ասիցուք, և զնոսաբուծիսն վկայեն և բացայայտեն ինքեանք ոչ հաւատք և վարդապետք, գնդրգ, մաամնիք, և ճառընտիրք ևկեղցոյդ ձերոյ: Հայա՛ և ո՞ւմ այլոյմ երթ ապաւէք. և զինչ այլ մեռայէք ձեզ առնասնել, կամ լսել, կամ ընթեռնուլ, և կամ դիտել և գործանալ: Հայեա՛ էասիկ ժամանակ ընդունելի. ահաւասիկ օր փրկութեան: ոչ այդեօք այլ ինչ դիպուկ ժամանակ գտանիցի, քան զայս, զո միաբանեցուցանելոյ զազգն ձեր ընդ առաքելականն և կաթուղիկէ ևկեղցոյն:

Եւ արդ՝ այսմ փրկարար և սքանչելի միտս որս ընձեռ աղաչեմ, զբաւն ասիկէք ոմ սրբազան հարք ձեր

ջանիկը՝ աղաչեմ զձեզ, ասեմ, ոչ ըն- ԼԴ
զիս իմոյ օգտութիւնէ, կամ վարձոյ ուսուց- 33
անիցեալոյ եմ՝ ի մատդիանէ անտի զա-
նազան: զսա՞ կրեցի՝ ի խոհեմ սրբութիւնէ ձեռ
գոյ մատանի անտանգի խորհուրդս այս:
զանգիզ անկանալու-թիւն իմ ոչ լինի առ՝ ի
մատդիանէ, այլ առ ձայ յերկինս վար
ձատրել, ըն զկրօն՝ ի գործ հաստա-ցաւ
նիցէք, ըն ոչ այլ ազէ ցասնէք և ժառա-
նգին իմ առ ձնդ՝ միայն զա ձնդոյ հո-
գևոր և մարմնաւո՞ր օգտութիւն. որպէս
զի՝ ի ձեռն միաբանու-թիւդ փրկիսցիք
ոչ միայն հոգւով՝ ի աւերու-թիւն տառա-
նգի, այլ և մարմնով՝ ի լուծ-ոյ անհա- ԼԵ
ճատից. և զի՝ որպէս կատարեցաւ այլ 34
զանգիս գու-շակու-թիւն մեծ-ին ձեր հնդ
աէսի, նոյնպէս և կատարիսցի վերջինն,
որ ասէր. ըն Տնօ այսորիկ՝ փրկու-
թիւն եղև աշխարհաց և քրիստոնէից՝ ի
յաղիական աղգէն հռոմայեցւոց եղիջ
ցի. որչ ևս գիտեմք: և ասպա խաղաղ
անապրկիջ՝ բարի գնացս ժամանակս
յոլով: և հնդրին անօրէնք. և անկա-
նին քրիստ լուծով ծառայու-թիւն հռոմ
մայեցւոց: որ և ասեցին. ըն ահ՝աղ
դանգիսոյս, որ ոչ հպատե՝ ի ժամանակս
այս բարի, և՝ ի հանդիսաս այս մեծ:]

Ռաբեան գալոց են հռոմայեցիքն ԼԶ
ի բրկել զաշխարհն և զազգն ձեր: Բայց 35
գինքն ձեր ազինչն պատրաստս արա
րին նց զհանապարհ: կամ յորժամ հա
մարին առնու՞լ՝ ի աղանէ զհանգիստս
և զբարեբարու-թիւն զայս մեծ. ահ՞
ըն յորժամ պղծ-նալ զդաշինս հնա
գոյս միաբանու-թիւն՝ ընդ դեմ զինեն
ալեսորսի և անդբնաւորսի սու-բ ս
Ծառոյն: ահ՞ ըն յորժամ յանդիման
նմա զու-զղափառ հաւատառնոյն հռոմ
մայեցւոցն ահ՞ ըն յորժամ չար յա
ղաղանօք հայհոյու-թիւնց յագեցու-ցա

նին

tis? cùm conceptum in eos odium perpetuo ſchiſmate, diſcordijs, & hęreſibus alitis, ac nutritis? Ecquis ita fatuus, vt hoſtiles iſtos, bellicoſque procinctus in Romanos, ad Romanorum auxilia redemptioni veſtræ paranda idoneos putet? Profectò, ſi Armenorum Vatum oracula, cladis veſtræ prænuncia, ſi præſertim eiuſdem Nierſeſis verba illa, * *Deficient à fide Armenij; quarè & deficiet Principatus ipſorum*, firma fuere: nõ antè Romanos videbitis libertatis, reique publicę veſtræ redemptores; quàm vos eis, priſtino catholicæ religionis dogmate in integrum reſtituto, communionis, & concordiæ dexteram porrigatis.

Tenete per Deum immortalem oblatam occaſionem: ſoluite vincula colli veſtri à fœdiſſimo iugo Principis tenebrarum: exerite vires in immanem, teterrimamq; hanc belluam. Exurantur ergo in Armena Eccleſia volumina mendaciſſima, peſtiferaque Seductorum; auferantur ſuperſtitioſi, Hebraicique ritus à Ritualibus; reſtituantur in ſacris Codicibus deprauata, corriganturq; erronea; à Liturgijs, Menologio, alijſque Eccleſiaſticis libris execrabilia Pſeudomagiſtrorum nomina, acta, memoriæ deleantur. *Quæ enim conuentio Chriſti ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem conſenſus templo Dei* cum nefandis iſtis, ſacrilegiſq; hæreticorum memorijs? Veſtris verò Synodis ijs, quæ ſeptẽ ſacra Concilia Generalia, eorumq; decreta ſuſcepere, Eccleſiamq; Ar-

menicam cum Catholica conciliarunt, primus deferatur honor, & obseruantia, maximè duabus postremis, Sisensi, & Adanensi; quæ cùm ad rem vestram cum Apostolica Sede præcipuè componendam, omnem curam, diligentiamque cõtulerint, studio, reuerentiàque precipua vobis colendæ, atque obseruandæ sunt, alijsque præcedentibus sine dubio anteferendæ. Denique tollatur è medio, perpetuoque silentio, & obliuione obruatur impia illa in Diuum Leonem, sacramque Chalcedonensem Synodum execratio, quę populum vestrum Christianis Nationibus vniuersis odibilem sine modo, ac detestabilem reddit; cælique fulmina funestissima in caput eius accire hactenùs visa est, & videbitur in futurum, nisi tollatur.

Expergiscere aliquandò Armenia, euigila de somno, subrige caput tuum. Agnosce ouis auia ouile tuum; auscultа Pastori, cuius fidei, potestatique Christus te commisit, crediditque pascendam. Redi filia vaga, & peregrina ad patrem tuum; qui ne fame pereas veræ religionis, ne porcinis errorũ siliquis nutriaris, ne egeas, cogarisque seruire; ad vitulum saginatum, ad annulum, ad stolam primam, ad osculum te domi expectat. Reuertere Sulamitis ad matrem tuam, Apostolicam Sedem, cuius olim fugebas vbera; quæ cùm tot Principum, atque Regum, Regnorumque sit culta obsequijs, nihil aliud est, cur iamdiù dolens quærat te, nisi vt ducat ad Sponsum;

ՀԶ 36

ՀԷ 37

ՀԸ 38

կալան զնա ամենազեղեցիկան սուրբ Ժո
ղովուն, և միաբանեալսն ընդ կաթո- ՀԹ
ղիկէ եկեղեցւոյ, պարտ է ձեզ սպա- 39
տիւ առալ և զհրճնագանդութիւն. մա
նաւանդ երկուց յանուանէ. զի. սիրոյ
և առանց սուրբ Ժողովոյն. որք բազ
մահոգ քնութեամբ և մտադիր ըզ
գուշութեամբ դիտեցին զբանս հաւ
առոյն. և յատկապէս ընդ հռովմայ
սուրբ աթոռոյն միաբռնեցին զաղջն
ձեր: Հաւատ բարձեն ի միջոյ, և խոր
լըտութեամբ և մտացմամբ Թաղնա
ցեր այն պղծալից և գարշելի բարբառն
ոչիրպաշտելի երգոյն. որով ամբարբշաս ՀԼ
բար անիծանն ուղղափառութիւնն 40
սըրբոյն լուսոյ և Ժողովոյն քաղկեդո
նի. և դիցապաշտօրէն օրհնեն չարա
փառութիւնն պղծոյն դիոսկորոսի և
միաբանակաց. և լինին այսու երկօղբն
դերծիչերոյ խառնան ամենայն ըմնատ
նեից:

Օարթիր, զարթիր ի քնոյ ձեր
քենէ հայաստանեայց աշխարհ: զար
թիր յարի. կաց. զգեցիր զօրութիւն
բազկի քոյ. զգեցիր զփառս քո երբև
աւուրցն ի սկզբանէ բազարդ սուրբ
մի և սա յաճէլցին անցանել ընդ քեզ
պիղծք: Ձանազնեա որոշեալ ոչխարդ ՀԼա
զհօտանդ քո. յոր ձայնն հովուին որում 41
քո յանձնեաց զքեզ ազան ձեր ես որպէ
սզանառակ և փախստական առ հայրդ
քո. որ զի մի ի սովոյ կորնչես ջնմար
առ ինէ. զի մի զձորձըս կերծիցես առա
ւարապետութեանդ. զի մի չքաւորես
ցնոս և առիպիկես ծառայել հրամանիւ
զքեզ ի առնն առ ինէն պատարտակ, առ
մատանին, առ պատմուճանն առաջին
և առ հասարակին հայրապետութիւն: Ող
ջոյ ձեր ոգեմուղացն առ մայրդ քո աթոռն
առաքելական, յորոյ առանցն կամ

ՀՄ

vt videant reliquæ eius filiæ, ſororeſque tuæ Reginæ, & laudent te.

Vocate cœtum, Patres Armeni, congregate populum, ſanctificate Eccleſiam veſtram; vt in ſinum Catholicæ ſanctæ Matris Eccleſiæ, non habentis maculam, neque rugam, dignè excipi valeatis: vt illiuſmodi filios ab Armenia in Romanâ communionē vos ſuſcipiat Sanctiſſimus Pater, ſeptimus ALEXANDER; quales à principio Gregorius *Illuminator* adduxerat, ſuſceperatq; SILVESTER.

Ego interim illud vobis ominor cum Propheta: illud dicam: *Animæquior eſto Populus Dei,* * Armenia *memorabilis: Venundati eſtis gentibus non in perditionem: ſed propter quod in ira ad iracundiam prouocaſtis Deum, traditi eſtis aduerſarijs: obliti enim eſtis Deum, qui nutriuit Vos; & contriſtaſtis nutricem Veſtram,* *Romanâ Eccleſiam. *Vidit enim iracundiam à Deo Venientem Vobis, & dixit: audite confines Sion: adduxit mihi Deus luctum magnum: Vidi captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam ſuperduxit illis Aeternus: nutriui enim illos cum iucunditate; dimiſi autem illos cum fletu, & luctu. Animæquiores eſtote filij, clamate ad Dominum, & eripiet Vos de manu Principum inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſalutem Veſtram, & Venit mihi gaudium à ſancto (veſtro Nierſeſe) ſuper miſericordia, quæ Veniet Vobis ab æterno Salutari noſtro. emiſi enim Vos cum luctu, & ploratu: reducet autem Vos mihi Dominus cum*

gaudio, & iucunditate in sempiternum. Delicati mei ambulauerunt Vias asperas; ducti sunt, Vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum. sicut enim fuit sensus Vester, Vt erraretis à Deo; decies tantùm iterùm conuertentes requiretis eum. qui enim induxit Vobis mala, ipse rursùm adducet Vobis sempiternam iucunditatem cum salute Vestra. Circumspice *Roma ad Orientem, & Vide iucunditatem à Deo tibi Venientem. Ecce Veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos; Veniunt collecti ab Oriente Vsque ad Occidentem, in Verbo sancti (sui Nierse-fis) gaudentes in honorem Dei. Cui gloria, & gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

*Ierusalem.

Նաստն եղիր. որ աւնելով ինքեան հը պատակ զբաշխական Քաղաքորու Թիս, և զՔաղաքորս, և զիշխանս, ուչ վն փառաց ես բոց ինդրէ զքեղ. այլ զն մոռ-ցէ զքեզ ի յաւուրսատս երկնա ւոր փեսային. զն հաշնայնալ և ուր սակեալ տեսցեն զքեզ այլ բորքն քո Քա դուհիք, դրստեղը նորայ, և գովեալ երանեսցեն քեզ:

Ցոդ հարէք, ով հարբդ հայոց. Ժողովեցէք զծներս և զասնաչն բնա կիչս երկրիդ. քարող կարդացէք և սբբեցէք զեկեղեցիդ ձեր. զն արժանի եղեցի միաւորել ընդ սուբբ հաձս զն կէ և փառաւորս ենիցես, որ զոչնչ ոնդն արատ, կամ աղտեղու Թի, կամ այլ ինչ յայսպիսեսց: զն որդիս ունդակա սուրբ և անարատս զձեզ ընկալցէ սբ հայրն ևՔնեբդոդ ազէքսանդր. որ սէս և ի սկզբանէ զձեզ եամս ի հր ուովմէական եկեղեցին լուսաւորիչն գրկոդ, և ընկալաւ ի սեղբեսորս:

ձաշդ ես առաջնոր զբաբն որ ձեզ զգուշակեմ բանիւն բարուկայ մարդա գէին ի չորրորդ գլխին, ասելով: Քաղաքեցեսց Ժողովուրդ առաջնոյ. զն ինչ Հռոնեացդ առաջ աղդայ ուչ ի կորուստ: այլ ինձ զի բարկացուցէք զաստուած, մանաեցայք հակառակորդաց: քանդի մոռացայք զաստուած, որ սնոյց զձեզ. և արտուեցուցէք զդայեանն ձեր զեմ (զհռոնեականն եկեղեցին): եաէս նա զբաբկու Թիւն ասաս ծոյ գալ եկեսյ ձեր, և ասաց. լուարուք ահասնաց գիցք սիոնի. ելած ինձ աստուած զողք մեծ: առնի զդերու Թիւն Ժողովրդե ան նմոյ, որովհետ և դառեցայ եմոյ. զորելած եկեսյ նորայ յաբ եառնականն: մոռցեալ եմ զուսան ուրախու Թեամբ, խոկ արձակեցի զնուսան լալով և ողբալով: քաղաքեցուց որդիք. աղաչականեցէք առ առէր. և փրկեսցէ զձեզ ի ձեռաց Թշնամի նշխանաց: քանզի ես յաբ եառնան յուսացայ փրկու Թե ձերում. և եկն ինձ ինդ ուեխիւս ի սբբոյն (ի մեծէն նեբսէսէ ձեսն) ևկեսյ ողորմու Թեան, որ դարոց ի ձեզ ի փրկչէն մերմէ: քանզի արձակեցի զձեզ ողբալով, և արտասուօք. խոկ զկեսսին ած եցէ զձեզ առ ինս առէր ուրախու Թեամբ և ինդու Թեամբ ի յաբ եառնան: Հայեաց ընդ յարեալդ եմ (հռոնեականն եկեղեցին). և առես, զն ևկեսյ ուրախու Թի քեզ յայ: ահաբ ասկ զան ողովք քո, զոր աղաղակեցեր. զան ժողովեալք յարեալդ սինչ և ի մոռաս յարեա ուբանիբ սբբոյն (ևբրսէսն) ինդա ցեալք փառաբն առաջնոյ:] Պրոմ փառք, իշխանու Թիւն, և պատիւ ի յաւիտս յաւիտից. ամէն:

gaudio, & iucunditate in ſempiternum. Delicati mei ambulauerunt Vias aſperas; ducti ſunt, Vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores eſtote filij, & proclamate ad Dominum. ſicut enim fuit ſenſus Veſter, Vt errareris à Deo; decies tantùm iterùm conuertentes requirctis eum. qui enim induxit Vobis mala, ipſe rursùm adducet Vobis ſempiternam iucunditatem cum ſalute Veſtra. Circumſpice Roma ad Orientem, & Vide iucunditatem à Deo tibi Venientem. Ecce Veniunt filij tui, quos dimiſiſti diſperſos; Veniunt collecti ab Oriente Vſque ad Occidentem, in Verbo ſancti (ſui Nieriſe-ſis) gaudentes in honorem Dei. Cui gloria, & gratiarum actio in ſecula ſeculorum. Amen.

Եբ 42

Եգ 43

Նաստուն եղէք. որ ուրախութեամբ հնչեսցեն զբաղմապատիկ Թագաւորութիւնս, և զԹագաւորս, և զիշխանս, ոչ միայն իւրեանց խնդրելիք զբէզ. այլ զի մուծցէ զբէզ՝ ի յաւուրսդասս երկնից ոսկի փիլատիոն. զի հարմանալով և ապաշխարել առեցին զբէզ այլ բոլոր քո Թագաւորութիւնդ, դրամաբեր նորա, և գովեալ երանեսցեն բէզ:

Փող հարբէք, ոմի հարբեալ հայոց. Ժողովեցէք զնեղս և զանիծեալս քոնայ հինչս երկրեդ. բարող կարդացէք և արբեցէք զնիհղկնիդ. ձեր. զի արժանի եղիցի մեաւ որել ընդ ամբ կամ ուղիղ և փառաւոր ենիղեցոյն, որ զոչինչ ոնի արար. հիմ աղաւեղու Թի, կամալ ինչ յայտնեսցաց: զի որդիս նորոնեսցուք ամբ և անապատս զձեզ ընկալցի սբ հայրն եւ Թեոդոս ազիբանդը. որ սէս և՝ ի սկզբան զձեզ եմոծ՝ ի հր ռոմիականաց եկեղեցին լուսաւորչին գրեցոյ, և ընկալաւ՝ սեղբեանսոս:

Աղբ՝ ես ասանոր զբաթի ոչ ձեզ գործակեմ բանիւ՝ ես բարուկայ մարգալ քէն՝ ի չորրորդ գլխն, ասելով: Քաղաքեցեսայ Ժողովուրդ ասուածոյ. զի վա ձառեցայք ամոր աղգայ ոչ՝ ի կարուսա: այլ վասն զի բարկացուցիք զաստուած, մատնեցայք հակառակորդաց: քանզի մոռացայք զաստուած, որ մոյց զձեզ, և տրամեցուցիք զդայեակն ձեզ գեմ (գհոռոմիականան եկեղեցին): եաես նա զբարկութիւն ասուածոյ գալ եղեսայ ձեզ, և ասաց. լուարուք սահմանաց ինչք սեռնի. հաց ինձ ասուածզդալ մեծ: ասես զդեսուքիւն Ժողովրդ անս իմոյ, որդեաց և դստերաց իմոց. զոր հաց եղեսայ նոցայ յաւիտենական: մուցեալ եմ գնասս ուրախութեամբ. խոկ արձակեցի զնասս լայով և ողբալով: քաղաքերուք որդիք. աղաղակեցէք առ աէր. և փրկեսցէ զձեզ՝ ի ձեռաց Թշնամի իշխանաց: քանզի ես յաւիտեանս յուսացայ փրկութիւն ձերում. և եկն ինձ խնդութիւն՝ ի սբ ոյն (՝ի ամէնէն ներսէսէ ձերմէ) եղեսայ ողորմութիւնս, որ գալոց է՝ ձեզ՝ ի փրկչէն մերմէ: քանզի արձակեցի զձեզ սղբով, և արտասուօք. խոկ վերստին ած եցէ զձեզ առ ես առէր ուրախութեամբ և խնդութեամբ՝ ի յաւիտեանս. Հայեաց ընդ յարևելս Եմ (հռոմիականան եկեղեցի). և առես, զի ունիցի ուրախութիւն քեզ յոյ: ահաւասիկ գան որդիք քո, զոր աղաղակեցեր. գան Ժողովեալք յարևելից մինչ և՝ ի մուտս յարևմուտս բանիւ սբոյն (ներսէսի) խնդացեալք փառաւոր ասուածոյ:] Ոչուտ փառք, իշխանութիւն, և պատիւ՝ ի յաւիտս յաւիտենից. ամէն:

ՄԻԹԷ ՊԱՏՇԱ ԿՑԷ ՔՐԻՍՏՈՆԷԻՑ

Պահել զամենայն Մովսիսական հին օրինացն
մոլեկան.

ԵՐԿՐՈՐԴ ՀԻՆԳԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Տեսցի առնելոյ զպատճառս հին օրինացն, և
առաջիկայ վիճաբանութեանս:

Գլուխ. ա.

VTRVM LEX MOSAICA

Poſt nouam Legem, à Chriſto latam,
ſit obſeruanda?

QVAESTIO INTER ARMENIOS SECVNDA.

Explicatur ratio Moſaicæ Legis,
& propoſitæ Quæſtionis.

§. I.

Օրէնսն մովսէսի երեք ա
էին սեռք ած-ային պա 1
ատուիրանացն. որում ա-
սի՝ իմիկեսիդ զկնի երկ
իդ՝ օրինացդ, եւ զկա-
նս պատուիրանք. ասեն
բազումք զԵրէց. և դատաստանսդ զոր ուս-
ուսիցես անդր ած-ձէք:] Եւ ասի
առաջին սեռն է բարեյարմարս պատուի-
րանացն, որ խնդրոյ կոչին պատգամ
ք կամ պատուիրանք, և յարմարեալս

IN veteri lege tria erant genera diuinorũ præceptorum, vt patet ex verbis illis, Deuteronomij 6. *Hæc ſunt Præcepta, Cæremoniæ, atque Iudicia, quæ mandauit Dominus Deus veſter.* Primum genus eſt præceptorum moralium, quæ ſimpliciter *Mandata*; ſeu *Præcepta* dicuntur, & pertinent ad bonos mores iuxta dictamen legis

natu-

naturę. Secundum eſt Cæremonialium, quę determinant modum colendi Deum. Tertium Iudicialium, quæ ſpectant ad actus iuſtitiæ inter homines obſeruandæ.

Quæſtio non eſt de Lege veteri iuxta primum genus præceptorum, nempè moralium. Sciunt enim omnes Armenij, vnàque nobiſcum prædicant, talia præcepta non abrogata fuiſſe per legem Euangelicam. Quod vt præterea demonſtretur, ſciendum eſt, ex his præceptis decem principalia, ad quæ alia reducuntur, eſſe Præcepta Decalogi; quæ, quaſi prima, & communia Legis principia, ſcripta fuerunt digito Dei in lapideis tabulis, Deuter. 4., & ab ipſo Deo immediatè Populo tradita, Exod. 20. cùm reliqua propoſita fuerint per Moyſen. Sunt autem hæc:

1. *Ego ſum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.*
2. *Non aſſumes nomen Domini Dei tui in Vanum.*
3. *Memento, Vt diem Sabbati ſanctifices.*
4. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.*
5. *Non occides.*
6. *Non mœchaberis.*
7. *Non furtum facies.*
8. *Non loquèris contra proximum tuum falſum teſtimonium.*
9. *Non concupiſces Vxorem proximi tui.*
10. *Nec deſiderabis res alienas.*

Vbi aduertendum eſt, tertium præ-

ատ որպիսու Քիւն բարի վարուց ըստ
բնական օրինաց: Երկրորդ սեռն է
արարողական պատուիրանաց, որ ու-
սուցանէին ինքեան պաշտելոյ զԱստ-
ուած. Եւ երրորդն է դատաստանական պատուի-
րանաց. որ ցուցանէին զիրաւունս մար-
դկային դատաստանին:

2 Զոր ոչ ինձաբանու Քիւս ոչ լինի
իմ առաքին ուեռն բարոյական պա-
ատուիրանացն: քանզի բարւոք գիտեն
հայք ամէն. եւ ընդ մեզ եւս բարոյին.
Թէ այգպիսի պատուիրք ոչ խափանե-
ցան, այլ առաւել հաստատեցան գա-
լստեամբ Տեառն օրինացու: Եւ զի սեկնու-
Թէ այսր իրիս գիտելի է. զի ի բա- 3
րոյական պատուիրանացս առաջն են հաւա-
տարակացն եւ զիւսուրպատոյն պատուիր.
ատ որս այլոյն յայտարերին. եւ նոյա
իբրեւ զառաջին սկզբունս օրինաց
գրեցան ի քարեղէն տախտակս մատն
ամբն Աց. եւ ի յայ անընդմիջապէս ա-
նագնալ էղեն ի ժողովուրդն: քանզի
այլ պատուիրքն աւանդեցան բերանաբե
մովսէսի: իսկ ի յայ աւանդելոյն
էն այսոքիկ:

ա. Եես եմ աէր ած քո: մի՛ եղիցին
քեզ ած ք բայց յինէն:
բ. մի՛ առնուցուս զանուն ած քոյ
իսկ սնսուտս:
գ. Յիշեսջիր զօր շաբաթուն սրբել
զնա:
դ. Պատուեսջ զհայր քո, եւ զմայր
քո:
ե. մի՛ սպանանիցես:
զ. մի՛ շնար:
է. մի՛ գողանար:
ը. մի՛ սուտ վկայիցես:
թ. մի՛ ցանկասցի կնոջ ընկերոջ քոյ:
ժ. Եւ մի՛ ցանկասցի ընչից նորա:
իսկ ի տասն պատգամացս երբո-

բդն,

ցդն , որ յիշդս պահելոյ զշաբաթն, քան
ամայ երկն ասի բարոյական և հաւա- 5
րակ , քան որում հրամայէ . Եւ պարտ
է մարդոյ երբեմն հրաժարիլ ի գործո-
ցն աշխարհին . և ի ձեռն արտաքին
ինչ պաշտամանն պատուել զնա : քան
զի քան զսա որում յիշատակէ զօրն շաբա-
թոջ . ոչ է պատգամ բարոյական . այլ
արարողական և մասամբ որ , սա՛ան
դեալ բնականին մովսէսի ի . Ժգ . գր՛
գլխոն զևտական զրոցն :

Եւ այդ՝ որպէս ամ ասեն պատ
գամքս այսոքիկ բովանդակին ի նոր
բոյ այն երկու ցն . Սիրեսցես զտէր 6
ասծ քո յամ սրտէ քումմէ , և զընկեր
քն իբրև զանձն քո .] երբ տեսակք ի
նորդոյ սեռէ : վն զի երեք առաջնա-
գոյնք պատկանին առ պաշտաւնն ասյ .
և մնացեալքն առ սէրն ընկերոջ : նման
նապէս և այլ բարոյական պատուիրա
նքն , սա՛անդեալք ի ձեռն մովսէսի և
ահարոնեան ժողովրդեանն , յայտաբե
րին առ տուն այսոսիկ :

Սկի որոյ՝ առ առաջինն , որ է պա
շտել զմի ասծն . յայտարերին պատուի
րանքն , սբ հրամայեն հրաժարիլ ի
կռապաշտութենէ , և յայլոց տուա 7
պաշտամանց . քան այսմ որ
ասի ի գիրս երկրդ՛ օրինաց . ի . Ժը.
երդ՛ գլխոն . Եւ մի՛ գտանիցի ի քէզ
որ ածիցէ զորդի իւր, կամ զդս-ստր
իւր բոցով . և գնդ-ծիցէ գնդ-ծող .
և հմայիչէ և հարա՛հարոց լինիցի . և
կախարդիչէ կախարդ-անօք . և միտ
և հարցանող էս լինիցի առ ի մեռեալս
հարցանելոյ . քանզի պիղծ է ամ ասմ
նայն որ առնէ զայն :]

Եւ ի երկրորդն որ յայտնէ զորս
երդս ցն . յայտարերին այնոսիկ , որ
յայտնէն զհայհոյութենէն և զորս-ստ
ելոյ

præceptum de Sabbati obſeruatione in tantum dici morale, ac generale, & in Decalogo poni; in quantum præcipit, vt homo per exteriorem aliquem cultum vacet aliquando rebus diuinis: cæterùm in quantum determinatur in eo dies Sabbati in ſignum creationis Mundi, ſic eſt præceptum Cæremoniale, ac ſpeciale, traditum per Moyſen extra Decalogum, Leuit. 23.

Sicut igitur omnia hæc præcepta Decalogi continẽtur in illis duobus, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum ſicut teipſum*, tanquàm concluſiones in principijs, aut ſpecies in generibus; cùm tria prima ad Dei cultum, reliqua verò ad proximi dilectionem pertineant: ita pari ratione ad iſta decem reducuntur reliqua præcepta moralia, quæ à Deo per Moyſen, & Aaron fuerunt populo tradita.

Quarè ad primum præceptum Decalogi de cultu vnius Dei, reducuntur illa, prohibentia Idolorum cultus, & ſuperſtitiones, Deuter. 18. *Non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem; aut qui Ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia, atque auguria: nec ſit maleficus, aut incantator; nec qui Pythones conſulat, neque Diuinos; aut quærat à mortuis Veritatem*; &c.

Ad ſecundum, prohibens periurium, reducitur prohibitio blaſphemiæ, Leuit. 24. *Qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum; & qui*

bla-

blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. & etiam falſæ doctrinæ, Deuter. 13. *Qui loquitur, Vt Vos auertat à Domino Deo Veſtro, & errare Vos faciat de Via, quam Vobis præcepit Dominus Deus Veſter, interficietur.*

Ad tertium, quod iubet vacari rebus diuinis, reducebantur Cęremonialia; quæ tamen ex vi ſolùm inſtitutionis, non autem ex vi naturalis inſtinctus, ſicut alia præcepta moralia, ſuperaddita erant.

Ad quartum de honore parentũ, reducitur præceptum de honoratione ſenum, iuxta illud Leuitici 19. *Coràm cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis:* atque alia, quæ ad reuerentiam Maioribus exhibendam inducunt.

Ad quintum de prohibitione homicidij, reducitur prohibitio odij, & offenſionis in proximum, Leuit. 19. *Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui.* & rursùs: *Ne oderis fratrẽ tuum in corde tuo;* &c.

Ad ſextum, prohibens adulteriũ, reducitur prohibitio fornicationis, Deuter. 23. *Non erit meretrix de filiabus Iſraël:* atque etiam vitij contra naturam, Leuitici 18. *Cum maſculo non commiſceberis: cum omni pecore non coibis.*

Ad ſeptimum de non furando, reducitur prohibitio vſuræ, Deuter. 23. *Non fœnerabis fratri tuo ad Vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem:* atque alia præcepta, quæ fraudem, calumniam, & rapinã prohibent.

Ad

Բ 9

Ժ 10

Ժա 11

վարդապետութիւն. որպէս ասէ ի ղեւտացւոցն. եղիցի՝ ըդ՝ գլխէ, Եթէ հաշիւ որ անիծանիցէ զԱստուած, մեղս ընկալցի. և որ հայհոյիցէ զանուն ամենի, մահու մեռցի:] Եւ ի յերկրդ՝ օրինացի. Ժգ. ըդ՝ գլխէ. Եթէ որ խօսեալ ցաւ ապստամբեցուցանել զբնիկն ամենայն ազգս իսրայէլի, մերժել զբնիկ ի ձանապարհէն, զոր պատուիրեաց բնիկ տէր ամենայնի:]

Ա՛ղա. Երրորդն, որ հրամայէ սրբել զօր շաբաթուն, յորում երեալ էին ամենայն արարողական պատուիրանքն, զոր յայնժամ պարտ էր պահել զօրուքն դրական օրինացն, և ոչ զօրուքն օրէնսացն բնականացն:

Ա՛ղա. Չորրորդն, որ մեզ պատուիրէ զնոցա վերաբերութիւն հրամանն պատուիրէ զնոսա. ըստ այնմ որ ի գլուխ ԺԲ. գլխոյն. Եթէ Ա՛ղաքն ասէաց յաստեղեան. և պատուիրեցեալ վերնոյն ընդ նոսին:] Նա՛ և ա՛յլ հրամանքն, որ էին մեզ պատուիրէր զառաքինութիւն:

Ա՛ղա. հինգերորդն, որ յայտնէրայր պարտապանութիւն պատկանէր յոտ դնելոյ առնլոյ Եւ չարագործ Եթէ ընդ դէմ ընկերի ոչ ասի իգլուխ ԺԲ. Լրդ՝ գլխոյ. Եթէ Յարիւն ընկերի ինչ մի՛ յօժարեցնիս:] և դարձ. մի՛ առնուցիս գեղբայր քո՛ ի տոկոս չուա:]

Ա՛ղա. վեցերորդն, որով արգելու ի չնութենէ, առ բնութիւն յայտնէրայր ասէ Եթէ. ըստ այնմ որ ի. Կգ. ըդ՝ գլխեն Լրկրդ՝ օրինացի. Եթէ մի՛ եղիցի բազ ի դստերացի ներքն. և մի՛ պատնէշ յուստերացի:] և և ա՛յլոց պղծութեց ընդ դէմ բնութ Եթէ. ըստ այնմ որ ի գլուխ ԺԲ. Լրդ՝ գլխոյ. Եթէ ընդ արուի մի՛ ննջեսցես զննջումն կնոջ. և յայնմ անաստուածութեսցես զօրուքն անբնականացն:

Ա՛ղա.

Ad octauum de non perhibendo falsum testimonium, reducitur prohibitio falsi iudicij, mendacij, atque detractionis, iuxta illud Exod. 23. *Nec in Iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, Vt à Vero deuies.* & rursùs ibidem: *Mendacium fugies.* Et Leuit. 19. *Non eris criminator, & susurro in populo.*

Alijs autem duobus præceptis de non concupiscendo, nulla alia superadduntur; quia per ea omnis mala concupiscentia vniuersalitèr prohibetur.

Itaque ad omnia hæc præcepta moralia Legis Mosaicæ obseruanda omnes tenentur homines, non quia tradita sunt in Lege veteri, sed quia pertinent ad legem naturæ, ad cuius obseruantiam quilibet homo in omni statu, ac tempore obligatur. Quarè Augustinus in lib. de Spiritu & litera, cap. 14. *In illis*, inquit, *decem præceptis, excepta Sabbati obseruatione, dicatur mihi, quid non sit obseruandũ?* Et infrà: *Quid horum, quisquam dixerit, non debere seruare Christianum?* Et ratio est: quia talia præcepta sunt de ijs, quæ pertinent ad bonos mores, & sic quæ rationi conueniunt: omne autem iudicium rationis humanæ à naturali ratione deriuatur: igitur præcepta moralia ad legem naturæ pertinere debent, tametsi diuersimodè: nam eorum aliqua, quæ statim per se ratio naturalis dijudicat, sunt absolutè de legè naturæ: aliqua verò, quæ non non ita facili consideratione rationis dijudicãtur, ita sunt de lege naturę,

vt vel indigeant diſciplina humana, qua indocti à ſapientioribus inſtruantur; vel etiam inſtructione diuina, per quam humana ratio de diuinis erudiatur.

Per Euangelicam ergo legem Chriſti non abrogata fuit lex moralis veteris Teſtamenti, ſed potiùs confirmata, atque etiam perfecta, immò & aucta, atque amplificata. Confirmata quidem fuit: nam Chriſtus ait de illa Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata.* & interroganti, *quæ?* reſpondit: *Non homicidium facies; non adulterabis; non facies furtum, non falſum teſtimonium dices; honora patrem tuum, & matrem tuam; diliges proximum tuũ, ſicut teipſum;* &c. Sic etiam Luc. 10. Legiſperito, interroganti, quid facto opus eſſet ad vitam æternam poſſidendam; atque etiam mandata Decalogi exponenti, Chriſtus ait: *Rectè reſpondiſti: hoc fac, & vives.* Idem ſimiliter prædicauerunt Apoſtoli: Paulus enim ad Romanos 13. *Non,* inquit, *adulterabis, non occides, non furaberis, non falſum teſtimoniũ dices, non concupiſces; & ſi quod eſt aliud mandatum, in hoc Verbo inſtauratur: diliges proximum tuum, ſicut teipſum.* Et ad Epheſ. 6. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod eſt mandatum,* &c. Ideoque ad Romanos 13. ſcripſit: *Numquid Legem deſtruimus per fidem? abſit. ſed Legem ſtatuimus,* hoc eſt, moralem. Et Iacobus cap. 2. *Si tamen,* inquit, *legem perficitis regalem ſecundùm Scripturas, diliges proximum tuum, ſicut*

Մատ. ԺԹ. 15

Մատ. ԺԹ. 16

Մատ. ԺԹ. 17

պատուաստն է այս. բանդի պատուիրա-
նքդ այդպիսիկ հրամայեն բաւէ դարձել
քան որուհետեւանէ բնական բանա-
կանութենն. ապա ուրեմն պատ-
կանին առ օրէնս քնութենէ, որում յամ
ինչ տարբերի: ապա ի բարձանչելոյ
մարդ պատուիրն պահել չիւոյ;

Որպէս ապա գալստեամբ Տեառն օ
րինացոյն չէ ոչնչացեալ քարոզու-
կան օրէնքն հին կամակարուցաւ այլ յա
ւէտ հաստատեալ, կատարեալ.
և աճեալ ի քէ: Հաստատեալ,
քանզի ասացն ինձնոյա ի մէնէ, Ի.
Խրդ գլխոմ. Եթէ կամիս ի կեանս
յաւիտենականս մտանել, պահեա
զպատուիրանսն: մի սպանանիցէ.
և մի շնար. և մի գողանար. և մի
սուտ վկայիցէ. պատուեա զհայր քո
և զմայրդ. և սիրեացես զընկէր քո իբրև
զանձն քո:] Հաստատեալ և ի գիր. Ի. Խրդ
գլխոմ, յորժամ օրինականն ևհարց,
Եթէ գիտիցէ ասէր ի կենաց. ի կեանս
յաւիտենականս մտանել: և յիշատա
կեալ նորա զբարբոյականն պատուիրա
հին օրինացն. ասէ ցնա ցա. ուղիղ է
ատր պատասխանիդ. զայդ արա և
կեցցես: Հաստատեալ բարեպէտին առաքե
լէն. բանզի պօղոս ի հռոմ. Ի. բդ
գլխոմ ասէ, որ սիրէ զընկերն. զօրէնսն
կատարէ. զմի՛ շնայցիսն. և մի՛ սպա
նանիցես. և մի՛ գողանայցես. և մի՛
սուտ վկայիցես. և մի՛ ցանկանայցես.
և եթէ այլ ինչ պատուիրան է. յայն
բան բովանդակին. Եթէ սիրեացես
զընկերն քո. իբրև զանձն քո:] Եւ առ
կս այսորիկ ի հռոմ. ի. բդ գլխոմ ասէ:
Հաւրդ զօրէնսն ինչ խափանեմք հաւա
տովքն: քան՛ լիցի՛. այլ զօրէնսն հաս
տատեմք. ցի. գբարբոյականն առնելով
պատուիրանսն: Եւ ասէ առաքեալն յակոբ.

teipsum, benè facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à Lege, quasi transgressores. quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. qui enim dixit, non mœcaberis, dixit, & non occides; &c.

Perfecta insuper fuit per Euangelicam Lex scripta moralis; de qua Dominus ait Matth. 5. *Nolite putare, quoniàm veni soluere legem: non veni soluere, sed adimplere:* hoc est, perficere, ac stabilire, remotis corruptelis, quæ per falsas interpretationes Scribarum, & Pharisæorum inductæ in illam fuerant: vt ex eius verbis, in eodem capite Matth. 5. subiectis, colligitur. Nam deprauabant illi legem de homicidio, & adulterio, docentes, in his præceptis actum duntaxàt externũ fuisse prohibitum, non autem internum, nisi signis exterioribus proderetur. Christus verò docuit, cauendam esse etiã iram, quæ est via ad homicidium; & ab hoc non solùm manum, sed etiam linguam, & animum cohibẽdum; ac præterea illud, *non mœchaberis*, ad concupiscentiam vsque, solùm mente conceptam, extendi. vndè ait: *Dictum est antiquis, non occides; qui autem occiderit, reus erit Iudicio: qui autem dixerit fratri suo, raca, reus erit Concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit Gehennæ igni.* Et rursus: *Dictum est antiquis, non mœchaberis. Ego autem dico vobis; quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.*

Prætereà peruertebant legem de repudio; & quod Moyſes ob duritiam cordis eorum permiſerat, ipſi vt rem abſolutè iuſtam proponebãt. Chriſtus autem ait: *Dictum eſt, quicunque dimiſerit Vxorem ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico Vobis; quia omnis, qui dimiſerit Vxorem ſuã, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari; & qui dimiſſam duxerit, adulterat.*

Putabant etiam, nullum eſſe peccatum, frequentare iuramenta, dummodò non peieraretur. At Chriſtus iuſſit, iurandum non eſſe omninò, niſi in cauſa neceſſitatis, ne peierandi daretur occaſio; vndè ait: *Dictum eſt antiquis, non periurabis; reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico Vobis; non iurare omninò, &c. ſit autem ſermo Veſter, eſt, eſt; non, non: quod autem his abundantius eſt, à malo eſt.*

Prætereà corrumpebant illi legẽ Talionis, exiſtimantes, eam ad appetitum vindictæ ſaturandum, conſtitutã fuiſſe. perfecit verò Chriſtus hanc legem, docendo, quòd pœna Talionis non erat à Iudæis quærenda propter liuorem vindictæ, quem ipſe excluſit, monens, quòd homo ad quamlibet ſufferendam iniuriam debet eſſe paratus; ſed propter amorem iuſtitiæ: *Audiſtis, quia dictũ eſt; oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico Vobis, non reſiſtere malo; ſed, ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.*

Denique circa oditum inimicorũ per-

Եհ 21

Եհ 22

Եհ 23

[illegible]

peruertebāt illi primarium dilectionis præceptum, quare monuit eos Dominus, diligendos eſſe etiam inimicos, in quibus non perſona, ſed culpa odio haberetur. *Audiſtis, quia dictum eſt: diliges proximum tuum. Ego autem dico Vobis; diligite inimicos Veſtros; benefacite his, qui oderunt Vos.*

Adimpleuit tandem Chriſtus legem moralem, non ſolùm explicādo, quæ diximus; verùm etiam alia ſuperaddendo tum præcepta, nimirùm vt caueremus hypocriſim, inanem gloriam, temerarium iudicium de factis alienis, &c. tum perfectionis conſilia, vt vitaremus ſolicitudinem in opibus congregandis, nimiā diligentiam in rebus etiā neceſſarijs procurandis; vacaremus aſſiduæ orationi; contenderemus magis, ac magis ad iuſtitiæ perfectionem acquirēdam, &c. ac deniq; dicenti, ſe obſeruaſſe præcepta Decalogi, reſpondit, Matth. 19. *Si Vis perfectus eſſe; Vade, & Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & Veni, ſequere me.*

Neque propoſita quæſtio agitatur de lege veteri quantùm ad præcepta iudicialia; quæ habebant vim obligādi ex ſola inſtitutione diuina, & non etiam ex lege naturali. Nam inſtituta hæc fuerant à Deo, non pro alijs quidem gentibus, ſed tantùm ad regendum ſtatum populi Iudæorum: qui ſtatus, quoniam ordinabatur ad Chriſtum venturum, aduenientе Chriſto mutatus eſt; ac proindè præcepta iudicialia adhuc reſpectu Iudæorum amiſerunt vim obligan-

gandi. Pro Christianis autem nullas tulit Christus leges iudiciales, sicut latæ fuerant Hebræis: quia cùm Hebræus populus vnam solùm gentem, & regionem contineret, facilè poterat ijsdem particularibus Iudicijs gubernari: non sic autem populus Christianus, qui totum terrarum Orbem complexurus erat, vbi regiones, mores, & consuetudines, diuersissimę sunt. quarè ferendas reliquit Christus has leges pro rerum, personarum, & temporum varietate ijs hominibus, qui Respublicas prudẽter erant administraturi.

Quæstio ergo ista versatur inter Armenios de lege veteri quantùm ad præcepta Cæremonialia, seu ritũ diuini cultus; & quæritur: vtrùm hæc præcepta post Euangelicam legem sint obseruanda?

PROPONITVR DVPLEX SENTENTIA Et Resolutio Quæstionis.

§. II.

AFfirmant Pseudomagistri; populoque Armenico prędicãt, aliqua saltem ex præceptis Cæremonialibus antiquæ legis, quę mox infrà ponentur, ita necessariò obseruanda esse, vt transgressores peccent mortaliter; quique docuerint oppositum, vitandi sint vt hæretici. *Latini*, inquit Vartanus in Monitis ad Arm. cap. 7. *Nos reprehendunt: & animum ad suos errores nequaquàm ad-*

aduertunt. Apostolicam enim Constitutionem illam transgrediuntur, quæ Ecclesiæ gentilium præcipiebat abstinẽtiam ab immolatis simulachrorum, à sanguine, suffocato, & fornicatione. siquidem & sanguinem, & suffocatũ, & cibos alios immundos sine stimulo conscientiæ ipsi comedunt, &c. Et infrà: *Ciborum*, inquit, *alij mundi sunt, alij immundi, quos comedere illicitum est; Vt Moyses in lege præcepit de mundis, immundisque Volucribus, & alijs terrestribus, & aquaticis animalibus.*

Quarè abstinent se Armenij ab omni cibo, veteri lege prohibito, vt immundo, excepta carne suilla, quá comedere sibi permissum fuisse dicunt à suo Illuminatore, ac primo Patriarcha, Diuo Gregorio. Damnant propterea cos in primis, qui ex terrestribus animalibus, reptilium, pennulasque habentium carne vescuntur, eorumque omnium, quæ vel non ruminant, vel, si ruminant, non diuidunt vngulam, vt Lepus, &c. iuxta illud Deuter. 14. *Omne animal, quod in duas partes findit Vngulam, & ruminat, comedetis: de his autem, quæ ruminant, & Vngulam non fidunt, comedere non debetis.* Et rursùs: *Omne, quod in terra reptat, & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.*

Execrantur itidem eos, qui pisces comedunt, squamis, pinnulisque carentes, vt sepias, loligines, anguillas, murenas, conchas, camaros, cancros, aliaq; similium generum, iuxta illud Leuit. 11. *Quicquid pinnulas,*

ՀԱՐՑ ՈՒԱՍՏԱՆԵՑԻՑՆ, ԻՐՔՆ ՀԵՂՅԱԼԱ
Ա ԴՕՂՔ ՀԱՄԱՐԵԱՑԻՆ: ՐՈՒԱՀ ՎԱՐԴԱՆ
Ի ԳԼԽԻ ԽՕՍԱՑՈՒՑ. Է. ՊՒ՝ ԴԼԻՆ ԳԲԵ ԱՅՍ
ԱԷՍ: ՆԱՅԱԿՆԵԼԵԱՑ՝ ԱԲ ԵՒ ԱՒՍԲ ԿԱՑ:
ՈՒՂ ԵՒ ՄՈՂԱԿԱ ԱՍԵ ՅՕՐԻՆԱ ՀՆ ՍԲ ԹՈՒՂ
ՆՈՑՆ ԵՒ ՍԳԴՈՑՆ, ԵՒ ՀՆ ՀԻՆԱԴԱՆԱՑՑԻ
ՅԱՄԱՔԱՑԻՆՑ ԵՒ ՔՐԱՑԻՆՑ՝ ԱՂԲԱՑ ԵՒ ՍԳ
ԴՕՑՆ:] ԵՒ ԳՐՈՂ ԱՍԵ. ՔՒ ԱՆՈՒՔ ՀՆՁ
ԸՆԴԵՔ ԲԱՄԲԱՍԱՆՆ. ԵՒ ՀՐԻՔԱՆՑ ԱՆԿԱՂ
ԲՂՈՒԹԻՆ ԸՆԴԵՔ ՈՉ ՄԱՍԱՆԱՆՆ: ՀՆ ՀԱՍ
ՈՒԱՔԵԼԱԿԱՆ ԿԱՆՈՆԻՆ՝ ՀԱՆՑ ԱՍՆԵՆ.
ՀՂՑ ՆՈՒՆ ԱՒՔԸՆ ՀՆԴԱՆՈՒԱՑ ՆԻՒՆԵ
ՅԵՒՑ. Ի ԲԱՑ ԿԱԼ Ի ՀՐՀԵԼՑՑ ԿՈՒՑ. ԵՒ
ՅԱՐՈՒՆԵ. ԵՒ Ի ՀԵՂՁԱՑԵԼՑՑ. ԵՒ Ի ԱՂԱ
ԸՆԿՈՒԹԵ: ՀՆ ՆԱՉԱՒ ՀՐԵՒԼԱՆՆ. ԵՒ ՀԱՍ
ԲՆՆ. ԵՒ ՀԱՑՂ ԱՆԱՔ ԿԵ ԲԱԿՈՒԱՐ ԱՒՆ
ԽՄԱՆՔ ՈՒՍԱՆ:]

ՅԱՒԿ ԱՅՍՈՐԻԿ ՀԱՑՔ ՈՒՍԱՆՔ ՀՂԱՑ
ՀԱՔԵՆ Ի ՀԵՔԱԿՕՑՆ, ՂՈՂՍ ՅԱՐՁԱԼՈՒ
ՀԵՆ ՕՐԷՆՔՆ ԻՐՔՆ ՀԱՆԱՐԱ. ԲԱՑ ՄԻԱՅՆ
Ի ՄԱՑՑ ԽՈՍՔ. ԱՍԼՈՎ. ՔԵ ԱԲ ԳՐԻԳՈՐ
ԼՈՒՍԱՒՈՐԻՉՆ ՀՂԱՄԱՑԵՑ ՈՒՍԼՈՒՑՈՒՑՒ
ՈՒՍԱՀ ԴԱՍԱՒՈՐԱՐՍԻՆ ՀԱՑՈՍՄԿՈՑՔ
Ի ՅԱՄԱՔԱՑԻՆ ՀԻՆԴ-ԱՆԱՍՆԱՑՆ ՈՒՍԻՆ
ՀԱԱՂՈՒՍ, ԶԻՄ ՀԱՑՆԱ, ՈՐ ԵՒ ՈՒՆԻՆ ԶԻՄ
ՈՉ ՈՐՃԱՆ. ԵՒ ԶԻՄ ՀԻՃՂԱԿՆ ՈՉ ԲԱԺԱՆԻՆ,
ՈՒՂ ՅՕՍԱՊԱՏԱՒԱՆՆ. ԸՍՏ ԱՅՍՄ ՈՐ ԱՍԵ
Ի ՅԵՂ. ԳՐ՝ ԴԼԻՆ ԼԵՒԻՑ՝ ՕՐԻՆԱՑՆ: ՕՒՄ
ԱՆԱՍՈՒՆ ԶԻՄԱԲԱՀԵՐՆ ԵՒ ԶԻՃՂԿԲՆԻՆ
ԵՒ ՀՂՕՃՕՂՅԱՆԱՑՆ ՈՉ ՈՒՏԻՑՔ: ՈՒՄԻ
ՍԻ ՈՒՍԵՑՔ ՈՐՈՐՃԱՆՆ ԵՒ ԲԱԲԱՀԵՐՆ
ԵՒ ԶԻՃՂԿՈՒՆԻՆ ՈՉ ԽՆԱՆ: ԵՒ ՈՒՄԻ ՈՐ ՍՈՂՆ
ԽԶԻ ԼԵՒՐԻ. ԵՒ ՈՐՈՑ ԽՆԱՆ ՔԱՆ ԶԵՒ ԲԱՆԻ.
ՍԻ ՈՒՍԵՑՔ. ԱՆԱՔ ԽՆԱՆ ՆՔ ՁՆՁ:]

ՀՒՍԻ ԵՒ ԴԱՐՁԻՆ Ի ՆՈՑԱՆՔ. ՈՐՔ ՈՐ
ՄԱՆ ՂՆՈՒԿՈՆ, ՈՐ ՈՉ ՈՒՆԻՆ ԶՄԱՆ ԿԱՄ
ՂՄԱՆԻ. ԸՍՏ ԱՅՍՄ ՈՐ ԱՍԻ Ի ՅԵՂ. ԴԼԻՆ
ՂԼՈՒՑՈՒՑՆ: ԵՒ ՈՒՄԻ ՈՐՈՑ ՈՉ ԽՆԱՆ
ԲԱՆՔ ԵՒ ԲԱՆԻ Ի ՕՐԵՆ ՍԻ ՈՒՍԵՑՔ.
ԶԱՆԶԻ ՊԻՂՔ Է՝ ԱՅՆ. ՊԻՂՔ ԽՆԿՆԿՆ

ՁՆՁ:

nulas,

nulas, & ſquamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur, & Viuunt, abominabile Vobis, execrandumque erit. eos etiam, qui ab eſu volatilium ex coruino, & accipitrum genere; aliorumq; Leuit. 11. & Deuter. 14. prohibitorum, non abſtinent; iuxta illud: *Omne coruini generis*, &c. *accipitrem iuxta genus ſuum, bubonem, & mergum, & ibin, & cygnum*, &c. *comedere non debetis.*

Quemlibet denique improbant, atque arguunt, qui quodcunq; animal morticinum, aut ſine ſanguinis effuſione occiſum, vel ipſum ſanguinem occiſorum comederit, aut quoque modo animal immundum tetigerit, vt canem, &c. iuxta illud Leuit. 7. *Sanguinem omnis animalis non ſumetis in cibo.* & Deuter. 14. *Quicquid morticinum eſt, ne Veſcamini ex eo.* & Leuit. 11. *Nolite contaminare animas Veſtras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi ſitis.*

Immò, ſi quod animal immundum, vt mus, &c. inter eſculenta, aut poculenta mortuum reperiatur, vel intra vas aliquod, etiam oleo, aut vino plenum; omnia proijciunt, vt polluta, vaſaque ipſa perfringunt, & vinum effundunt, vt execrabile, iuxta illud Leuit 11. *Vas autem fictile, in quod horum quidquam intrò ceciderit, polluetur, & ideircò frangendum eſt: & omne liquens, quod bibitur de Vniuerſo Vaſe, immundum erit.*

Et ipſa quidem animalia, quibus eis ſit veſci licitum, ſi caſu fuerint occiſa tempore eorum ieiuniorum, quæ *Nauacatich* apud eos dicuntur, &

ե 5

ղ 6

է 7

ը

թ

& quinquies occurrunt in anno, etiã vt polluta, atque execranda, superstitiosè vitantur, tametsi nulla sunt lege prohibita.

Denique præceptum de Purificatione mulierum parientium obseruant, prout habetur Leuit. 12. Nec non animalium Sacrificia faciunt, oues offerentes, ac iugulantes in expiationem peccatorum suorum, vt in Lege præscriptum fuerat.

NEgant autem reliqui Armeni Patres Catholici; docentes, omnes istos, aliosque ritus Hebraicos, qui velut vmbræ, Cæremonias, & Sacramẽta futuræ nouæ legis præfigurabant, Euangelica ipsa Lege adueniente cessasse, suamque vim amisisse. Quarè Sanctus Nicon Armenus (vt visum est in 1. par. c. 18. num. 26.) suæ Nationis hæreticos reprehendit, quòd pecorum Sacrificia, nonnullasque alias Mosaicæ Legis cæremonias adhuc peragerẽt. Et Patres Armeni tum Sisensis, tum Adanensis Concilij, cum Romana Ecclesia suam conciliantes, approbauerunt epistolam dogmaticam Gregorij Armenię Patriarchę ad Regem Haytonem; vbi Hebraica illa ciborum discretio his verbis refellebatur: *Cibos autem immundos, præcipuè qui ad pauperum manus obiter veniunt, omnes, Vt inquit Paulus, in nomine Dei purificatos haberi, iubemus; quos & orationibus benedici, docuit Dominus Nierses*, nimirùm Ghelaiẽsis, qui similiter Armeniæ Doctor, & Patriarcha fuerat.

Itaque posterior hæc sententia

(quam ſemper à principio Eccleſia Catholica tenuit, atq; docuit, priorem reijciens, vt hæreticam) ſuſcipienda Chriſtianis omnibus eſt: & à Generali Synodo Florentina, præſentibus, atque conſentientibus Armenis Legatis, definita de fide ſunt his verbis: *Sacroſancta Romana Eccleſia, Domini, & Saluatoris noſtri voce fundata, ſo miter credit, profitetur, & prædicat, omnem creaturam Dei bonam, nihilque reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; quia iuxta Verbum Domini, non quod intrat in os, coinquinat hominem. illamque Moſaicæ legis ciborum mundorum, & immundorum differentiam ad Cæremonialia aſſerit pertinere, quæ ſurgente Euangelio tranſierunt, & efficacia eſſe deſierunt.* Et infrà: *Nullam itaque cibi naturam condemnandam eſſe, denunciat, quam ſocietas admittit humana; nec inter animalia diſcernendũ per quemcunque, ſiue Virum, ſiue mulierem, & quocunque genere mortis intereant: quamuis pro ſalute corporis, pro Virtutis exercitio, pro regulari, & Eccleſiaſtica diſciplina poſſint, & debeant multa, non negata, dimitti; quia iuxtà Apoſtolum omnia licent, ſed non omnia expediunt.* Hæc Synodus.

Synod. Floren. in decreto pro Iacobitis.

Et Romana Eccleſia in fidei profeſſione, quam Armenis, alijſque Orientalibus Chriſtianis amplexandam proponit, ſic habet: *Profiteor, quæ in Florentina Synodo definita ſũt: videlicet Legalia Veteris Teſtamenti, ſeu Moſaicæ legis Cæremonias, Sacra, Sacrificia, & Sacramenta, Domino noſtro Ieſu Chriſto aduenìente, ceſſaſſe,*

Profeſſio fidei, Armenorum, edita iuſſu Vrbani VIII.

նել վկայութիւնք սք գրոց. և սրբց հարց. և և այս պատճառաւք:

14

Երկրորդ ազդմունքն

Պատուիրանքն հին օրինացն
ի նոր օրէնս վերացան.

Հաւխս ցուցանէ

ի սուրբ գրոցն.

Գլուխ. ՃԻ.

ՅՈՒԴ աշխատ տառս յոյժ անուանապէս անդրադառ գտանի այս վարդապետութիւնս: Բայց յոյժ զարմանալի բան է. Թէ ինչ հայր ոմանք բազում անգամ լինելոյ և լսելոյ գիտեն ՅՈՒԴ աշխատիս գիրս յեկեղեցիս խրմանց. ի սիտաս ոչ առնուն զայդ բնաւանոյ խոկ կամ ջանան, և ականջօք խոկ լսեն:

Եւ նախ ի բանս հին օրինացն կայ մարգարէութիւնք ինչ վերանալոյն նոցա. քանզի ի Բ. Օր. դ՚ գլխեն երկրորդ օրէն նոցին առ մովսէս ցժողովուրդն: Ըզ մարգարէ յազգէ քոմէ, և յեղբարց քոյ ներքև պիտ յարուցէ քեզ աէր Աստ քո. նմա լուիցես:] Եւ յետոյ գարձեալ ասէ: Հաւատացից նմա. զմարգարէ յարուցից նոցա ի մէջ եղբարց նոցա նման քեզ. և եդից զբանս իմ ի բերան նր. և խօսիցի առնոսա զամս որ ինչ պատուիրեցից նմա:] Այլ նմանապէս այր հարկն վերանալոյն էր, որ գալոյն էր. զի յետ նոր պատուիրանին նր պարտ սակս վերացաւ հինն պատուիրն սակս մանաւանդ զի ինքն առաց. Թէ օրէնք և մարգարէք մինչ և յովհաննէս: յայնմ հետէ աւետարանի տիրոջ ոսկեբերանի:

Եւ դարձ յետայեաս մարգարէ ի Եսայ. ԽԲ՚ գլխեն ասէ յիշոյ կոչման հրէից առաքին. և յիշոյնոյ հաւատացելոց.

ցոյս

& post promulgatum Euangelium sine peccato obseruari non posse: eiusdem etiam legis Veteris ciborum mundorum, & immundorum differentiam ad Cæremonialia pertinere, quæ surgente Euangelio transierunt. Superest ergo, vt huius catholicæ sententiæ veritas ex sacris quoque Scripturis, ex sanctis Patribus, & ratione, ijsdem Armenijs ostendatur.

PRAECEPTA
Cæremonialia veteris Legis abrogata esse post nouam Legem,

PROBATVR PRIMO
Ex sacris Scripturis.

§. III.

ITa sæpiùs, ac clarissimè in sacris Scripturis hæc doctrina tradita reperitur; vt planè mirari fatis non valeam, cur Armenij, easdem licèt scripturas suis in Ecclesijs frequētissimè recitari audiant, minùs tamen, quod ore proferunt, auribusque accipiunt, percipiant intellectu.

Et primò, ab ipso veteri Testamento non obscurè veritas hæc insinuatur. Inquit enim populo Moyses, Deuter. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies.* Et infrà: *Ait Dominus mihi: Prophetā suscitabo eis de medio fratrū suorum, similem tui: & ponam Verba mea in ore eius; loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Igitur ad-

ueniente Propheta Christo (de quo hic sermo sit, vt Expositores omnes interpretantur), cedit Lex Mosaica eius imperio: maximè cùm ipse sit, qui Luc. 16. dixit: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem; exindè Regnum Dei euangelizatur.*

Præterea Isaias cap. 43. loquens à principio capitis de vocatione Iudæorum ad Christum, & ad conuersos, & credentes in illum, vt egregiè exponit Hieronymus; tandem concludit: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.*

Et Ieremias cap. 21. post illa verba, *Fœmina circundabit Virum*, subdit: *Ecce dies Venient, dicit Dominus; & feriam domui Israël, & domui Iuda, fœdus nouum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, &c. sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quem locum expendens Paulus Hebr. 8. inquit: *Dicendo nouum, Veterauit prius: quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est.*

Deindè in nouo Testamento nihil hoc manifestiùs prædicatur. Et quantùm ad rem illam de cibis immundis, Matthæi 15. Christus ait: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem:* videlicet, vt subiecit, *cogitationes malæ, falsa testimonia, blasphemiæ*, &c. nullus ergo cibus potest nunc animã, sicut antea, maculare; sed potiùs eam coinquinat prauа voluntas, qua quis contra

Euan-

[ըստ մեկնութեանն սրբոյն Ջերոնիմոսի. եւ ասէ այսպէս: Մի՛ յիշէք զառաջինսն, եւ զհինսն մի՛ ածէք ի մտաւ:]

Եւ դարձեալ յերեսիաս մարգարէ՛ն ասէ. դիմեն յետս ասէլոյն. Եթէ կին շուրջ պատեսցէ զարսամբ. ասէ այսպէս ՏԵՐՈՒՆ ամենակալ. ասէ այլ. եւ ուխտ առցից տանն Իսրայէլ, եւ տանն յուդայ ուխտ նոր. ոչ ըստ ուխտին զոր ուխտեցի ընդ հարսն նոցա:] Եւ զինչ ասէ կամ ուր դնէ ասէ: Ահա՛ այս է ուխտն զոր ուխտից առնել ի տունն Իսրայէլի: ասաց տէրն. տա՛ օրէնս իմ՛ի միտս նոցա. եւ՝ ի սիրտս նոցա գրեցից զնա:] Եւ զբանս զայս մեկնէ սո՛ւրբ Պօղոս՛ի յուԹեԹ՚ գլխին առ Էբբայեցիսն. եւ ասէ: Ահա՛ ասէլովն, տուր. հնացեալ զառաջինն: եւ որ հընանայն եւ ծերանայ. մերձ է յոչնպատուԹի՛ն:

Զոմանք ինոյն կասկածանացն բանն յոյժանայ ընծայեն: բանզի չիգա կէսս էրայ ասէ քո՛ի մեռանի. Ժէ. էրդ՚ գլխոյ Լուսարար է՛ի միտս առէք. ոչ որովհետեւ ընդ բերանն. այլ ընդ գլուխ չինչ էլանէ՛ի բերանոյ այն այլ է գլխոյ չի խորհուրդք չարք. առ ինկայութիւն հոգւոյ հայուիչք. եւ այլն: Ահագին ուրեմն ոչնչով կերպարանօք բան ինչ կարի այժմ այլ է զհոգեւոր իմաստն կարի այլ է. ասէ այլ է զոմն չար խորհուրդն որով ոմանք հակառակին այսմ ամենայնի վերստին ընծայեսցեն. զոր ընդունել տեղեկացած ամաչ էնեղեցիք:

Եւ դարձ՛ի գլուխ. Ժ. էրդ՚ գլխոյ ասէ՝ որոյ այն. Էր նմին ասաս ապաշխարել. ոչ աւելիք. եւ ապիրիքք զորինչ առնուն:] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ: Ծար քաղաք մատնիցէք. եւ ընդ ոտն ձեր գնեսջիք. ոչ աւելիք գինչ առաքի դնել ձեր:] Եւ՛ի. Ժա. գլխոյն ասէ:

Եւս

Euangelicam hanc doctrinam, quã amplectitur Ecclesia vniuersa, temerè, contumaciterque inuehitur.

Et rursùs Luc. 10. *In eadem*, inquit, *domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt.* Et infrà: *In quamcunque Ciuitatem intraueritis, & susceperint vos; manducate, quæ apponuntur vobis.* Et cap. 11. *Veruntamen, quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* Permisit ergo Dominus omnibus suis discipulis, & sic toti Ecclesiæ, cuiuslibet cibi esum, etiam qui antè fuerat in lege prohibitus: nam eos prædicatores mittebat non solùm ad Iudæos, sed etiam ad omnes gentes, quæ cibis communibus vescebantur.

Hanc præterea de discretione ciborum controuersiam, iam tum inter fideles exortam, non semel suis in epistolis dirimere conatus est Paulus Apostolus. Vndè primùm ad Rom. 14. scripsit: *Infirmum in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit, se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit.* Et infrà: *Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum; nisi ei, qui existimat, quid commune esse, illi commune est.* Et rursùs: *Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Et paulò post: *Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est; quia*

non eſt ex fide. Quibus verbis affirmat Apoſtolus, nullum cibum eſſe immundum, ſed omnes per Chriſtum purificatos; ideòque ſine diſcretione vlla percipiendos eſſe. eos autem, qui cibum aliquem immundum exiſtimarent, infirmos in fide appellat, ac etiam damnatos, ſi cũ erronea hac cõſcientia manducarẽt.

Secundò, 1. Cor. 10. *Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Domini eſt terra, & plenitudo eius. ſi quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, mãducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.*

Tertiò, 1. Timoth. 4. *Spiritus autem manifeſtè dicit, quia in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide, attendentes ſpiritibus errorum, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocriſi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam; prohibentes nubere, & abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis, qui cognouerunt veritatem. quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam aſſecutus es: ineptas autem, & aniles fabulas deuita.* Iàm quæsò, quid planiùs, apertiùſq;, & efficaciùs dici poterat? igitur, iuxta Paulum, ij Armenij, qui cibos aliquos reijciendos eſſe dicunt,

այլ այնչ եաւլ էին մեռք և խորհուրդք
նց :] Եւ նա՛ Ըն ոգւէս սբն պօղոս
յաւմ ասելք յայտնապէս եասն ընդ գեմ
այսց աղանդոցս :

Եւ զայն հաստատէ առնիչ պետ
րոսի ի գործոց . Ժ . եդե" գլխա . Ուր
եղեւեցաւ նմա անօթ ինչ յորում էին
ամե չորքոտանիք երկրի . և Ձայնէր
երկինից . և եղև ձայն առ նմա , յարի
պետրոս , գնա և կեր : և պետրոս ասէ.
քաւ լիցի տէր զի ոչեբեբէք կերեալ եաս
նակ ինչ և անօր : Եւ ձայն եղև երկին
անգամ առ նմա . զոր ետձ արբեաց . դուս
ն՛ դնիլդ ասէր :] Ոգոմ տեսլեամբս Յգ
ծանուցանէ պետրոսի . Ըն խափանել 13
էր հին պատուիրանն յիշոց հրաժարե
լոյ ի յանօր կերակրոցն :

Հիմք ըստ այմմ , որ պատշաճեն առ
խափանումն այլոց ազատագրական պա
տուիրանաց հին օրինացն առ հաւատա
րակ նախ ծանոյց զայս նոյն ինքն տէ
րն մեր յն ըն յորժամ ի գիւղս ժզ .
եդե" գլխա ասաց : Օրէնք և մարգա
րէք մինչև յովհաննէս : յայսմհետէ ա
ստեղծ ըն ոյ աւետարանի :] Եւ այս
յայտնաւորապէս զն վերջնական բա
ցատրն ըն հին օրինացն . որ պատահէր Յդ
ժամանել վերջացման նոյն օրինացն : 14
ոչ լինելոց էր յետ մահուանն քրի :

Իսկ յետոյ նոյն բանն ամենայնի
ցաւ ի ժողովն առաքելոց . որպէս ասէ ի
գործոց . Ժէ . եդե" գլխա . Ըն յայտնան
ման ի հեթանոսեան փարիսեցւոցն
հաւատացելոյ : և առնել . ըն պատա
ճառ էր ըզխռովել զսոսա . և պատուիրել
պահել զօրէնսն մովսէսի : և ժողովել
զայն առաքելն և եղբարցն անուանել
զն բռնախոյտորիս : և յետ բազում մին
դեր լինելոյ յոյն նիկայ պետրոս . և
ասէ ցնոսա առ եղբարք . և այլն . ապա-

ընդ

vt immundos ; à fide discesserunt , in hypocrisi loquuntur mendacium, errorumque spiritibus, & Dæmoniorum doctrinis attendunt.

Quartò denique hoc ipsum cum eadem efficacia prædicat, ad Titũ, 1. *Increpa illos dure , vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis , & mandatis hominum , auertentium se à veritate : omnia munda mundis : coinquinatis autem , & infidelibus nihil est mundum ; sed inquinatæ sunt eorum & mens , & conscientia.*

Idem confirmat etiam visio Petri, Act. 10. vbi apparuit illi vas, *in quo erant omnia quadrupedia , & serpentia terræ , & volatilia Cæli : & facta est vox ad eum : surge Petre , occide, & manduca. ait autem Petrus: absit Domine ; quia nunquàm manducaui omne commune , & immundum. Et vox iterùm secundò ad eum : quæ Deus purificauit , tu commune ne dixeris.* Qua quidem visione satis apertè significatum Petro fuit, cessasse iam veteris legis mandatum de abstinẽtia à cibis immundis.

Quod autem spectat ad derogationem eiusdem legis quoad reliqua legalia, seu cæremonialia præcepta: declarauit id anteà ipse Dominus noster, Iesus Christus, Luc. 16. dicẽs: *Lex , & Prophetæ vsque ad Ioannem; exindè Regnum Dei euangelizatur.* quod est intelligendum de cessatione prædicationis eiusdem legis ; quæ cessationẽ obseruationis illius , post Christi mortem sequuturam, præcedere debuit.

Deindè definitum hoc fuit ab

Apo-

Apoſtolis in Hieroſolymitano Concilio, de quo in Actis, cap. 15. ſic legitur: *Surrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum, qui crediderũt, dicentes: quia oportet circumcidi eos; præcipere quoque ſeruare legem Moyſi. cõuenerunteque Apoſtoli, & Seniores Videre de Verbo hoc. Cùm autem magna conquiſitio fieret, ſurgens Petrus, dixit ad eos. Viri fratres, &c. nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque Patres noſtri, neque nos portare potuimus? ſed per gratiam Domini Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodùm & illi.* Quam Petri ſententiam ſequuta eſt cum Iacobo reliqua multitudo. Cæterùm prohibitionẽ illam, ab Apoſtolis ibidem factam Gentilibus, in Syria conuerſis, vt abſtinerent ſe à quibuſdam cibis, non niſi pro tempore aliquo ad Iudæorum ſcandala euitanda conſtitutam fuiſſe, demonſtrabimus infrà, cùm reſpondebimus ad obiecta.

Ակ 15

Denique in huius rei confirmationem, ac defenſionem, multa Paulus ſcripſit varijs in locis: & primò in epiſt. ad Romanos. inquit enim cap. 6. *Non eſtis ſub lege, ſed ſub gratia.* & cap. 7. id declarat exemplo vxoris, quæ per viri mortem ſoluta eſt à lege illius: vndè concludit: *Itaque fratres mei, & Vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti, Vt ſitis alterius, qui ex mortuis reſurrexit.* Et infrà: *Nunc autem ſoluti ſumus à Lege mortis, in qua detinebamur: ita Vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in Vetuſtate literæ.* Et cap. 8. *Lex ſpiri-*

Հռ 16 17

tus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege mortis. ac tandem cap. 10. *Finis*, inquit, *legis est Christus ad iustitiam omni credenti.* ergo completo illo fine, ac termino, cessauit lex absq; alia derogatione.

Secundò idem ex professo docet in epist. ad Galatas; vbi cap. 2. sic Petrum alloquitur. *Si tu, Iudæus cùm sis, Gentiliter vluis, & non Iudaicè: quomodò Gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores; scientes autem, quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro.*

Et cap. 3. *Quicunque*, ait, *ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. scriptū est enim; maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea;* &c. *sed Christus nos redemit de maledicto legis.* Et infrà: *Quid ergo Lex? propter transgressiones posita est, donec veniret Semen, cui promiserat:* id est, Christus. Et posteà: *Priùs autem, quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo.*

Et rursùs cap. 4. *Quomodò iterùm conuertimini ad infirma, & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?* hoc est, ad obseruantiam legis, quæ iustificare neminem poterat. Et infrà:

de duobus Teſtamentis, veteri, & nouo, loquens ſub figura duorũ filiorum Abrahæ, ſcilicet Iſmaëlis, qui ei ex Agar ancilla, & Iſaac, qui ex Sara, vxore libera, natus fuerat; inquit: *Nos autem, fratres, ſecundùm Iſaac promiſſionis filij ſumus. ſed quomodò tunc is, qui ſecundùm carnem natus fuerat, perſequebatur eum, qui ſecundùm ſpiritum: ità & nunc. Sed quid dicit Scriptura? ejice ancillam, & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit. State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico Vobis; quoniam, ſi circumcidamini, Chriſtus Vobis nihil proderit.* Viden, vt apertè teſtatur Apoſtolus, ejiciendam eſſe legem veterem, quæ tanquàm ancilla fuit legis Euangelicæ, ſicut fuerat Agar Saræ ancilla.

Tertiò, ad Epheſios 2. *Qui fecit Vtraque Vnum, medium parietem maceriæ ſoluens, & legem mandatorum decretis euacuans:* hoc eſt, Moſaicam legem decretis Euangelicis auferens.

Quarto, ad Coloſ. 2. *Nemo Vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum; quæ ſunt Vmbra futurorum.* Et paulò poſt: *Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius mundi: quid adhuc, tanquàm Viuentes in Mundo, decernitis, ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis? quæ ſunt omnia in interitum ipſo Vſu ſecundùm præcepta, & doctrinas hominum.* Ecce loquitur hic Apoſtolus

ամէն գինէ ասէ դնել ի բաց հանել զոչխարհին եւ զորդէ դուրս. զի մի յառնայ գնացէ որդի աղախնոյն ընդ որդւոյն ազատին: զի որոյ եղբարք չեմք որդիք աղախնոյն. այլ ազատին՝ ազատ է որով քս զմեզ ազատեաց: զնոսա կացէք այսուհետեւ. եւ մի՛ միւս անգամ ընդ լծով ծառայութեան մատանէք:] Եւ ոմանք. Թէ ոչ յայտնապէս ուսուցանէ պօզոս ի բաց հանել զհին օրէնսն, որ էր երբեմն աղախին նոյն օրինացն, որ ոչէս եւ ազատ եղեւ աղախին տուողին:

Երկրորդ՝՝ ի Թուղմն ասէ եհեռացարո՛ զնոսին գլխին ասէ: Եւս է խաղաղութիւն. որ ազատ գնկրտեաւն են. եւ զմիջնորմն զանկոյն քակեաց զթշնամութիւն ի մարմնի իւրում. եւ զօրէնս պատուիրանացն հրամանօք խափանեաց:] յր. զհին օրէնսն հրամանօք նոր օրինացն վերըացոյց:

Չորրորդ՝՝ ի Թուղմն ասէ. կշտացս չէր կրկ՝՝ գլխին ասէ: Եմի՛ ոք պատուհասանէ զձեզ դատաւոցք ուսուլոյն. կամ ըմպելոյն. կամ մասնաւորաբար ուրեմն. կամ տաւնախմբութեան. կամ նորալուսնի. կամ շաբաթուց: որ են ըստ ուսուլոյն հանդերձելոցն:] Եւ գինէ պատուհասանէ ասէ: Եթէ մեռանիցուք ընդ քէ ի տապերաց աշխարհիս. գի՛ եւս երբեմն գկենդանիս ասուածն յայտնի հն կրճատէ որիք. մի՛ մերձենայք. մի՛ հաշակերք. մի՛ հպուիլ լինիք. որ է ամենն ի պէտս ապականութեան ըստ պատուիրանաց եւ վարդապետութեանց մարդկան:] Հ՚ հայ խոսի ասատ ոմանք յիշատ՝՝ անդորձէց հին օրինացն. ասելով. գի եթէ միւս անգամ ընդ ուխիցն. ի եւ են ոճ այնմ օրէնք. այլ մարդկայինն ուսմունք. որք բերին զմարդ ի հպատակութիւն եւ յապականութիւն:

Եւ հինգերորդ՝՝ ի Թուղմն ասէ եբ

բայն

lus de legalibus Cæremonijs ; quæ
ſi rursùs poſt ſuam abrogationem in
vſum reuocentur , iam non lex diui-
na , ſed humana , & commentitia
dici poterunt , quæ in interitū Chri-
ſtianos adducet .

Tandem ad Hebr. 7 . diſputans
Paulus de abrogatione veteris legis ,
& introductione noue, his premit ra-
tionibus aduerſarios : *Si ergo conſum-
matio per Sacerdotium Leuiticū erat :
populus enim ſub ipſo legem accepit: quid
adhuc neceſſarium fuit , ſecundùm
ordinem Melchiſedech alium ſurgere
Sacerdotem , & non ſecundum ordinē
Aaron dicit? Tranſlato enim Sacerdotio,
neceſſe eſt , Vt & legis tranſlatio fiat .*
Et infrà : *Si ſecundùm ſimilitudinem
Melchiſedech exurgat alius Sacerdos ;
qui non ſecundùm legem Mandati car-
nalis factus eſt , ſed ſecundum Virtutē
Vitæ inſolubilis : reprobatio quidem fit
præcedentis Mandati , propter infirmi-
tatem eius , & inutilitatem : nihil enim
ad perfectum adduxit Lex . introductio
verò melioris ſpei , per quam approxi-
mamus ad Deum .*

Et iterùm cap. 8. *Nunc autem
melius ſortitus eſt miniſterium , quantò
& melioris Teſtamenti mediator eſt ,
quod in melioribus repromiſſionibus ſan-
citum eſt . nam ſi illud prius culpâ Va-
caſſet , non Vtique ſecundi locus inqui-
reretur . Vituperans enim eos , dicit :
Ecce dies Venient , dicit Dominus ; &
conſummabo ſuper domū Iſrael , & ſu-
per domum Iudà Teſtamentum nouū ,
non ſecundùm Teſtamentum , quod feci
patribus eorum in die , qua apprehendi
manù eorum , Vt educerem illos de terra*

Aegypti, &c. *dicendo autem nouum, veteranit prius: quod autem antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt.*

Et pergit cap. 9. *Hoc ſignificante Spiritu ſancto, nondum propalatam eſſe Sanctorum viam, adhuc priore Tabernaculo habente ſtatum: quæ parabola eſt temporis inſtantis, iuxta quã munera, & hoſtiæ offeruntur, quæ nõ poſſunt iuxtà conſcientiam perfectum facere ſeruientem ſolummodò in cibis, & in potationibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis:* hoc eſt, vſq; ad legem Euangelicam.

Quibus verbis apertiſſimè concludit Apoſtolus, Legalia veteris Teſtamenti ceſſaſſe; ijs præcipuè, quibus ait: *Tranſlato Sacerdotio, neceſſe eſt, vt legis tranſlatio fiat.* Et rursùs: *Reprobatio quidem fit præcedentis mãdati.* Et iterùm: *Dicendo autem nouum, veteranit prius: quod autem antiquatur, & ſeneſcit, propè interitum eſt.* Et poſteà: *In cibis, & in potationibus, & varijs baptiſmatibus, & iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis.* Nec video, qua ratione poſſint Armenij Euangelicæ Chriſtianæ legis ſectatores verè appellari; ſi quod Chriſtus in Euangelio, eiuſque Apoſtoli ſuis in Scriptis, tam diſertè docuere, poſthabeant,

յայտնելով Հանապազհ սրբոց, քանզի դեռ առաջին խորանն ունէր կհաստատուածն. որ էր օրինակ հանդիպանելոյն, որ առաջի կայր, յոր ժամ պատարտիքն և պտիղք մատչէին, որք ոչ կարէին ըստ խղճի մատուցանողաց զպաշտօնեայն բոլոր ա-մէնայն կատարել և կամելիօք և պէսպ՚ սկզբան-քեամբք և մարմնոյ արդարութեաբ. որ մինչև ի ժամանակս ուղղութեան իմիք կային։] էր. մինչև ի ժամանակս նորոգ օրինացն.

Աշխ՚ նէնեան բանիցս այսոցիկ յայտնապ՚ ընդդէմ սբ առաքե. Եթէ օրինադրութիւնքն մովսէսի վերացան. ամենեւին պարտ ասելոյն. Եթէ ի փոխել քահանայութեանն՝ հարկ էր և. օրինացն փոխոխութիւնք լինել: Եւ դ՚ կրկ՚ սրհամարհութիւն լինէր առաջինն պատուիրանին; Եւ դ՚կրկ՚ ասելոյն զոր՝ հնացեալ զառաջինն. և որ հնանայ և ծերանայ. մերձ է յապականութիւն: Եւ յետոյ. հեթանոսքէ և ըմպելիօք, և պէսպ՚ սկզբան-քեամբք և մարմնոյ արդարութեաբ. որ մինչև ի ժամանակս ուղղութեանն իմիք կային:] Վասն որոյ և ոչ կարեմ իմանալ. Եթէ դիտեցք. քրիստոնեայ ձշմարտապէս կոչին այնոքիկ, որ ան-կումն և ապականելիս կեցուցեալ փրկարար վարդապետութիւնս քրիստոսի. և սրբոց առաքելոցն նոցա։]

PROBATVR IDEM Secundò Rationibus, ex Scriptura sacra deductis.

§. IV.

PRima ratio est: Cæremonialia veteris legis erant vmbræ, ac figuræ Sacramentorum, aliarumq; rerum, & cæremoniarum, in lege Euangelica futurarum; iuxta illud, Hebr. 10. *Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Et 1. Cor. 10. *Hæc in figura facta sunt nostri.* Et rursùs infrà: *Hæc autē omnia in figura contingebant illis.* Et Colos. 2. *Nemo Vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorum; quæ sūt vmbra futurorum, corpus autem Christi:* id est, veritas pertinet ad Christum, qui in Passione impletionem exhibuit omnium figurarum, dicēs: *Consummatum est.* Sed vmbræ, ac figuræ, apparente luce, & rerum veritate, diffugiunt: igitur Euangelica Christi lege adueniente, vetus cessauit: in cuius etiam rei signū velum Templi, quod significabat statum illum legis veteris figuralem, in Christi morte legitur esse scissum.

Et confirmatur magis hæc ratio: quia ex eo quòd Cæremonialia antiquæ legis data fuerint Hebræis ad significanda Christi mysteria, vt futura, atque ad disponendum, præparandumque eorum populum ad eiusdem Christi aduentum, iuxta illud Gal. 3. *Priusquàm Veniret fides, sub lege custodiebamur, cōclusi in eam*

fidem

fidem, quæ reuelanda erat : itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur : sequitur, quòd per eorum obseruantiã profiteremur, statum veteris Testamenti adhuc durare, ipsumque Christum nondum venisse : igitur ipsa eorum obseruatio per se præiudicat nostræ fidei veritati, secundùm quam confitemur, Redemptionem iam factam, & mysteria illa iam esse completa.

D. Thom. 1. 2. quæst. 103. art. 3.

Probatur secũdò ratione D. Thomæ, quæ deducitur ex præcedente: quia Cæremonialia pertinent ad exteriorem Dei cultum, qui proportionari debet cultui interiori, in fide, spe, & caritate consistenti : atque adeò iuxta diuersitatem cultus interioris diuersificari quoque debet exterior. Potest autem triplex status assignari cultus interioris: Primus in lege veteri, iuxta quem habebatur fides, & spes tum de bonis cælestibus, tum de his, per quæ in cælestia introducimur; sed de vtrisque, tanquàm de quibusdam futuris. Secundus in lege noua, in quo habetur quidem fides, & spes de cælestibus bonis, tanquàm de futuris; sed de his, per quæ in cælestia introducimur, sicut de præsentibus. Tertius autem status est Beatorum in Patria, vbi habentur bona cælestia, vt præsentia, & nihil creditur, vt absens, neque speratur, vt futurum. Sicut ergo, adueniẽte hoc tertio statu, scilicet Beatorum, nihil in eo erit figurale, ad diuinum cultum pertinens, sed solũ gratiarũ actio, & vox laudis; ita pari ratione, Cæremoniæ primi status,

per

per quas figurabatur secũdus, & tertius, secundo statu adueniente, cessare debuerunt, & aliæ indũci cæremoniç, quæ huic statui conuenirent.

Probatur tertiò: Lex Mosaica, etsi *sancta, iusta, & bona*, vti dicitur Rom. 7., eoquod rectæ consona rationi, & eius temporis statui cõgruens: quia tamen multis erat, & grauissimis onerata præceptis, atque adeò transgressionis occasio; dabatur enim ad Iudæorum mala maiora euitanda, vt nimirùm eorum ad superbiam, & Idololatriam inclinatio coarceretur: & quia iustificare neminem poterat; nam dabatur, vt via ad legem iustificationis, & populo adhuc imperfecto, vt disponeretur ad perfectionem, quæ erat futura per Christum: quapropter eiusdem legis mandata sine gratia Dei, quam dare non poterat Moyses, sed Christus, iuxtà illud Ioan. 1. *Lex per Moysen data est; gratia, & Veritas per Iesum Christum facta est*; occasionaliter reos constituebant homines, ac pœnæ obnoxios: idcircò erat talis lex *importabilis*, vt dicitur Act. 15. erat *lex timoris, ac seruitutis*, Rom. 8. & Gal. 4. & 5. *lex infirma, inutilis, & imperfecta*, Hebr. 7. ac denique *lex peccati, & mortis*, Rom. 8.: igitur perpetuò durare non debuit; sed *poni*, vt inquit Paulus, *donec Veniret Semen*, id est, Christus:

Tum quia lex Euangelica dicitur è cõtrario *iugum suaue, ac leue*, Mat. 11. *lex perfecta*, Iacobi 1. *Virtutis, & dilectionis*, 2. Timoth. 1. *lex libertatis, & adoptionis filiorũ*, Gal. 4.

lex

lex gratiæ, & iustitiæ, Rom. 6. ac tandem *lex spiritus vitæ*, Rom. 8. quia Christus, qui dedit huius legis mandata, dedit etiam gratiam, & Spiritum, per quem in corde diffusa est caritas. igitur hæ duæ leges sunt inter se oppositæ, atque adeo incõpossibiles: vndè aduenientè noua, cessare debuit vetus.

Probatur quartò: Prior lex data fuit vni genti ad distinctionem aliarum, iuxta illud, Deuter. 4. *Quæ est alia gens, vt habeat cæremonias, iustaque iudicia, & vniuersam legem, quam ego ponam hodiè ante oculos vestros?* & Psal. 147. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis*: vndè Apostolus ad Romanos 6. *Optabam*, inquit, *ego ipse anathema esse pro fratribus meis secundum carnem, quorum est Testimoniũ, & legislatio*. Posterior verò data est toti Mundo, iuxta illud, Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes*: & Marc. 16. *Euntes in Mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ*: vt scilicet Ecclesia, perfectam habens vnitatem, ex omnibus hominibus congregaretur. Ergo, vt hæc posterior itare posset, necessarium fuit, signa, & speciales Cæremonias vnius populi è medio tollere. Et hoc est, quod Paulus dixit Ephes. 2. Christum abstuliisse medium parietem maceriæ, & inimicitias soluisse inter vtrumque populum, Hebraicum scilicet, & Gentilem: *Fecit*, inquit, *vtraque vnum; & medium parietem maceriæ soluit, inimicitias in carne sua; legem mandatorum*, hoc est, legaliũ, *decre-*

Յ 10

Յա 11

Յբ 12

tenentur; cur in earum quarundam obſeruationem tum ſeſe, tum gentes alias ita obligãt, vt vel grauiter peccare tranſgreſſores arbitrentur? aut cur id obſeruare non timent, quod ipſis, non dico, nullam obligationem, ſed omnem teſte Paulo affert interitum? *Si ergo*, inquit ille Coloſ. 2., *mortui eſtis cum Chriſto ab elementis huius Mundi; quid adhuc, tanquàm Viuentes in Mundo, decernitis, ne tetigeritis, neque guſtaueritis, neque contrectaueritis; quæ ſunt omnia in interitum ipſo Vſu ſecundùm præcepta, & doctrinas hominũ?* Et rursùs Gal. 5. *Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini; à gratia excidiſtis.* Tum quia per figurales eas obſeruãtias, vt diximus, etſi non verbis, factis tamen proteſtantur, Chriſtum nondum veniſſe, nec eius myſteriũ eſſe impletum: quod nihil eſt aliud, niſi ſuæmet fidei abiuratio.

Si verò legalium obligatione tenentur; cur reliqua eius legis mandata, cæremoniaſque tranſgrediuntur? quid magis in ea vetitum, vt immundum, quàm caro ſuilla, quam ipſi licitè comedunt? aut quid diſtrictiùs præceptum, quàm Circumciſio, à qua ſe abſtinent? Et tamen Iacobo ſe credere iactant dicenti: *Qui totam legem ſeruauerit, offendat autem in Vno, factus eſt omniũ reus:* nec Paulum reſpuunt occlamantem: *Quicunque ex operibus legis ſunt, ſub maledicto ſunt: ſcriptum eſt enim: maledictus omnis, qui non permanſerit in omnibus, quæ ſcripta ſunt in libro legis, Vt faciat ea.* Et iterùm: *Teſtificor autem*

Jacobi 2.

Gal. 3. & 5.

decretis, ſcilicèt Euangelicis, *euacuãs; Vt duos condat in ſemetipſo in Vnum nouum hominem, faciens pacem.*

Probatur quintò: Iam lege Moſaica non obligantur illi Hebræi, qui ſunt ad Chriſtum conuerſi; vt Act. 15. definierunt Apoſtoli: neque illi, qui in Iudaiſmo ſunt pertinaces (niſi fortè per accidens ex erronea ipſorum conſcientia); vt probant tum rationes adductæ; tum quia hi conſtituti iam ſunt in ſtatu, in quo impoſſibile eſt, illa eos lege teneri; cùm nec ſint in terra Promiſſionis, nec Templum habeant, extra quod præcipua Sacrificia, & præcepta implere non poſſunt, iuxta illud, Deuter. 12. *Caue, ne offeras holocauſta tua in omni loco, quē Videris; ſed in eo, quem elegerit Dominus in Vna Tribuum tuarum, offeres hoſtias, & facies quæcunque præcipio tibi:* tum denique quia, licèt increduli ſint, tamen tenentur nihilominùs nouam Chriſti legem ſuſcipere, veteremque deſerere. Ergo multò minùs eadem Moſaica lege obligantur Armeni, alijq; Chriſtiani, ex Gentiliſmo conuerſi. Nam talis lex nuſquàm fuit his data, neque in veteri Teſtamento, vbi ad Hebræos tantùm loquuta eſt, & non ad alias gentes; ideoque pro Hebræis tantùm propriè dicitur illa ceſſaſſe; neque in nouo, vbi Chriſtus, eiuſq; Miniſtri oppoſitum apertiſſimè tradiderunt.

Probatur vltimò ad hominem contra Pſeudomagiſtros: Vel enim ipſi legalium cæremoniarum obligatione tenentur; vel non. Si non

tenentur; cur in earum quarundam obseruationem tum sese, tum gentes alias ita obligãt, vt vel graviter peccare transgressores arbitrentur? aut cur id obseruare non timent, quod ipsis, non dico, nullam obligationem, sed omnem teste Paulo affert interitum? *Si ergo*, inquit ille Colos. 2., *mortui estis cum Christo ab elementis huius Mundi; quid adhuc, tanquàm Viuentes in Mundo, decernitis, ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis; quæ sunt omnia in interitum ipso Vsu secundùm præcepta, & doctrinas hominũ?* Et rursùs Gal. 5. *Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini; à gratia excidistis.* Tum quia per figurales eas obseruãtias, vt diximus, etsi non verbis, factis tamen protestantur, Christum nondum venisse, nec eius mysteriũ esse impletum: quod nihil est aliud, nisi suæmet fidei abiuratio.

Si verò legalium obligatione tenentur; cur reliqua eius legis mandata, cæremoniasque transgrediuntur? quid magis in ea vetitum, vt immundum, quàm caro suilla, quam ipsi licitè comedunt? aut quid districtiùs præceptum, quàm Circumcisio, à qua se abstinent? Et tamen Iacobo se credere iactant dicenti: *Qui totam legem seruauerit, offendat autem in Vno, factus est omnium reus:* nec Paulum respuunt occlamantem: *Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt: scriptum est enim: maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea.* Et iterùm: *Testificor autem*

Յղ 16

Յէ 17

Յբ 18

5:

autem rursus omni homini, circumcidenti se; quoniam debitor est Vniuersæ legis faciendæ.

At ad illud de suilla carne respondent Pseudomagistri; licere sibi eo tãtùm cibo vesci ex ijs, qui sunt in lege prohibiti; eo quòd Apostoli hanc facultatem Christianis concesserint; ne cum Hebræis omnino conuenire viderentur in negotio de cibis immundis.

Sed hæc concessio Apostolica fuit à Pseudomagistris in vino, & somno excogitata: Primò, quia definientes Apostoli in Hierosolymitano Concilio, cessasse iam Legem Mosaicam; atque interdicentes quibusdã fidelibus ad tempus, ob rationes, quas infrà subijciemus, solùm esum Idolothyti, suffocati, & sanguinis; apertè indicauerunt, reliquos cibos in lege prohibitos, nõ esse deinceps illicitos: ergo nulla esse poterat Apostolis occasio dispensandi super esu licito suillæ carnis. Secundò, quia in lege, à Deo lata, qualis etiam vetus fuit, nullus Apostolus dispensare poterat, præter ipsum Deum. nam, si par in parem non habet potestatem; quantò minùs inferior? ergo non potuissent Apostoli facere tunc licitũ id, quod absoluta sua prohibitione Deus fecisset illicitũ. Tertiò, nam esto per Apostolicã dispẽsationẽ licuerit Armenijs carne vesci suilla; adhuc superest respondendũ, quonam alio iure ipsis liceat reliqua eiusdem legis mandata transgredi, tum iudicialia omnia, tũ pleraq; cæremonialiũ, ex quibus non nisi illa,

in §. 2. relata, cuſtodiunt. Cũ ergo reſpondere ad hoc nequeant, deſinãt cauſam comeſtionis ſuillæ carnis cõferre in Apoſtolicam diſpenſationẽ.

Reſpondent ſecundò alij prudẽtiores; ſuos Armenios obſeruare nũc Cæremonias illas Hebræorum, non vt veterem legem cuſtodiant, neque quòd illa ſe lege teneri putent; ſed vt à conſuetudine, quæ ſic inter eos inualuit, non recedant: cùm multa ex conſuetudine licita fiant, quæ alioquin non expedirent.

Sed hæc excuſatio accipienda non eſt: primò, quia ſi putarent, ſe ex conſuetudine ſolùm, & non etiã ex obligatione ad id faciẽdum induci, eius certè tranſgreſſionem non ſibi vitio, culpæque tribuerent; neque Chriſtianos alios, quòd idem nõ faciant, criminarentur, atque vt immundos, legiſq; diuinę tranſgreſſores, vitarent. Secundò, quia cùm omnes cæremoniæ ſint quædam proteſtationes fidei; & cæremoniæ veteris legis Chriſtum naſciturum, ac paſſurum ſignificent; qui nunc eas obſeruaret, falſam fidem factis proteſtaretur, ac proindè grauiſſimè peccaret: nihil autem, aut parũ intereſt, vtrùm conſuetudinis, an libidinis cauſa peccetur. Tertiò, quia talis conſuetudo eſt abuſus peſſimus, in ſacris Concilijs ab Eccleſia, & Apoſtolis ipſis damnatus, vt demonſtratum eſt; ergo nullo eſt prætextu tenenda, ſed omninò abijcienda. Quartò denique, quia ſi idẽ abuſus tolerãdus modò non eſt quoad reliquos Hebræorũ ritus; quantò mi-

22

23

24

minùs quoad Sacrificia pecorũ, quæ Armenios etiam num in expiationem peccatorum ſuorum facere non pudet,

Verùm ad hæc vltima quid putas nonnulli reſpondeãt? Sanè, cùm crimen in facto negare nequeant, factum ipſum occultare nituntur his verbis. *Non eſt*, inquiunt, *actio illa, qua Deo dicimur pecus ſacrificare, proprium ſacrificium, ſed tantùm quædã oblatio, ſeu potiùs benedictio pecoris; quod antequàm occidatur, coquatur, diſtribuatur que circumſtantibus, benedicitur. Quapropter & in noſtro Rituali, vbi huius oblationis forma præſcribitur, hic ponitur titulus: Canon pro oblatis Domino pecoribus benedicendis.*

Attamen, ſatis conſtare de corpore delicti, non dico ex ijs, quæ relatu aliorum didici, quæq; proprijs oculis conſpexi, ſed ex ipſamet Rituali præſcriptione, vbi ſtuduere Seductores rei deformitatem Tituli honeſtate contegere, in 6. §. perſpicuè demonſtrabo. Cùm enim Sacrificiũ propriè dictum, iuxta definitionem communiter traditam, nihil ſit aliud, niſi externa oblatio, Deo facta, qua res aliqua ſenſibilis, in agnitionem humanæ infirmitatis, & profeſſionem diuinæ Maieſtatis, à legitimo Miniſtro ritu myſtico conſecratur, & tranſmutatur: nõ video, quid in proprio Sacrificio deſiderari poſſit, quod ipſi actione illa non faciãt; niſi ſolùm obſtet, quòd id ſuperſtitioſiſſimè faciunt. Adde, quod ijſdem, quibus illud offerunt, verbis, verum ſe Deo Sacrificium offerre

ad

ad viuorum, atque mortuorum expianda peccata, diſertiſſimè proteſtantur; vt infrà videbimus. ֆը 28

PROBATVR IDEM TERTIO
Ex priſcis Patribus, quos Armeni ſuſcipiunt.

§. V.

IN manifeſta probanda re tempus terere cogor: nam quid faciam? quando cum ijs res agitur, quorum tanta eſt mentis cæcitas; vt, cùm Cælum digito ſibi videntur attingere, tum maximè opus ſit, eſſe Solem in Cælo, vel digito eis oſtendere. Profectò, quod ipſi definierunt, ac promulgarunt Apoſtoli, Moſaica nempè Legalia ceſſaſſe poſt Chriſtũ, quis eſſe vnquàm è ſanctis Patribus potuit, qui negaret? Sed omnes modo proferre, labor eſſet in negotio tam cõperto & nimius, & inanis: ſatis ſit ergo, è priſcis Patribus aliquot producere celebriores. etenim *Sancti*, vt Athanaſius inquit, *Vnius Dei prophetæ ſunt, Vnumque omnes, & idem Verbum concorditer prædicãt.* ա 1 Ք 2

Athanaſius Orat. in illud: Omnia mihi tradita ſunt, &c.

Dionyſius Areop. de Eccleſiaſt. Hier. parte 1. cap. 5. docet, Chriſti legem Moſaicæ legis impletionem, & finem fuiſſe, his verbis: *Inſtructi verò ij dici poſſunt, qui ſuo ordine à legalibus ſignis ad perfectiorem inſtructionem promouentur. porrò perfectiorem eruditionem, hierarchiam noſtram, Theologia vocat, impletionẽ hanc*

դոլով խոհեմիկ և խնամատուր՝ մեր քիչ ջնաւոր-ին զայրպիսին, և զարչին ի բանից կանանցն; սակայն պարտ է նոցա յայտնապէս քարոզել և զդուշացուցանել զիարդովն և զգիաս ի չար սովորութիւն անտես. և եւս ևս կարել զկանոնն զայն ի գործս. զի մի տեղի տացէ տգիտացոյ պատուարգելոց զանաստուած ի քահանայութիւն մերոյ:

Հարցումն
Յուդայեցի նոյն բանն ի սրբոց հարցին, զորս ընդունի Եկեղեցին հայոց.

Գլուխ Է.

ՈՉ որ ըրնաւանեալ կարէ հակառակել առաքելական աւանդութեան: արդ՝ ընդէ՞ր ինքեանք չէ առ՞ած ի ժողովէն նոցա և ի Քրիստոս ի բնաւին սահմանեցին. Եթէ հին օրէնքն մնալոց էր վերջացան գիրեր մահտուանն էր: ձայ այժ ոչ կարէք ի սրբոց հարցն հակառակ գտանել այսմ առաքելական վարդապետութեան: [ոչ եթէ այժմ կամէք զբանս ամենագուռն բնդել ի վկայութիւն բանից մերոց. լինէր յոյժ դառն րստ ընթերցողաց: մի՞ որոյ բաւ՞ կանացոյն ի յայտ հարցն զահակա՞ ծանոն ածել զհակառակողս: դի գրեալ է եթէ առնանաս. Եթէ ոմն է վրդովիչ մի՞ այս ոչ մարպասէք ենք, և զնոյն բան ա՞ մենեքեանն հաստատեալ քարոզեմ եթե:] Հաստ զաւանեա՞ առաքելական առաքելեմբ զամենեանն:

Սբն դիոնէսիոս արիսպագ՞ի գրէ ա՞ յաղագս եկեղեցական գաւանեալ դրե՞ն. յառաջին գլխոն ասէ. Եթէ օրէնքն ըն եղև լրութիւն և վերջ՞ն օրէն հասոյ մովսէսի. ասելով այսպէս: ա՞ր՞ դի

hanc illius, ſacrumq; appellans finem.

Ignatius, in Epiſt. ad Philadelphienſes: *Si quis*, inquit, *in reliquis rectè ſentiat; ex cibis autem quoſdam, abominabiles vocet: talis Draconem Apoſtatam inhabitantem habet.* Item in epiſt. ad Heronem: *Quicunque, dicit aliquid contra ea, quæ mundata ſunt; etiamſi fide dignus ſit, etiamſi ieiunet, etiamſi prophetet, etiamſi ſigna faciat; lupus tibi habeatur, ſub ouis pelle ouium exitium machinans.*

Iuſtinus Martyr, in Dial. cum Tryph. Iudæo, circa princ. *Lex, quæ in Chorebo monte ſancita eſt, vetus eſt iam lex; & veſtra tantùm: hæc autē (noua) planè omnium. Lex autem legi contraria, & contra legem lata, ſuperiorem ſuſtulit; Teſtamentumque, quod poſteà inſtitutum eſt, prius ſuſtulit eodem modo.*

Irenæus, lib. 4. cap. 31. *Decalogi quidē verba ipſe per ſemetipſum omnibus ſimiliter Dominus loquutus eſt; & ideò ſimiliter permanent apud nos, extenſionem, & augumentum, ſed non diſſolutionem accipientia per carnalem eius aduentum. Seruitutis autem præcepta (hoc eſt, cæremonialia), quæ in ſeruitutem, & in ſignum data ſunt illis, circumſcripſit (hoc eſt fine clauſit) nouo libertatis Teſtamento.*

Origenes, lib. 2. contra Celſum: *Quæ verò ſunt illæ impietates Ieſu? proferat præſertim Iudæus, à Celſo introductus: niſi fortè impium eſt deſiſtere à corporali Circumciſione, & Sabbatis, Nouilunijs, cæteriſque feſtorum corporalium obſeruationibus, & puarum, impurarumque rerum diſcrimine:*

ab

ab hiſque transferre animum ad verã Dei legem, ſpiritalem, & dignam Deo, hoc eſt, Euangelicam.

Cyprianus, in lib. 1. contra Iudæos, capite 1. *Quòd lex prior, quæ per Moyſen data eſt, ceſſatura eſſet, habetur apud Iſaiam per illud: Tunc manifeſti erunt, qui ſignant legem, ne diſcant: & dicet: expecto Deum, qui auertit faciem ſuam à domo Iacob, & fidens ero in illum. Item in Euangelio: Omnes Prophetæ, & lex vſque ad Ioannem prophetauerunt.*

Iſaiæ 8.

Athanaſius, in Oratione aduersùs Arrianos, ſuper illo, *Ex Deo Deus eſt Verbum*, circa finẽ: *Quæ igitur Iudæorum erant, deſtructa ſunt, vtpote quæ res vmbratiles erant: ea autem, quæ Eccleſiæ erant, conſtabilita ſunt, quippe quæ fundata erant ſupra firmam petram.* Item in Oratione in illud, *Omnia mihi tradita ſunt à patre meo*, circa medium: *Quamdiù prior ætas, & creatio vim ſuam, & efficaciam in Hieruſalem obtinebant; tamdiù ſabbata ſuam obſeruationem habuerunt. Verùm vbi ſucceſſerat alia generatio, aliuſque populus iam creatus erat, ſecundum id, quod in Pſalmis dictum vides: Scribantur hæc in generationem alteram; & populus, qui creabitur, laudabit Dominum: non neceſsè vlteriùs fuit, hunc nouum populum prioris nationis obſeruare finem, ſed exordium potiùs ſecundæ creationis, & ætatis. Quando igitur eſt iſtud exordium, niſi quo tempore Dominus reſurrexit? iam indè enim initium habuit noua creatura.* Et infrà: *Vbi Venerat res, quæ figurà denotabatur, nota ipſa*

հրէայն ի կեղտոտ հանցանէն: Եմի՞ ամբարիշտ իցէ հրաժարին ի մարմնաւորն Քրիստոսէ. և ի շաբաթ ըստ. և յամառամտից. և յայլոց արատաղծեց մարմնաւորն ածնեալն. և ի մէկնէլոն Քէ կիրակէոց սրբոց և անարատ. և պարձուցանել զհետս ի պոշտանէ ի ձշմարիտ աստուծոյ օրէնսն քն հոգեւոր և արժանի ասի:]

Եսայի Ը.

Եսայի կիսպիանոս ի յառաջինն զը ձին գրոցն, որ ընդ դէմ հրէիցն, ասէ: Որ Քէ զէրջանալոց էր հին օրէնքն մինչև վաէսի. յայտ է ըստ այմ զոր ասէ յայնոսիկ մարգարէն. Քէ յայնմ ժամու նակի յայտնեցին որ ինքնոցին զօրէ հաս, դի մի՞ ոչ ուսանիցի. և ասիցէ. հացից ճաշոցից ոչ. այլ գործոյց զերծանել ի տանջէն յահաւոյ. և եղիցի յաւարտել ի հաս: Եւ գրէ ի յաւետաւ սնոյ ասի. օրէնքն և մարգարէքն մինչ և զյովհաննէս մարգարէացան:]

Եսայի ամբակում ի բանն, որ ընդ դէմ սրբոցն, ասէ: Հաւհաննայն մինչ որ հրէիցն էին՝ ասէ իրէցան. դի սուտ բանիան իրք էին: Բայց՝ որ նոյ եհեղի գեաղն էին, հաստատացան. դի հինին ալ էին իմիջոյ հաստատ վիմի:] Եւ գրէ ի բանն որ ինքն այնմ. Քէ ամէն ինչ աստեաղ են ինձ ի հօրէ իմմէ. ասէ այս պէս: Ցորբան ժամանակ առաջին ասին և արարած ն ունէր զգօրու-Քին նէր ի կեղտաղէմ. այնքան ժամանակ չարաՔէն ունէին զպահելն նէր իւր ճոխ յոտնաւոր հնաւանեցաւ այլ ազգ. և այլ ժողովուրդ առնել նոյ եղև. ըստ այնմ որ ասի ի սղմոս. Քէ գրեա դի այս յաղգ յայլ. և ժողովուրդ, որ առնէ զՔինն. օրհնասցէ զանձ. ոչ և ա հարկ եղև. Քէ այս նոր ժողովուրդս պատհէր զվերջն առաջնագոյն ազգին. այլ

յառէա

ipſa, figuraque intercidit, & conquieuit; 9
&, Vt Dominica dies, quæ initialis eſt
nouæ creaturæ, Sabbatiſmum finiuit:
ita eadem illa, regenerato homine, in
otium dedit Circumciſionem, &c.

Epiphanius, hæreſ. 29. affimilat hanc hæreſim ſerpenti bicipiti; vtpote quæ Chriſtianiſmo Iudaiſmũ annexuit: ac de his hæreticis inquit: *In hoc à Iudæis differunt, itemque Chriſtianis; quòd Iudæis quidem non conſentiunt, eoquòd in Chriſtum credunt: cum Chriſtianis verò non conſpirant, eoquòd adhuc legi ſunt alligati.* 7

Ambroſius, in caput 6. Lucæ: *Non ſolùm comprehenſione verborum; ſed etiam Vſu ipſo, ſpecieque geſtorum incipit hominem Dominus Ieſus Veteris obſeruatione legis exuere, nouoque indumẽto gratiæ veſtire. Itaq; eum iam in Sabbato per ſeminata introducit,* &c. Item in cap. 1. epiſt. ad Rom. *Sub lege agentes, malè intelligũt Chriſtum, & iniuriam Deo Patri faciunt; cùm, an in Chriſto perfecta ſpes ſalutis ſit, dubitent.* Et infrà: *Miſericordia Dei ad hoc data eſt, vt lex ceſſaret, quod ſæpè iam dixi: quia Deus, conſulens infirmitati humanæ, ſola fide addita legi naturali, hominum genus ſaluari, decreuit.* 10 11

Auguſtinus, lib. 19. contra Fauſtum, cap. 13. *Prima Sacramenta, quæ obſeruabantur, & celebrabantur ex lege, prænunciatiua erant Chriſti Venturi; quæ cùm ſuo aduentu Chriſtus impleuiſſet, ablata ſunt; & ideò ablata, quia impleta,* &c. *& alia ſunt inſtituta, Virtute maiora, Vtilitate meliora, actu faciliora, numero*

pauciora, tanquàm iuſtitia fidei reuelata.

Chryſoſtomus, homil. 4. in Marcum: *Ego baptizo Vos aqua, hoc eſt, Lex: ille Verò baptizabit Vos in Spiritu ſancto, hoc eſt, Euangelium. Venit ergo Ieſus, quia Ioannes traditus eſt in carcerem: clauſa eſt enim lex, & iam præteritam non habet libertatem; ſed de lege tranſiuimus ad Euangelium.* Item homil. 7. in Epiſt. ad Coloſſ. *Etiamſi legem obijcias; ea tamen ipſa iam deinceps humana doctrina eſt, elapſo Videlicet temporis ſui præſcripto.* Item hom. 5. in cap. 2. ad Epheſ. *Chriſtus ſoluit legis obſeruationē. Quid enim, ſi liberati eſſemus à priori tranſgreſſione, rursùs autem eam neceſſe haberemus ſeruare? rursùs idem eſſet. Sed eam quoque ſoluit Legem, inquit Apoſtolus, mandatorum decretis euacuās, ſeu aboleus, & reddens irritam.*

Denique Cyrillus Alexandrinus, in Haiam libro 1. Orat. 5. cap. 9. *Propterea tolletur iugum Iudæis impoſitum, & Virga, quæ ſuper collum ipſorum; & Siquidem beati diſcipuli reprehenderunt eos, qui poſt fidem ad legalium obſeruationem quoſdam perpulerunt, dicentes: & nunc quid tentatis Deum, Vt imponatis iugum ceruici diſcipulorum, quod neque nos, neque Patres noſtri portare Valuerunt?* Item lib. 9. contra Iulianum propè finē: *Cùm Diuus Petrus adhuc vellet Iudaicis moribus immorari; & ad meliora progredi quodammodò tardus eſſet, eo quòd prænalebat apud eum reuerentia erga figuras: à miſit ſudarium de Cælo Deus, animalibus in illo depictis, quæ*

Ղուկ. ԺԶ. 12

Յովհ. Ա. 17

Ղուկ. ԺԶ. 13

Գործ. ԺԵ. 10

Գործ. ԺԵ. 11

ունդամ ասացն : քանզի ասե բանիկ նոր ալ մարդկային ակատուածեն հասատա անաց փրկել զմարդն հաւ առաքէ , որ բանական օրինաց վերատեսի :]

ԼԲՆ օգոստինոս . ի . ՀՊ , երդ" գնոս ընդ գեմ փարիսեսն ի . Ղգ . երդ" գլխե ասէ : Հին խորհուրդքն օրինաց ցն մովսէսի նախապատրաստիչքեն գոյացա գոյ էր : եւ ի բաց բարձան յորժամ գալստեամբն քն հաստատեցան . եւ այլ խորհուրդք հաստատեցան , որ զօրուե հզօրագոյնք , օգտուե լաւագոյնք . գոծ ոմք գնս բազմինք . եւ ՈՒՈՒ սակաւ ազդնք . զի արդարուե հաւատոյն յայտնեսցա :

ԼԲՆ ատկէբեան ի . Ղ . երդ" նէրբո գեանն եմք մարգիսի ասէ Էս ոլորեա զձէզ ըրոյ իյ . օրէնքն խակ նա ոլորեա զձեզ հոգեոյ օգտոյ իյ . ա՛ն ասա բանն : ազդ՝ էին իյ զի յորժամն էս նոսա ի բանդի : քանզի փակէցաւ օ բէնքն . եւ ոչ էս ուրեք ինհամարձակո ե՛ն երթ . այլ ի յօրէնսացն անցաք առա՛ եասրանն :] Էս գրկ ի . Է . երդ" նէր բոզնան եմք ընդ ոմն ասս կիւրացսասէ : Էս էն գօրէնսն առաքինեսն . ասեմ ե՛ նա յայտ հետէ է մարդկային վարդապետուե՛ն . զի ատ յամենայն էս էս ինէրքացսա :] Էս գրկ ի . Է . երդ" նէրբոզնան եմք կրկերդ" գլխոյ ընդ ոմն ասս էփեսացիս ասէ : քն ի լոյծ յօրինացն զպահպանուե՛ն : քանզի ոմն ի մէկ ապաստաղ մէր ի յատուքացոյ յանցանացն մեռ անգամ պարտուկան էաք պահել զօրէնսն . ասլ գալէնալ նոյն էր . որ յատաքն . իյ . ոչ էաք ազատուել յանցանացն : բայց կրկին գնա էր . զատ այնմ գոյ ասէ պաղս . ընդ զբնս պատուէրքանացն հրամանօք խա փանելոց իյ . կրկին և քրքեաց :]

Էս

Էր սբեն կիր բեղ աղէբանդրացին՝ ի յառաջին գիրս մեհնու-ԹԵ յեռասիսայ. ի բանն. Ե. եբդ՝՝ և՝ ի գլխն. Թ. եբդ՝՝ ասէ: Մահս այսորիկ բաբձի լոյծն եղեալ իմէ հրէից՝ և գան՝ ազանն ար իմէ պատանոցի նոցա: քանզի էրանել լի աշակերտէն կշտամբեցին զայնոսիկ. ոբ զինի սբ հաւատոյն յոբդոբէին զամանս պահել զօրինականն. և ասացին: ազբդ՝ ընդէբ փոխէիբ զնա. դնել լոյծ իմէ պատանոցի աշակերտացն. զոբ ոչ հարբն մեբ և ոչ մեք կարացաք բաձանալ:] Էր գբեղ՝ ի. Թ. եբդ՝՝ գիբս. ոբ ընդդեմ յոբլիանոսի, ասէ. Էրբեմն սբեն պետբոս կաւիբ կալ՝ ի պահպանեաբ Ե բեւականս աբ՝անդուԹեցն՝ և ի-ոնդ էրատ ընԹանալ՝ ի լաւ՝ագոյնն զի գ-ժուարին էին էր՝ ի նմա պատուիրե՝ի գէմ ստուերացն: առաքեալ ասաստանեբկնից զկատա՝ն. յոբում էին կէրպարանք կենդանեացն՝ ոբք ըստ օրինացն հրամանի ստուերապէս անստուբ հատանելոյ լինէին: և հրամայեալ նմա զնել և ուտել: և մինչ գէտ ոբդում կոյբ աշակերտան՝ և հրեաբար ասէբ. քաՀ լիցի առբ. զի ոչ երբեք կերայ խառնական ինչ և անստուբ. և ոչ եմուտ՝ ի բերան իմ միս ինչ պիղծ: ձայն եղև առ նմա կրկին անգամ ի բէբ յայ. ոբ կըշտամբեաց զնա. և յայտնապէս ասաց: զոբ ետ՝ սբբեաց. դու մի՞ պիղծ ասէբ: Էր ապա փու՝ Ըսիլ եմացաբ՝. Թէ իմէ կոյբ ժամանակ փոխադ-բելոյ զաստուերսն՝ ի Ճշմարտու-Թի: քանզի՝ որպէս ասացի. օրէնքն էին ստուերք. ոչ ճշմարիտ մինչ և՝ ի ժամանակս ուղղու-Թե:] եաՀտանն սբեն կիր բեղ:

Legis ſententiâ ænigmaticè quidem, ut immunda, iudicata erant; & iuſſit occidere, & ſi quidem vellet, comedere. Diſcipulo autem adhuc triſti, & Iudaicè dicenti; nequaquàm Domine, quia nunquàm comedi aliquod commune, neque ingreſſa eſt in os meum aliqua caro immunda: Vox reddita eſt, quaſi etiam Deo corripiente illum, & manifeſtè dicente: quæ Deus mundauit, tu ne communia dixeris. Deindè ſtatim intellexit, quòd inſtaret tempus transformandi in Veritatem Vmbras. nam, ut dixi, Lex figuræ ſunt, & Vmbræ, durantes Vſque ad tempus, quo emendentur.

ԵԿԱՏ-ԲԵՐԹԻ

Էր կոտամբն կանոնն մատուցանելոյ ոչ զանասունս. ըստ որում պէտք կայ՝ ի գիրսն հայոց:

EXPONITVR

Ac reſellitur ritus ſacrificandi pecoris, in Armeno Rituali præſcriptus.

ՊԱՏԿԸ. Զ.

§. VI.

Ի գ-նոս արարողու-ԹԵցն հայոց, որ կոչի մաշտոց, գրե՛լ գտանի կանոն ինչ. որ ուսուցանէ զկերպ պատարագելոյ զանասունս: բայց եմք ցաբ Թէ ասասնօբ վբդ-ովքն՝ նոցա ոչ քնդ

ARmenicum Rituale (de quo ſubiecta, eodem ordine, iiſdēque verbis traduximus, nonnullis tantùm omiſſis, ne prolixi, vltra quàm ſatis eſt, videremur) huius

Sacrificij ritum ſic tradit: (nota Tituli honeſtatem, qua nefandum vetiti Sacrificij nomen prætexunt).

Canon pro oblatis Domino pecoribus benedicendis.

Adferatur oblatum animal (nempe agnus, aries, aut ſimile aliud) *ante ianuam Eccleſiæ; vinciatur collum eius funiculo rubri coloris; ac rubro etiam indumento dorſum eius operiatur, accendantur candelæ* (cornibus eius affixæ); *atque thus adoletur, offerant immaculatum, ac ſponte, vt Deo ſit acceptabile.*

Recitantur Pſalmi: Beati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: Benedicam Dominum in omni tempore: Miſerere mei Deus ſecundùm magnam: Te decet hymnus Deus in Sion. Hymnus: Circundantes. Capitulum: Petamus. Et dicit Sacerdas hanc Orationem.

Benedictus es Domine Deus in miſericordia tua; qui votorum es Dominus, & omnium acceptor Sacrificiorũ. in omni enim loco cultores tui vota, & Sacrificia ſuper altare offerunt nomini ſancto tuo; & ad te omnia in carne viuentia referuntur. Sicut ergo Patres noſtri antiqui vitulos, arietes, &ircos tuæ obtulerunt Maieſtati, ac fuerũt per bona ſua opera tibi placiti: ita nunc, benigniſſime Deus, Nos ſerui tui infirmi offerimus tibi per Chriſtum filium tuum arietem hunc, hircum, &c. vt fiat Sanctitati tuæ Sacrificium laudis, & memoriale humanæ conditioni noſtræ erga te ſemper, per gratiam, & humanitatem Domini, & Redemptoris noſtri

ſtri Ieſu Chriſti, quem decet gloria, poteſtas, & honor nunc, & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen ».

Poſt hæc dicitur Pſalmus: Memẽto Domine Dauid. &c. Lectio libri Leuitici: Et reuocauit Moyſen, & loquutus eſt Dominus ei de tabernaculo Teſtimonij, dicens: loquere filijs Iſraël, & dices ad eos: homo ſi obtulerit ex Vobis dona Domino; de pecoribus, & de bobus, & de ouibus offeretis dona Veſtra. ſi holocauſtum donum eius: ex bobus, maſculum immaculatum offeret illud: ad oſtium Tabernaculi Teſtimonij offeret illud acceptabile coràm Domino; & imponet manũ ſuper caput hoſtiæ, acceptabile ei, ad propitiandum pro ipſo: & immolabunt Vitulum coràm Domino: & offerent filij Aaron Sacerdotes ſanguinem: & effundent ſanguinem ſuper altare in circuitu, quod ante oſtium tabernaculi Teſtimonij; &c. Leuit. 1. ex Septuagint.

Et rursùs, Lectio libri Leuitici: Et omnis oblatio Sacrificij Veſtri ſale ſalietur: non ceſſabit ſal fœderis Domini à Sacrificijs Veſtris: in omni dono Veſtro offeretis Domino ſal. Si autẽ Sacrificium Saluatoris, oblatio eius Domino; ſi quidem ex bobus ipſe obtulerit; ſiue maſculum, ſiue fœminã, immaculatũ adducet illud coràm Domino; &c. Leuit. 2. ex Sept.

Lectio libri Regum: Et obtulit Dauid holocauſta coram Domino, & pacifica: & compleuit Dauid offerens holocauſta, & pacifica: & benedixit populo in nomine Domini exercituũ: & partitus eſt Vniuerſo populo in omnẽ Exercitum Iſraël à Dan uſq; Berſabee, & à Viro uſq; ad mulierẽ, Vnicuiq; collyri- 2. Reg. 6. ex Sept.

tidam panis, & placentam, & laganum de sartagine: & abijt omnis populus, Vnusquisq; in domum suam.

Isaim 56. ex Septuag.

Lectio Isaiæ Prophetæ: Et omnes, custodientes Sabbata mea, Vt non violent ea, & tenentes Testamentum meum, inducam illos in montem sanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorum erunt acceptabiles super altare meum; quia domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus.

Hebr. 13.

Lectio Epistolæ B. Pauli Apostoli ad Hebræos: Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui Tabernaculo deseruiunt. quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra Castra. Propter quod & Iesus, Vt sanctificaret populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra Castra, improperium eius portantes. non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo; id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. beneficentiæ autem, & communionis nolite obliuisci: talibus enim hostijs promeretur Deus.

Donec Lectionis huius partes singulas expendamus iuxtà sensum Apostoli; liceat, Armeni Sacrificij cursum interpellare. nam tãta Pseudomagistris est mẽtis perturbatio, vt vel ea ipsa, quæ Paulus hic scripsit, vt Iudaizantes perstringeret Christianos, & à Sacrificalibus escis ad Eucharistiæ cibum reuocaret eos, qui Iudaismum Christianismo aglu-

[Պատմէ մեզ առաքեալն

glutinare volebant, ipſi ad Iudaica
ſua Sacrificia confirmãda detorque-
re non dubitent. *Habemus*, inquit
Apoſtolus, *altare, de quo edere non ha-
bent poteſtatem, qui Tabernaculo de-
ſeruiunt*. Immediatè anteà dixerat:
*Ieſus Chriſtus heri, & hodiè, ipſe &
in ſecula: doctrinis Varijs, & peregri-
nis nolite abduci: optimum eſt enim
gratiâ ſtabilire cor, non eſcis, quæ non
profuerunt ambulantibus in eis: habe-
mus altare, de quo edere*, &c. nimi-
rùm dicere voluit: *Ieſus Chriſtus*,
eiuſque doctrina, & fides (vt expo-
nit Vatablus) manet omni tẽpore,
eſtque inuariabilis. quarè *doctrinis
Varijs, & peregrinis nolite abduci:
optimum eſt enim gratia ſtabilire cor*,
quæ per nouam Chriſti legem tri-
buitur, *non eſcis* Sacrificalibus, *quæ
nihil profuerunt ambulantibus in eis*:
hoc eſt, quæ iuſtificationis gratiam
offerentibus, & comedentibus non
dederunt. *Habemus altare*, in quo
offerimus Sacrificium corporis, &
ſanguinis Chriſti; *de quo edere* quidẽ
poſſunt fideles Chriſtiani, vt gratiã
cor ſtabilientem conſequantur; non
autem Iudaizantes, *qui Tabernacu-
lo*, Sacrificijſque legalibus adhuc
deſeruiunt. *Quorum enim animalium
infertur ſanguis pro peccato in Sancta
per Pontificem, horum corpora crema-
tur extra caſtra: propter quod & Ieſus,
vt ſanctificaret per ſuum ſanguinem
populum, extra portam paſſus eſt*: vi-
delicèt, non poſſunt Iudaizantes e-
dere de noſtro altari, id eſt, de victi-
ma corporis Chriſti in Euchariſtia;
quia ſicut non poterant edere de vi-

cti-

ctimis, quæ offerebantur pro peccato multitudinis, quæ totæ extra caſtra erant cremandæ; ita neque fas eſt eis hanc edere, quæ per illas potiſſimè victimas figurabatur. *Exeamus igitur ad eum*, qui ad altare Euchariſticum accedere cupimus, *extra caſtra* legum Tabernaculi, *improperium* Crucis, legiſque *eius*, quæ aduerſarijs contemptui eſt, alacres, lætique *portantes*: cùm non diu durare nobis debeat hoc improperium, qui *non habemus hìc manẽtem ciuitatem, ſed futuram inquirimus. Offeramus ergo per ipſum* Ieſum, tanquàm per Pontificem, & mediatorem noſtrum, *hoſtiam laudis ſemper Deo*, id eſt, Sacrificium Miſſæ; quæ hoſtia, cùm à Chriſto primùm ſit Deo Patri oblata in gratiarum actionem, & laudem, dicta eſt Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio: ſicut etiam dici poteſt *fructus labiorum confitentium nomini eius*, tum quia in hoc gratiarum actionis Sacrificio maximè hymnis, ac laudibus Deum celebrare debemus; tum etiã quia per verba conſecrationis, Sacerdotis ore, labijſque prolata, hoſtia hæc diuina efficitur. *Beneficẽtiæ* quoque, *& communionis*, hoc eſt, eleemoſynarum largitionum, *noli obliuiſci: talibus enim hoſtijs*, & non ouium, aut vitulorum, *promeretur*, & conciliatur *Deus*: Vide quæſo, quantùm Pauli ſermo huic ipſi Cæremoniæ, in qua legitur, aduerſetur! Proſequitur Rituale:

Ieſu 14

Hebr. 13 15

Ieſu 16

Alleluia. Pſal. Iubilate Deo omnis terra. Sequentia S. Euangelij ſecundùm

աբար վարեն և պաշտեն զնմանէ ծո
րանին և օրինակեալ պատարագացն:
զի որոց անանուն մատչիւք արիւնն ի
սրբութիւն վա մեզաց ինձեն քահանայն
պետին, նոցունց մարմինքն արտա
քոյ բանակին: եկա որոյ և յի
զի սրբեսցէ իւրով արեամբն զժո
ղովուրդն. արտաքոյ դրսոյն չարչարե
ցան: յիր. որք հրէաբար վարեան՝ ոչ
կարեն ճաշակել ի մերմէ սեղանոյս և
ի պատարագէ մարմնոյն և արեանն
քի: քանզի որպէս ոչ կարէին ճաշակել
ի պատարագացն, որ մատչէին վա մե
զաց բազմու-ԹԵ ժողովրդոց. այլ պա
տեր էր բարեսիրին այսմ ժամու: նոյնպէ
և ոչ կարեն ճաշակել ի մերմէ պատա
րագէս. որ մանաւանդ ընդունակեալ
եղեւ ինձեն այսոցիսի պատարագացն:
եկ իսկ՝ նկատէք որք կամիք մատչել առ սե
ղանն քի. և եկայուք ի նա արտաքոյ
բանակին հին օրինացն խորանին. առ
եալ յանձն ընդհատուիս խաչին և նոր
օրինացն նորոյ: զի ոչ միշտ մնալոց
ենք հոգի նախահաստատուն այսոցիկ, զի
ոչ կարէ ոտնիմբ քարաւք, որ առաքէն մեռ
լոց է, այլ զհանդերձեալն խնդրեմք:
որով՝ ինձեն նորա մատուցանէք պա
տարագ օրհնութե-ԱՆ. զի նախ և առա
ջին մատուցանէ ի քէ առ հայր ի վիր
նաւանն առ ի քարհայ գոհութե-ԱՆ. և
կարէ և ես կոչիլ պատուական խոս
տովանելոյ յանուն նորա. զի պարտի
մք մանաւանդ յայսմ ա պատարագիս
երջանիկ և օրհնութե-ԱՆ մատչել զնո. և
զի ինձեն ոչ բանից չարաչար էհ այս
այս ամ-այլն ընդ-այս եղանակ: զբարեկա
նու-ի և զհաղորդու-ԹԵ ևս մատուցանէք
զի ընդ այսպիսի պատարագաւս հաճի
ած. և ոչ ընդ պատարագս խոյոց կամ
զուարակաց: եկ յա՛ միաբ բանիցն

առա

dùm Lucam : : Dicebat autem & ei, qui ſe inuitauerat : Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites; ne fortè te & ipſi reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed, cùm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, cæcos; & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorũ. Hæc cùm audiſſet quidam de ſimul diſcumbentibus, dixit illi: Beatus, qui manducabit panem in Regno Dei. (Et hìc iam à Chriſto non pecoris Sacrificium, ſed eleemoſyna prædicatur). Luc. 14.

Capitulũ: Propter Deũ deſuper, &c. Et dicitur hæc Oratio: Deus omnipotẽs, Deus Verbum, qui vnà cum Patre, & Spiritu ſancto à choris Cæleſtibus glorificaris, & à terreſtribus adoraris: qui à principio typos, & figuras rerum futurarum præordinaſti: quarè, cùm eſſet homo fraude, ac dolo Diaboli è Paradiſo deliciarum excluſus, & à magna illa gloria deturbatus, multiplicato mox humano genere ſuper terram, placitum tibi fuit, altarium victimis ab eodem noſtro genere coli. Sic enim Abel ex oblationibus victimarum iuſtus vocatus fuit: ſic Noë, egreſſus ab Arca, Sacrificium obtulit, quod tibi Domino Deo reddidit odorem ſuauitatis: ſic Abraham verum obtulit holocauſtum probationis, quod incorruptibilem mortem tuam in Cruce ſignificauit. Et nunc, Domine Deus noſter benigniſſime, te ſupplices exoramus, ac petimus, Vt ſuſcipias per miſericordiam tuam oblationem hanc de manibus noſtris

ſtris in conciliationem omnipotētis Voluntatis tuæ. Accipe Domine Deus noſter munus hoc, quod tibi in tribulatione noſtra, cùm ad te clamabamus, & nos liberaſti, promiſimus. Suſcipe protector hominum Deus hoc Sacrificiū noſtrum, quod fiducialiter tibi offerimus Redemptori, cui nulla eſt indigentia, ſed immenſa, & incomparabilis miſericordia bonitatis. Suſcipe illud Voluntate propitia, ſicut ſuſcepiſti præclaras eas oblationes Veterum ſanctorum Patriarcharum, quos à Victimis ſuperſtitioſæ Gentilitatis, ſordibuſque Idololatriæ abhorrentes, & auerſos conſeruaſti; ac per ſanctum Moyſen, Prophetam tuum, Iſraëlitico populo præcepiſti, Vt tibi ex gregibus, & armentis, aliiſque animalibus Sacrificia immolarent, ferentes ea antè oſtium Tabernaculi Teſtimonij ad Leuiticos Sacerdotes, qui manum ſuper caput eorum ponentes, effunderent per altaris tui circuitum ſanguinem, quo expiarētur peccata, & precibus ſatisfieret. Hæc autem omnia in figuram inſtituiſti Veritatis, quæ reuelata eſt in aduentu Vnigeniti tui in Mundum. Quoniam tu ipſe, Domine Deus omnipotēs, Spiritu tua per Prophetam Vaticinante, dixiſti: Non accipiam de domo tua Viculos: ſed immola Deo Sacrificium laudis. Et rursùs; Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus; cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Nos itaque ſerui tui peccatores, in ſpiritu humilitatis antè miſericordiam tuam procidentes, rogamus te, Vt facias nobiſcum ſecundùm magnitudinem pietatis, & clementiæ tuæ, ac iuxtà Veracem

ողորմութեան քոյ. ընկալ զսոյն ի մեզ ողորմութեան քոյ զոր ընկալար ի հոսանս արտասուաց մերոց. եւ ազատեցեր զմեզ ի ձեռաց թշնամեացն մերոց. զոր ընկալար զպատարագս հարանց մերոց սրբոց. զոր ընկալար զնուէրս զայս խոստանալոյ մերոյ. զոր խոստացաք քեզ ի նեղութեան մերում. յորում աղաղակեցաք առ քեզ. եւ փրկեցեր զմեզ. Ընկալ բարեհնար զմեզ ոյժ զպատարագիս մեր. զոր հանդարձեալ մատուցանեմք քեզ անկատ զօրս փրկչիդ. որոյ անչափ եւ անհատ է ողորմութիւն գթութիւնք քոյ: ընկալ անսխալակ եւ հաստատուն լինել եւ անկասկած ընծայաբերութիւնս նախահարցն սրբոց. զորս մատիկեալ հեւասցեալ ի տապատեղս զոհիցն եւ ի հեղձանոտական ձեռնադրացն սպեղծութիւնք գիւմամոլ կուռապաշտութեանցն: որ ինձեռն եղեալն մարգարէին քոյ մատնեաց հրամանատարեցեր ժողովրդեան քում ինձն մատուցանել քեզ պատարագ ի հօտից եւ յանդեաց եւ յայլոց անասնոց. ասելով առ դու ոն խորանին վկայութեան առ քահանայսն դնել առաջի դնելով զձեռն իւրեանց. եւ հեզլով զարիւն առ սեղանաւն քո առել. որով յանցանքն քաւէին. եւ խնդրուածքն կատարեին այլ այնու ամենայնիւ օրինակեցեր զսառեալ հանդերձ զոհովքն ձշմարտութեան. որ շնորհեցաւ գալ առեռնն միածնի քոյ յաշխարհս: քանզի ինքն ինքեան ամենաիմաստ առեր նախախնամական հոգեմիտ քո ինձեռն մարգարէին ասացեր. ոչ ընդունիմ ի քումմէ պատարագ զոհ պատարագութեան. այլ մատուցանեմ ինքեան զոհիս: եւ զինքն պատարագ ինձ հոգի մաշեալ. եւ սիրտ մատ

նեալ

racem promiſſionem tuã ad Patres noſtros tibi dilectos. Inclinare Domine, ad munus hoc noſtrum, & ſuſcipe illud de manibus noſtris, qui peccatores ſumus, ſicut holocauſtum arietum, & taurorum, & ſicut millia agnorum pinguium. Exaudi Domine petitiones noſtras, ne opprobrium fiamus inimicis noſtris, ſed exultantes gaudeamus in Redemptione tua. Cùm autem montes omnes, & campos ictu oculi in pondere libres, Cælumque, & terram pugillo concludas, ac ſedeas in Cherubico Throno in Altiſſimis, nec tibi abyſſi profundæ ſint abſcondita, nec omnia quadrupedia ſufficiens holocauſtum: quomodò audere Valeremus Sacrificium tibi offerre; niſi quia Voluiſti caro fieri pro nobis, fidemque intemeratam in ſanctam Trinitatem per Apoſtolos tuos edocere nos, quos & filios, & fratres nominare dignatus es per immaculatum corpus, & ſanguinem tuũ, Deus Verbum. Tu ergo ipſe patrator mirabiliũ Domine ſuſcipe de manibus noſtris oblationem ingulationis huius per interceſſionem Sanctæ Deigenitricis, per Victricem Crucem tuam, quam ſemper adoramus, per deprecationes ſanctorũ Apoſtolorum, omniumque tuorum Sanctorum, ac beatorum Martyrum, qui ſuum pro tuo ſanguine profuderunt. Concede mercedem bonam, & peccatorum remiſſionem offerentibus hanc: auge greges, armenta, & bona omnia ſeruorum tuorum: proſperas redde nubes agris, ac ruribus noſtris, &c.

Prò mentium cæcitas, ac ſeductio deploranda! pace dixerim Armenorum. Et hæc pariter Oratio, à

ſuis hæreticis Diabolo inſtigante diſpoſita, quot præterea blaſphemijs inquinatur? Primò inducit in animum, totam Trinitatem, iuxtà Sabellianam inſaniam, vnam eſſe perſonam trinomiam. Siquidem Deo Verbo (in quem hæc à principio vſque ad extremum dirigitur) ea primùm adaptat, quæ toti congruunt Trinitati, nempè *figuras futurarum rerum præordinaſſe, altarium Victimis cultum finiſſe*, &c. tum illa, quæ Patri ſoli; cùm ſubditur: *in aduentu Vnigeniti tui in Mundum*: poſtremò quæ propria ipſius Verbi, ſcilicet *carnem factum eſſe pro nobis*. Secundò, dum toti Trinitati conuenientia refert, addit illud: *mortem tuam in cruce*: quo confirmat Petri Fullonis dementiam, Trinitatem paſſam, & crucifixam dicentis. Tertiò, aſſerere cum Manichæis videtur, Chriſtũ non verè, ſed phantaſticè mortuum, per illa verba: *Abraham Verum obtulit holocauſtum probationis, quod incorruptibilem mortem tuam in cruce ſignificauit*: quaſi dicat: holocauſtũ probationis Abraham, in quo tentata quidem fuit mors filij, ſed non reuerà illata, Chriſti filij Dei mortẽ ſignificauit, quę incorruptibilis fuit, hoc eſt, per quam reuerà corrupta non fuit vnio inter corpus, & animam. Quartò, perſuadet, remitti peccata ex vi eius Sacrificij, quod neq; in lege veteri, quandò erat licitum, efficere hoc valebat. quoniã, etſi tunc tale Sacrificium aliqua expiabat peccata, quoad immunditias corporales, ſeu irregularitates

ex

26

27

28

ex ſtatuto legis inductas; haud tamen ex ſe poterat, extra meritum offerentis, peccatum vllum expiare quoad immunditiam culpæ ſpiritualem, iuxtà illud Apoſtoli, Hebr. 9. *Hoſtiæ non poſſunt iuxta conſcientiam perfectum facere ſeruientem ſolummodò in iuſtitijs carnis, vſque ad tempus correctionis impoſitis.* Et infrà: *Sanguis hircorum, & vitulorum, & cinis vitulæ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis.* Quintò, in Diuinæ Maieſtatis contemptum maximè exorbitare videtur; cùm, ſimul ac profeſſa fuit, nolle nunc Deum per oblationes animalium coli, quæ ad veritatem Euchariſtici Sacrificij præfigurandam inſtitutæ fuerant, ſtatim eandem ipsâ oblationem veritam vrget, ac dicit: *Suſcipe munus hoc noſtrum, ſicut holocauſtum arietum*, &c. hoc enim quid eſt aliud, niſi dicere: etiã hanc, quam non vis, hoſtiam tibi offerimus, te inuito? Denique, cùm nouæ legis Myſteria, Sanctoſque omnes pro ſuperſtitioſo Sacrificio mediatores imploret, ac veluti farragine quadam ex vtraq; lege permiſta vtramque legem polluat, & tranſgrediatur; quid ſupereſt execrandi, quod ſacrilega hęc Oratio non cõtineat? Pergit Rituale:

Dicitur Pſalmus: Deus miſereatur noſtri. Capitulum: Exaudiat Dominus, &c. *Oratio pro ſale benedicendo: Benedictus es Domine Deus omnipotẽs, & omnium Conditor creaturarum: qui feciſti omnes creaturas bonas, & nihil eſt in illis reijciendum; ſed dediſti eas,*

vt

vt cederent in vſus, & neceſſaria filijs hominum: ſalem etiam condidiſti ad conſeruandam terram, & congregationes aquarum. Nos ergo, dona tua ſuſcipientes, gratias agimus nomini ſancto tuo; rogamuſque te Domine, vt ſalem hunc per tuam miſericordiam benedicas, & in quacũque re fuerit aſperſus, fiat nobis in ſanctificationem, & peccatorum remiſſionem: vt gratias agere, & glorificare valeamus Patrẽ, & Filium, & Spiritum ſanctum, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum.

ԵԲ 32

Etiam atque etiam videant hic Armenij; verba illa (ex Apoſtolo 1. Timoth. 4. mutuata): *Qui feciſti omnes creaturas bonas, & nihil eſt in illis reijciendum*: qua mente in Deũ ipſi proferant? ſyncerà quidem, ac ſeriâ nequeunt: quippè pleraſque Dei creaturas, ſeu eſcas humanas, ita ipſi tanquàm immundas, & execrandas reijciunt; vt ne tactum quidem carum culpâ vacare arbitrentur. ergo ſupereſt, vt eadem verba non niſi adulatorio, ac ſimulato animo dicant, ſolùm vt Dei auribus blandiantur. Concludit Rituale:

ԵԴ 33

ԵԴ 34

Dicitur illud Pſalmi 65. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum; offeram tibi boues cum hircis. Oratio ſuper hoſtiam: Domine feſtorum, & Deus votorum, qui ſemper beneficijs cumulas timentes te, ſuſcipe huius agni, &c. Sacrificium, quod tibi offerimus. Adauge Domine, & amplifica domos ſeruorum tuorum, ſicut amplificaſti domum Abraham, Iſaac, & Iacob. Propitiũ te nobis reddat hoc Sacrificium, ſicut Sacrificium

Abel

քեզ պատարագ մատուցանեմք բարե
բարի և խնամոդի . և քեզ հանցուք
զօրհնութիւն և զխոստս հօր և որդւոյ
և հոգւոյն սրբոյ . այժմ և միշտ , և
յաւիտս յաւիտից ։

Եւ ԼՔԷ արտասի մատուցանեն
այս ևս ինքնիցեքեան . ասեն զայս աղօ
թս ։ Օրհնեալ ես աստ ած ամենակալ
արարիչ ամենայն արարածոց . որ առեր ես
ուխտիդ և ած ամ պատարագոյդ . որ
մարդասիրութիւնդ քո խոնարհեցար յեր
կինս , և զքեզ մարմին ի սրբոյ կու
սէն ։ զի զնախաստեղծ-ին բարձեր զնո
ցանս քոյին կամաւ որ չարչարանօքդ ։
զնաև դու ինքնին պատարագ եիր ան
զանոյ բանականիւնի խաչին . և հեղուս
մբ արեանդ քոյ փրկեցեր զամենեսեան ի
մեղաց ։ Եւ ոյոյ աղաչեմք զքեզ առէր.
օրհնեա զպատարագս մեր . զընծայս
դու արարակ . և ժողովեաղս . զհոյս . և ըղ
գառինս . և օրհնեա զհացս և զգի
նիս ։ Ընկալ զայս ի նէուտց մերոց ի
հաճոյս քեզ ։ և յոյոյ անուն մատուցա
նեմք քեզ փառէքս . հաշտեան մարդա
սէր առէր ընդ հոգին ծառային քոյ . և
Թողնուս զմեղս նորա զկամաւոր և զա
կամայ . և զայլն ։] Եւ ինչ և ցայս բանք
ևն կանոնին ։

Եւ առյն զբենեալ անաստանն ի
ֆին . և կամ հատ բաժանեն ժողովըդ
դոյն . որք առվոր էին ունկնդիր արեամբ
զնեալոյն զնշան խաչին առնել ի մէր ո
ստոց եկեղեցոյ և դրանց և սեմոց տանց
իւրեանց ։ Ռ ուրեմն յայտ է . Թէ ըստ
կայոց Թէ վէրոյ դրեալ բանիցն նոցա
ոտոխոխի մատուցումն ոչ է . առակին
մատաղ և կամ օրհնութիւնն . որպէս
առնեն , այլ ունի զառնակ առաջ և ի
կանոն պատարագին ըստ սահմանու
Թեան հինն օրինացն ։

Ցտակ

Abel : Vt ſemper tibi beneficò , & fau-
tori noſtro ſacrificemus , hymnoſque
laudis , & glorificationis offeramus
Patri , & filio , & Spiritui ſancto ,
nunc , & ſemper , & in ſecula ſeculo-
rum .

Si Sacrificium fiat pro defunctis ,
hæc alia dicitur Oratio : Benedictus es
Domine Deus omnipotens , & omnium
conditor creaturarum , qui Dominus es
Votorum , & Deus omnium Sacrificio-
rum : qui præ amore tuo erga homines
deſcendiſti de Cælo , & carnem de bea-
ta Virgine induiſti , Vt Protoplaſti deli-
ctum Voluntaria tua paſſione deleres :
qui Voluiſti ſuper aram Crucis Sacrifi-
cium immolari , Vt tui ſanguinis effu-
ſione à peccatis Mundum redimeres Vni-
uerſum . Quapropter rogamus te Do-
mine , Vt Sacrificium , ac munus hoc
noſtrum , Vitulos , arietes , hircos , &
agnos , panem etiam , atque Vinum , be-
nedicas , ſuſcipiaſque de manibus no-
ſtris ad complacendum tibi . Propitius
eſto , amator hominum Deus , animæ ſer-
ui tui , pro qua hæc munera tibi offeri-
mus ; eique peccata dimitte , &c.

Ad ſummàm , oblata , ac iugu-
lata pecora coquuntur , & diſtribuũ-
tur diſcumbentibus ; qui , intincto
in occiſorũ ſanguine digito , in oſtijs
ſuarum domorum , ac parietibus Ec-
cleſiæ , crucis ſignũ delineare ſolent .
Et hæc de ſuperſtitioſa Armenarum
victimarum oblatione : quæ , vt ex
allatis eorum verbis conſtat , non
ſimplicis cuiuſcumque oblationis ,
aut benedictionis , ſicuti nonnulli
dictitant , ſpeciem præſefert , ſed
proprij certè Sacrificij , quale ante

Chri-

Chriſti aduentum offerebatur.

ՀԸ 38 VErùm pro tam manifeſto ſcelere refellendo, ſi ea, quæ ſuprà de Moſaicæ legis ceſſatione diximus, ſatis non ſint; quid præterea ſine ſtomacho dici poſſit, non video. Nam, quid vltrà dicam, fratres Armeni? profectò piget me, immò etiam pudet, eòuſque in hac quæſtione orationem prouehere, vt adhuc Sacerdotibus veſtris, qui diuinum illum myſticum agnum, Chriſtum, inquio, Dei filium, ſuper altare quotidiè immolant, ſuadendum mihi ſit, prædicandum, denunciandum, ne ea pariter brutorum Sacrificia offerant, quæ in lege veteri offerebantur, vt hoc ſingulare, & præcipuum Sacrificium, tanquàm perfectum per imperfecta figuraretur; & à quorum ritu, gens Chriſtianorum alia nulla eſt, quin abhorreat; ne ipſi quidem, quamuis nouo alio Sacrificio careant, Moſaicæ Legis cultores Hebræi; quippe qui, amiſſo iam & portatili Tabernaculo, & etiã Templo, extra quæ Sacra ſua facere diuino iuſſu prohibebãtur, nullam ampliùs audent è priſtinis oblationibus exequi, ne Moſaicam ipſam legem tranſgrediantur. Nihilominùs inter vos etiam num complures in tantam mentis cæcitatem, & animi furorem conuertũtur; vt Hebræis ipſis deteriores, & nomine Chriſtiano indigni, nec veteri velint legi, nec nouæ obtemperare; ſed quaſi parum, aut nihil emolumenti ſibi facturam exiſtimantes ſaluberrimam illam, quam Chriſtus vnam

ad

ՀԹ 39

Ի 40

ad omnes humanas animas viuificâdas inſtituit ſuimet pretioſi corporis, & ſanguinis oblationem, audeant ad vetera pecorum Sacrificia retrocedere, vt per ea, tanquàm per ſalubriora, peccatorum remiſſionẽ conſequi mereantur. Quid hoc indignius, aut iniquius in Eccleſia Chriſtiana fieri, aut commemorari poteſt?

Ergone inanium verborum crepitus fuerit prædicatio illa Pauli; cùm ad Hebræos 10. ſcripſit: *Impoſſibile eſt, ſanguine taurorum, & hircorum auferri peccata: ideò ingrediens Mundum*, &c. *ac dicens: quia hoſtias, & oblationes, & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec placita ſunt tibi, quæ ſecũdùm legem offeruntur; tunc dixi, ecce Venio, Vt faciam Voluntatem tuam: aufert primum, Vt ſequens ſtatuat, in qua Voluntate ſanctificati ſumus per oblationem corporis Ieſu Chriſti*. Et ibidem, capite 9. Chriſtum mediatorem fuiſſe, dicit, noui Teſtamenti, in quo non per ſanguinem hircorum, aut vitulorum, ſed per oblationem ſanguinis ipſius Chriſti mundari deberemus. Nam, ſicut Moyſes Exod. 24. vetus Teſtamentum cum Hebræis ſanciuerat Sacrificio, & aſperſione ſanguinis vitulorum, & hircorum, dicens: *hic eſt ſanguis Teſtamenti, quod mandauit ad Vos Deus:* quę verba citat etiam ibi Apoſtolus: ita Chriſtus, nouum Teſtamentum cõdens cum Chriſtianis in vltima cœna, hoc aliud inſtituit ſui corporis, & ſanguinis Sacrificium, dicens ſi-

militer ; Marc. 14. *Hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti.* ac præterea, vt intelligeremus, hoc tantùm Sacrificium, & non etiam illud, quod huius figura fuerat, à Chriſtianis in poſterum offerendum eſſe, ſubiecit: *Hoc facite in meam commemorationem.* 44

Quòd ſi iſti nec Apoſtolis, nec Euangeliſtis, nec toti velint Eccleſiæ credere, nec vniuerſis eius Conciliis, nec ſanctis ipſis Patribus, quos ſuſcipiunt, ex quibus clamat cum Orientalibus reliquis Chryſoſtomus: *Magnus erat, & ſine modo numerus Sacrificiorum in lege; quæ omnia, noua ſuperueniens gratia Vno cõplectitur Sacrificio, Vnam, & Veram ſtatuens hoſtiã:* Et cum Occidentalibus Ambroſius: *Conſtat, pecudũ victimas periiſſe, quæ fuerunt in ordine Aaron; ſed manere Melchiſedech inſtitutum, quod toto Orbe terrarum in Sacramentorũ eragatione celebratur*: ſaltem Dei vocibus dedant aures ſuas; qui, dum per os Malachiæ loquutus ſic fuit: *Non eſt mihi Voluntas in Vobis; & munus non ſuſcipiam de manu veſtra: ab ortu enim Solis Vſque ad occaſum magnum eſt nomen meum in Gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda:* manifeſtè prædixit, totum illum cultum Sacrificiorum veteris legis abijciendum fuiſſe, & in aliud puriſſimum Sacrificium videlicet Euchariſtiæ, commutandum. Ita hunc locum expoſuit Concilium Tridentinum, Seſſ. 22. cap. 1. & ante illud, Iuſtinus martyr in Dial. cum Try-

Chryſoſt. in Pſal. 95. 45

Ambroſ. in cap. 5. ad Hebræos.

Malach. c. 1. 46

պատարագն մատնիցէ և ասեմանն քե յիսմանելիս ի յարեւելից մինչ ի հեսա-
ս յարեւս մատուցանի ի ձեռն քա- 47
հանայից ըստ կարգին մելքիսեդեկի.
ուրեմն ոչ կարեմ ուրանալ. Եթ ժիրջա
յան պատարագէն հրէից. զորոց գրեալ
է. ոչ էս կամք իմ ի նմանց : և ևՕՀ զայս
ուրանան. ապա այլոց ի քն ապասնու]

Եա ինքեանք հրէայքն խոստովա-
նին. Եթ ի գալն քն պարտ է ժիրջա-
նալ հնոց պատարագացն : քանզի նոյ
ուրբքն փիներհիս հրէայն ասէ գրէ ի
մեկնուԹն. Եբ. Լոգ՚ գլխոյն Ռուտ.
Էի ժամանակս մեսիայ վերջացին ամ Եբ
պատարագք : եւսկ պատարագն հացի 48
և գինւոյ ոչ վերջանայցէ. այլ ասէ ի
Ժգ. Լոգ՚ գլխէն Ծնընդոց. Եթ մելքի
սեդեկ Թագաւոր սաղիմայ մատոյց
հհաց և գինւոյ : զի մելքիսեդեկն, որ
նշանակէ զԹագաւորն մեսիա. ի վեր
ջանալն պատարագաց հաստատեսցէ
զպատարագն հացի և գինւոյ. ըստ
այսմ գրեալ է ի սաղմն. Ձ. Ղ—ս
Ես քահանայ յաւիտեան ըստ կարգին մելքի
սեդեկի :]

ԼՈՒԾՈՒՂՆԻՆ
ԱՂԱՒԱՍԿՈՒԹԻՆ :

Ա

Գլուխ. Է :

ԵՂԱՀ առաքեալքն վարդանն և
այլ սուտ վարդապետքն.
ասելով ասել ԼՔ առաքելքն ի ժողովն
Երուսաղէմայ պատուիրեցին քրիս
տոնէից, որ ի հեթանոսաց էին. ի
բաց կալ ի պղծելոյն կուռց. և յարնեկ.
և ի հեղձամղձուկից. և ի պոռնկուԹէ :
Էսկ ասացեալ էին նոքք արգելեալք ի հին
օրինացն : ապա ուրեմն պարտիմք մեք
պահել

Tryph. Irenæus libro 4. cap. 32. & 34. Cyprianus lib. 1. contra Iudęos. cap. 16. Chryſoſtomus in Pſal. 95. Hieronymus in Comment. Malachiæ ; & cum alijs ſanctis Patribus Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 35. in hæc verba : *Hoc Sacrificium*, nempè corporis Domini in Euchariſtia, *per Sacerdotes ſecundùm ordinē Melchiſedech cùm in omni loco à Solis ortu uſque ad occaſum Deo iam uideant offerri : Sacrificium Iudæorū, de quibus dictum eſt, non eſt mihi Voluntas in Vobis, iam ceſſare, negare non poſſunt, aut alium Chriſtum expectant.*

Dènique, quod nobis hac de re Hebręus ipſe cõcedit, qua ratione negare valeat Chriſtianus ? atquì apud Bereſcìt Rabbà ſic ſcribit Rabbinus Phinees in cap. 28. Numer. *Tempore Meſſiæ omnia Sacrificia ceſſabunt ; ſed Sacrificium panis, & Vini non ceſſabit : ſic dictum eſt Geneſ. 14. & Melchiſedech Rex Salèm protulit panem, & Vinum. Melchiſedech enim, id eſt, Rex Meſſias, excipiet à ceſſatione Sacrificiorum Sacrificium panis, & Vini; ſicut dicitur in Pſalmo 100. Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.* Sic ille.

SOLVVNTVR
Obiectiones.

§. VII.

OBijcit primò Vartanus, alijq; Pſeudomagiſtri : Actor. 15. Apoſtoli in Hieroſolymitano Cõci-

lio decreuerunt, abstinendum esse Gentilibus Christianis à cibis, qui immolabantur Idolis, & à sanguine, suffocato, & fornicatione; quæ erant etiam Mosaica lege prohibita: ergo aliqua saltem Cęremonialia veteris legis obseruanda sunt à Christianis, vt Apostolico obediatur decreto, quod Latini transgrediuntur.

Respondetur primo ad hominē contra ipsos: nam, etsi in eo Concilio præcepta est ab Apostolis abstinentia ab Idolothytis, sanguine, & suffocato; tamē decretum fuit, Christianos non teneri iugo, & obseruātia veteris legis, atque adeò abstinētiæ ab alijs cibis, in ea prohibitis, vt immundis: sed Pseudomagistri obligant etiam Armenum populū ad hanc aliam abstinentiam, atque ad obseruationem aliorū legalium, vt suprà visum est: ergo ipsi decreto non obediunt Apostolico.

Respondetur secundò; Apostolos præcepisse Christianis, in Syria, & Cilicia cōuersis ex Gentibus, abstinentiam ab Idolothytis, sanguine, suffocato, & fornicatione, non quidem ratione legis veteris obseruandæ, seu quatenus horum prohibitio erat præceptum legale, ac cæremoniale: quia, cùm vetus lex non fuisset data Gentibus, sed tantùm Hebræis, pro quibus etiam erat tunc mortua, nemo poterat, præsertim Gentiles conuersi, ad aliquod legale præceptum obseruādum iustè cogi: sed hoc eos fecisse, vt Christianis illis iniungerent aliqua præcepta moralia, illi tempori, & regioni cō-

uenien-

պահել դնդասդողական պատուիրանդ ունանս հին օրինացն. ըստ հրամանին առաքելոցն. զոր յանդգնին գրանկչն:

Եւսիա պատասխանի. զի Եկեղեցի զայս հրամայեցին առաքեալն. սակայն հաստատեցին ի նոսին ժողովն, Եկ ոչ պարտ էր քրիստոնէիցն պահել և զ ընդ հին օրէնս. և ոչ ի բաց կալ ի յայլոց անաբ կերակրոցն ըստ աստուածընչնոյն օրինացն: Թող դորա քարոզիցին ժողովրդեանն, Եկ պարտ է հրաժարիլ յամանաբ կերակրոցն. և պահել զայլ օրինականս ունայս մովսիսի. այլ ինքն ոչ այսացաբ: ապա ուրեմն ընդեանդ հակառակ են սահմանադրութեանն առաքելոցն:

Երկրդ պատասխանի. Եկ ոչ առաքեալն պատուիրեցին միայն քրիստոնէիցն, որք ի հեթանոսաց ազգէ և կնդլեկիցաց դարձեալ էին աստ. հրեայսն քի: իբրև կալ ի զոհելոյն կուռց, և յարնէ, և ի հեղձուցելոյ, և ի պոռնկութենէ, ոչ Եկ մի գոլոյն չրիցեսայ ոտին ազգելաբ ի հին օրինացն. և ոչ ըստ որում ասպելուն դայս էր պարտաւորական պատուիրան նոյն օրին նացն: քանզի հին օրէնքն ոչ տուեալ էր հեթանոսաց, այլ միայն հրեից. զի որոց և յայնժամ վերջացեալ էր և մի այսորիկ ոչ ոք մարդ, մանաւանդ որ ի հաւատացեալ հեթանոսացն էր. կարէր իրաւունս բռնադատել պահել զօրինական պատուիրան ինչ: ալ զայս հրամայեցին առաքեալն. որպէս զի ասցեն քրիստոնէիցն այնոսիկ զպատուիրանս ունանս բարոյականս. որք պատշաճ էին այնմ ժամանակին. զի մի հաւատացեալքն ի հեթանոսացն դարձցին ի սովորական պոռնկու-թիւն և զի կարասցեն քրիստոնէիլ ի միջ հաւատա-

ատ-

uenientia, vt conuersi ex Gentibus, ad fornicationem, & Idolorum cultum iterùm non redirent, ac præterea possent sine scandalo, & dissentione cum Iudæis fidelibus habitare: quæ postea causa cùm cessauerint, desijt consequenter Apostolica prohibitio illorum ciborum.

Explicatur autem per singula hæc responsio: Certum est enim, prohibitionem à fornicatione non esse præceptum legale, seu cæremoniale, sed morale, ac etiam naturale: vndè prohibita hæc fuit ab Apostolis, non quia non esset mala per se, & iure naturæ prohibita; sed quia vel Gentes illæ id ignorabant, vel ob nimiam consuetudinem pro nihilo illud ducebant.

Præterea prohibitus fuit esus Idolothyti, vel quatenùs continebat hic cultum Idolorum, aut speciem eius, vt exposuere Cyprianus, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, & alij: quod etiam colligi potest ex illo, 1. Cor. 10. *Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris?* Et infrà: *Quæ immolant Gentes, Dæmonijs immolant, & non Deo. nolo autē, vos socios fieri Dæmoniorum: non potestis calicem Domini bibere, & calicem Dæmoniorum: non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ Dæmoniorum.* Et sub hac ratione esus Idolothyti erat etiam res intrinsecè, & per se mala, eiusque prohibitio præceptum non legale, sed morale, ac naturale. Vel saltem fuit prohibitus, quatenùs parere poterat scandalum, & suspicionem falsæ religio-

Cyp. & Tertul. in cap. 15. Act.

Hieron. lib. 1. contra Iouinianum.

Augustin. in Specalo. cap. de Act. Apostol.

gionis, aut eſſe occaſionem redeundi paulatim ad Idolorum cultum, vt putant alij: & vt ſic, eius prohibitio fuit tantùm præceptum morale poſitiuum, nec vllam legalem ceremoniam continebat: quarè ſecluſo ſcandalo, & occaſione Idololatriæ, talis eſus non erat malus, ſed indifferens; vt apertè ſupponit Apoſtolus in epiſt. ad Rom. cap 14. immò vt docet in epiſt. 1. ad Corinth. cap. 8. vbi poſtquàm dixit: *De ijs autem, quæ Idolis ſacrificantur, ſcimus, quia omnes ſcientiam habemus*, &c. ſubiecit: *Sed non in omnibus eſt ſcientia. quidam autem conſcientia Vſque nunc Idoli, quaſi Idolothytum manducant; & conſcientia ipſorum, cùm ſit infirma, polluitur. eſca autem nos non commendat Deo. neque enim, ſi manducauerimus, abundabimus; neque, ſi non manducauerimus, deficiemus. Videte autem, ne forte hæc licentia Veſtra offendiculum fiat infirmis.* Et rursus cap. 10. inquit: *Si quis Vocat Vos infidelium, & Vultis ire: omne, quod Vobis apponitur, manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Si quis autem dixerit: hoc immolatum eſt Idolis; nolite manducare propter illum, qui indicauit, & propter conſcientiam: conſcientiam autem dico, non tuam, ſed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab aliena conſcientia? ſi ego cum gratia participo, quid blaſphemor pro eo, quòd gratias ago? ſiue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud aliquid facitis; omnia in gloriã Dei facite. ſine offenſione eſtote Iudæis, & Gentibus, & Eccleſiæ Dei; ſicut*

եւ հայհոյեցին, վասն որոյ պահանջ-
ապէ՝ եթէ ուսուցեալ. եթէ ըստիցէք. Ιω
եթէ զինչև զորձ իցէք. զիա՞ւր ինչ է մա- 11
ս ոչ ազատիլք. առանց գոյժ առնելոյ
ընդ դնելոյ հրէից և հեթանոսաց լինել
ցեղ և եկեղեցւոյն ոչ. ոչ և նա ասէն
և ես անհնազանդս հաստատ լինիմ:] Ա-
ս ոչ ասացեալ ոչ ոք զատողական
կոչնականացս զայս հրամանս առա-
քելոցն. զի ոչ սկսաւ էր վասն նորա.
ոչ առեալ էր նորա. այլ միայն զբնա-
ւնէից ասացոց և հիւանդութ:

Եւ դարձ առաքեն Յակոբոս ազգել
դացս ուսուցանել զարմիս. վասն որոյ և զհնոյ
ձուցեալ կենդանիս. ոչ ասէ վասն ա- Ժե
ռանց հնոյելոյ զարմիս. ոչ ասէ վասն 12
հնոյելոյ զհնոյն օրէնս. զի եթէ զայս ասէ
ասնէր. ապա եւ զիւր ասացուցանող
ազգանուն նոյն օրինացոյն ազատութիւն:
զի ասէ ոչոք ասա զիւրացս. Եւ երդ զինն.
և զկայիմ ասէ մսոցդ. ոչ ասէ զարմիս.
ասէ զարմիս.] այլ վասն զի ասէր էին հեթանոսքն
ինչ ասացուցանել ինչ ասա-
նել զարմիս և զհեղձուցեալ կենդանի
նս. և ժողովիլ շուրջ զարմարանս ա-
նել ի սպասու կուռացն. զի հասու-
լինն զարմիս յոյժ ընդունելի լինիլ Ժզ
նոցա. այլ սպասին արդելեալ, ասէր- 13
ոլ անուս. և սիրտ ունայս ապականին:
ոսանի վասն հրամայեցոյ զհնա-
ասացեալսն ի չար սովորութենէ կա-
սպասուցանել. եղև այս հրամանս:
Եւս և զի կասկին առաքեն սկսոլ
զեկուսին ազգսն հրէից և հեթանո-
սաց. և ի բաց բառնալ ի նոցանէ զգ
սպասեալ բաժանման և վիճանց. և
քանզի հրեայքն յոյժ զարշէին ի յայ
ենէ և ի հեղձուցելոյ ոչ ասէ միայն զս
օրինացոյն խօսանց. այլ և սա զհին

աս-

Ego per omnia omnibus placeo. Hinc eſt, quòd Apoſtolus non promulgauit præceptum iſtud Corinthijs, vel quia non iudicauit, eſſe illis neceſſarium, aut opportunum; vel quia (vt ſentiunt * aliqui) non erat pro illis latum, ſed tantùm pro Chriſtianis Syriæ, & Ciliciæ.

*Salmeron, tract. 45. in Acta. Baronius, tom. 1. anno 51.

Denique prohibuit his Synodus Apoſtolica eſum ſanguinis, & conſequenter etiam animalis ſuffocati, quod ſine ſanguinis effuſione moritur, aut occiditur; nullo quidem habito reſpectu ad legem veterem obſeruandam; quem ſi habuiſſet, omnia certè eius Cæremonialia præcepiſſet: dicente Paulo Gal. 5. *Teſtificor omni homini circumcidenti ſe, quoniam debitor eſt Vniuerſæ legis faciendæ:* ſed quia (vt exponunt Origenes, & Tertullianus) ſanguis, & ſuffocatum in Idololatrijs Gentium peculiari modo vſurpabatur: & Diuus Thomas inquit, *eorum conſuetudinem fuiſſe, vt circa ſanguinem congregatum adunarentur ad comedendum in honorem Idolorum, quibus reputabant ſanguinem acceptiſſimum eſſe.* Ideò ratione vitandi Idololatriam talis prohibitio fuit tradita. Tum etiam, quia deſiderabant Apoſtoli vnire duos illos Gentium, & Iudæorum populos, impedimentaque vnitatis auferre: quoniam verò ex antiqua conſuetudine erant Iudæis ſanguis, & ſuffocatum ſupra modum abominabilia, non ſolùm ratione legis, ſed etiam vetuſtiſſimæ traditionis à temporibus Noë, cui etiam Deus præceperat, Geneſ. 9. ne caro

Origenes, lib. 8. contra Celſum. Tertullianus in Apologet. cap. 9. D. Thom. 1. 2. quæſt. 102. art. 6. ad 1.

cum

& ego per omnia omnibus placeo. Hinc
Ja 11 est, quòd Apostolus non promulga-
uit præceptum istud Corinthijs, vel
quia non iudicauit, esse illis necessa-
rium, aut opportunum; vel quia
(vt sentiunt aliqui) non erat pro
illis latum, sed tantùm pro Christia-
nis Syriæ, & Ciliciæ.

Denique prohibuit his Synodus
Apostolica esum sanguinis, & con-
sequenter etiam animalis suffocati,
quod sine sanguinis effusione mori-
Je 12 tur, aut occiditur; nullo quidem
habito respectu ad legem veterem
obseruandam; quem si habuisset,
omnia certè eius Cæremonialia præ-
cepisset: dicente Paulo Gal. 5. *Testificor omni homini circumcidenti se; quoniam debitor est Vniuersæ legis faciendæ:* sed quia (vt exponunt Ori-
genes, & Tertullianus) sanguis, &
suffocatum in Idololatrijs Gentium
peculiari modo vsurpabatur: & Di-
uus Thomas inquit, *eorum consuetu-*
dinem fuisse, Vt circa sanguinem con-
gregatum adunarentur ad comedendum
in honorem Idolorum, quibus repu-
tabant sanguinem acceptissimum esse.
Jq 13 Ideò ratione vitandi Idololatriam
talis prohibitio fuit tradita. Tum
etiam, quia desiderabant Apostoli
vnire duos illos Gentium, & Iudæo-
rum populos, impedimentaque vni-
tatis auferre: quoniam verò ex anti-
qua consuetudine erant Iudæis san-
guis, & suffocatum supra modum
abominabilia, non solùm ratione
legis, sed etiam vetustissimæ tradi-
tionis à temporibus Noë, cui etiam
Deus præceperat, Genes. 9. ne caro

cum

cum ſanguine comederetur: idcircò Apoſtoli hoc idem pro illo tempore præceperunt Gentilibus ad fidem conuerſis, ad hoc vt poſſent pacificum habere conuictum cum fidelibus ex Iudæis. Vndè eorum prohibitio ſub vtraque hac ratione accepta, erat præceptum morale poſitiuum, & non Cæremoniale. Procedente autem tempore, quia omnes prædictæ cauſæ ceſſauerunt, ceſſauit quidem vis Apoſtolicæ huius prohibitionis, non autem Apoſtolici eius decreti, quo declaratum fuerat, nullum Chriſtianum teneri obligatione legis Moſaicæ. Videant ergo Armenij, quinam ſint, qui Apoſtolicam Conſtitutionem tranſgrediuntur.

Obijciunt ſecundò: Chriſtus nō modò ſeruauit ipſe Cæremonialia veteris legis, vt patet; verùm etiam alijs iniunxit, vt obſeruarent. dixit enim, Matth. 23. *Super Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ, & Phariſæi: omnia quæcunque dixerint vobis, ſeruate, & facite.* Et Luc. 5. Leproſo mundato dixit: *Vade, oſtende te Sacerdoti, & offer pro emundatione tua, ſicut præcepit Moyſes.* Prætereà poſt mortem Chriſti, & aduentum Spiritus ſancti, Paulus Act. 16. *circumcidit Timotheum:* & cap. 21. idem *Paulus, aſſumptis viris, poſtera die purificatus cum illis intrauit in Templum, annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio.* igitur poſt Chriſti aduentum, ac etiam mortē, mortua non fuerunt Legalia.

Reſpon-

Ի 14

Ի 15

Ի 16

ասէանդուՕՀՆ՝ի ժամանակացնոյն, որում հրամայեալ էր ասՏ՝ի ՆՆդրդոյն ՊՆ. նդպ՞ դլխՆ. մի՞ առաել զմիս ընդ արեան: սակս այսորիկ առՔլէն զնոյն պատուիրեցին առ ժամանակ մի հաՀաւատացեալ հեՊանոսացն, ոՈՐ զի կապացին խաղաղուՕՔ բնակել ընդ հաՀաւատացեալ հրեայսն: Իսկ յետոյ՝ քանզի զի զկնի ժամանակաց ինչ ասՏ վերոյ պէաել պատճառքն բարձաւ՝ եւս զօրուՕՆն առՔլին հրամանին. բայց ոչ բարձաւ՝ զօրուՕՆն առաքՔականն սահմանադրուՕՀՆ. որով հաատաեցին. ՊՀ ոչ պարտ էր պահել զՔ հին օրէնս մոլխէնի ասպ՝ առեցին հաՀաւատացեալքն. ՊՀ այլ նոքա օրինադան զՔ առաքեալական աՔ Ժողովոյն. ՊՀ գրած կՔ. հմմ ՊՀ ՆՔեանՔ:

Էրկդ՞ առարկեն. ՊՀ քՈ ոՀ միայն ինքն պահեաց զարտաքոյս ՕՆն հին օրինացն. այլ եւս այլոց հրամայէաց պահել զնոսա: զի առաց՝ Ի. Յոհ. նդպ՞ դլխՆ ամենայն ՅաՔառն մովսէսի նստան դպրքն եւ փարիսեցիքՔ. զամենայն ինչ ասացեն ձեզ, արարէՔ եւ պահեցէՔ] Եւ՝ Ի ղկս. Ե. նդպ՞ դլխՆ առաց ցբռնան. ԵրԹ գոյց զանձն քո քահանայապետին, եւ մատո պատարագ վճարբուՕՆ քոյ. որպէս եւ հրամայեաց մովսէս:] Եւ գԹՂ՝ յետ ամենայնի գՔ. եւ գալՔ առնու հոգւոյն սրբոյ. ոՀգոս՝ Ի գոգ ԺԹ. նդպ՞ դլխՆ Թիմոթէոս ընկ առնէր զնա. Ի. Թես. Ե. նդպ՞ դլխՆ. Նոյն պՀղոսի առեալ զարան՝ Ի վաղիՀ անդՔ ընդ նոսա սրբեալ եմուտ՝ Ի տաճարն. յայտ առնել կատարումն աՀՈՒրցն որ բուՕՆ. մինչ եւ մատեսՀ իւՐՔ ուՐուք ՔանզիՔ ուՐուք՝ Ի նոցանէ պատարագ ար:] ապա ուրեմն յետ գալըստեանն քրիստոսի, եւ եւս յետ մահու նորա,

մե

Reſpondetur; ſi fermo fiat de Armenis, Græcis, Latinis, alijſque Gentibus, præter Hebræos, nunquàm has Gentes Moſaica lege obligatas fuiſſe, neque ante, neque poſt Chriſtũ; quia non his, ſed Hebræis tantummodò data ea fuerat: & ideò reſpectu harum Gentium legem illam non dicimus fuiſſe aliquando mortuam, ſed potiùs nunquàm, vt ita dicam, fuiſſe viuam, quia ex quo lata fuit, nunquàm has obligauit. Si verò de Iudæis, loquamur; tunc, dicimus, pro his ceſſaſſe Legalia quoad obligationem, cùm eorum veritas per Chriſti mortem conſummata fuit, & myſteria noſtræ ſalutis cõpleta, cœpitque noua lex, & Euangelium promulgari, & obligare. Quapropter mirum non eſt, ſi Chriſtus, antequàm pateretur, mandauit Iudæis obſeruationem veteris legis, quæ vtique, ipſo viuente, ac prædicante, adhuc vim ſuam habebat.

Tempore autem à morte Chriſti, ſeu potiùs ab aduentu Spiritus ſancti, quando noua lex cœpit ab Apoſtolis prædicari, vſq; ad completam Euangelij diuulgationem, quamuis abrogata vetus lex eſſet; quia tamẽ hoc notum non erat omnibus, nec ſufficienter manifeſtatum, poterant quidem Iudæi, ad fidem conuerſi, licitè, ac ſine peccato exercere Legalia, dummodò non reputarent, ea eſſe ſibi neceſſaria ad ſalutem, nec illa obſeruarent, vt erant figuratiua Chriſti venturi, ſed ſolùm ad vſum diuini cultus, & honorem eiuſdẽ legis; ne ſcilicet ita videretur Moſaica

lex, tanquàm mala, subitò reijci, ac reprobari, sicut subitò post conuersionem reijciẽdus erat ritus Gentilitatis: nam is reijciebatur, vt illicitus, & à Deo semper prohibitus; ritus autem legis cessabat, tanquàm impletus per Christi mortem: & ideò potuit hoc tempore Paulus licitè circumcidere Timotheum, ex matre Iudæa genitum, nec non purificari, vt intraret in Templum; &c.

Postquàm autem per totum Orbem diuulgata noua lex fuit, cessauit lex vetus non solùm quoad obligationem, sed etiam quoad licitum vsum, ita vt obseruari nõ posset deinceps sine peccato mortali: quod colligitur ex illis Apostoli verbis ad Galatas 5. *Si circumcidamini, Christus nihil vobis proderit*; atque etiã constat tum ex traditione vniuersalis Ecclesiæ, tum ex decretis Conciliorum Generalium, præsertim Florẽtini, vt supra dictum est.

Quarè S. Augustinus in epist. 19. ad Hieron. tria distinguit tempora: primum ante Christi mortem, in quo Legalia neque erant mortua, neque mortifera: secundum post Euãgelij diuulgationẽ, in quo Legalia & mortua sunt, & mortifera: tertium autem est tempus medium, in quo Legalia fuerunt quidem mortua, sed non mortifera; hoc est, non habebant vim obligationis, sed poterant licitè obseruari, dummodò non reputarentur esse necessaria ad salutẽ.

Obijci potest vltimò: Lex vetus fuit à Deo data, vt perpetua, seu in æternum duratura. dicitur enim Baruch

f. 20

f. 21

f. 22

բնականան առանց մեղաց. Եթէ ոչ հաստատէին զնոցին պահպանութիւն զոլ հարկաւոր մի մեղս. և եթէ ոչ պահէին զնոսա երբեմն զղջանալիչս հանդիպէաք. այլ միայն առ՝ ի պատճառ հին օրինացն և այծ-սիրն պաշտամանն. զի մի Քրիստոսի հին օրէնքն իրաւունս տարտամելոյ և սրհատարհիլ երբեմն զկար եղեն. այլ և վաղվաղակի ապաստանել էր պատճառս Քրիստոս հաստատուէ յետ քնարհելոյն Քրիստոսի հաստատ էին: բանզի կատարեալ Քրիստոսի ապաստանելոյ երբեմն զկար և միշտ սրգելի ալ յայն, բայց հին օրէնքն վերջանային երբեմն զկատարելոյն խնդուն մահու-ան էր: Եւ սակս այսորիկ կարգեալ պօղոս խնդ՝ ասելն ժամանակին Թիմոթէոս զի սիմոթէոս էր Ծնեալ ի հրէայ մօրէ. և կարգաց սրբել և մտանել ի տաճարն զամ աւանդութիւն հին օրինացն:

Բայց յետ սրոյ սիմեալ Եզև քրիստոսի սինելոյս բարոյու-Քին նոր օրինացն, վաղճանեցաւ հին օրէնքն ամենևին. ոչ միայն զամ պարտաւորու-Քիւն. այլ և զամ բնաւ-ին սոյութիւն. մինչ զի ոչ և կարէին պահել զնա առանց մահու-ական մեղաց. որպէս ոչ սոյդ սէն պօղոս ի գղջացեալ. Եւ եթէ գլխոն ասելով. Օ՛ն եթէ Թլփատիք քրիստոս ձեզ ոչ օգտէ: և սոյ յայտ սրսրաւ-ականին ընդհանուր վճռելոյ, և սրբոց հարցն, և սինելոցան սրջողոցն:

Լ՚ն սրոյ սէն օգտանիս ի. Յիս. եթէ Քրիստոսն առ ձէրունեան զերթս ժամանակս բարոյուցէ: առաջին ժամանակն է, որ յառաջ քան զմահն էր յետ մահ օրինականքն մոզական ոչ էին մեռանել և ոչ մահաբեր: երկրորդ ժամանակն է, որ զինն կատարեալ քարոզու-

Քին

ruch, 5. *Hic eſt liber mandatorũ Dei, & lex, quæ eſt in æternũ.* Item Geneſ. 17. de Circumciſione dicitur: *Erit pactum hoc meum in carne Veſtra in fœdus æternum.* Et Exod. 12. de ſolẽnitate Agni Paſchalis: *Cuſtodietis diem iſtum in generationes Veſtras ritu perpetuo.* Igitur vetus lex, ſeu ritus eius non debet ante Mundi finem ceſſare.

Reſpõdetur primò cum D. Thoma, 1.2. quæſt. 103. art. 3. ad 1. quòd lex vetus dicitur eſſe in æternũ ſecũdùm præcepta moralia quidem ſimpliciter, & abſolutè; ſecundùm cæremonialia verò quantùm ad veritatem, quam myſticè figurabant: V. G. pactum Circumciſionis erat perpetuum, quia circumciſio ſpiritualis, per carnalem figurata, perpetuò duratura erat: & ſolennitas agni Paſchalis durat perpetuò in Agno Dei, per illum veterem myſticè figurato.

Reſpondetur ſecundò, quòd ſæpè in ſacris Scripturis æternum, aut perpetuum, vel ſempiternum dicitur illud, cuius certus terminus non præſcribitur, etſi non perpetuò, ſed longo tempore duraturũ eſt, vt durauit lex vetus. Sic Geneſ. 13. dicitur: *Omnem terram, quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo in ſempiternũ.* Et cap. 17. *Dabo tibi, & ſemini tuo, &c. omnem terram Chanaan in poſſeſſionem æternam.* & tamen conſtat, terram illam à Iudæorum poſſeſſione ablatam iam eſſe. Idem ergo de ritu veteris legis intelligendum eſt: cuius quidem æternitas, vel perpe-

tuitas, ſi propriè eſſet intelligenda, ſiq; profectò neque cum ipſo Mundo finire deberet, cùm nec Mundus ipſe perpetuò duraturus ſit.

26

և յաւուս՝ ի գառն սատուածոյ. որ նշա
նակեաւ ինէնուն օրինական գաւանին ։

Երկիւղ պատեաց. Թէ բազում ան
գամ՝ ի սէր գերս յաւուրս կոչէ այն ինչ.
որ ահագին է՝ զերկուսն ժամանակ ինչ,
զորոյ վերջն ոչ յայտնէ սէր գերջն. որպէս հանդիպեալ հին օրինացն: զի որոյ Թէ
պէտ՝ ի ծննդոց. Ցգ երկիւղ գլխոյն ասէ. Օրհ երկիւղ, զոր տեսանես, քեզ տայց. և զայ
լական բազմ՝ ի յաւուրս] և՝ ի Ֆէ. Երկիւղ գլխոյն ասէ. ԼՈՅ քեզ և զամենակալ բազմ զրամ երը
հինն քանանացոց՝ ի ժառանգութիւն ։ սակայն յայտ է՝. եԹէ այն երկիւղն ինձ
ասացն հրէից բարձաւ՝ սակայ նոյնպէս զօրանալ յիշեա հին օրինացն. զի եԹէ
պատուիրանքն նորայ խոկալի իմանայաք. այլ և ոչ և զերկնայայրն՝ ի կատարած՝
աշխարհիս. զի և աշխարհս ոչ ունայոց է մինչ և յաւուրս ։

ՏԱՂԱՒՊԱՍ ՍՈՒՐԲ ԽՈՐՀՐԴՈՅ

Նոր օրինացն առ հասարակ.

ԵՐՐՈՐԴ ՀԻՄՆԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Որք իցեն սուրբ խորհուրդքն
Նիեղեցւոց.

Գլուխ. ՃԻ.

DE SACRAMENTIS

NOVÆ LEGIS

In genere.

QVÆSTIO INTER ARMENIOS TERTIA

Quot, & quæ ſint Eccleſiæ Sacramenta?

§. I.

ՆՈՒՄԱՆ խորհրդոյն նոր ՃԻ 1
օրինացս իմանամք զայն
տեսանելի ինչ զգալինշան
և արտաքոյ
քան նիեղեցւոյ.
զոր ընդ հաստատութեաց, և հրամայեաց
Ջեղեցւոյ Քրիստոս՝ ի նմին առնուլ զնա
հաստատապէս, և խոստացեալ այսր
գնել նմանս տալոյ զՀոգին իւր սրբոյ
ացուցիչ արժանաւորս լուսաւորչոյ:
Այսր՝ չորք են պատճառք որ խորհրդոց

գոյո

NOMINE Sacramenti nouæ Legis intelligimus cum Armenis ſignum, ſeu cæremoniam quandam externam, atque ſenſibilem, quæ ex inſtitutione Chriſti annexam habeat promiſſionem gratiæ iuſtificantis, atque mandatum de ſtabili vſurpatione illius in Eccleſia ad homines ſanctificandos. De cauſis horum

Sacra-

Sacramentorum intrinsecis, materiali scilicet, & formali, dicimus cum ijsdem, constare Sacramenta ex rebus, vt ex materia, & ex verbis, tanquàm ex forma; vt infrà discurrendo per singula demonstrabimus. De causis autem extrinsecis, finalē præcipuè fuisse, vt per ea, tanquàm per instrumenta iustificationis, sanctificarentur homines; deindè, vt etiam per ea, tanquàm per Cæremonias religionis coleretur Deus; & tanquàm per signa sensibilia, discernerentur fideles ab infidelibus, & populus Christianus colligaretur. Efficientem verò causam non fuisse aliam, nisi Christum: nam Apostoli solùm, vt ministri ipsius Christi, Sacramenta, à Christo Deo nostro instituta, promulgarunt; ac ministrarunt, vt inquit Paulus 1. Cor 4. *Sic nos existimet homo, Vt ministros Christi, & dispensatores Mysteriorum Dei.*

Cyprianus, Serm. de ablutione pedum.

Quarè S. Cyprianus, *Christus*, ait, *summus Sacerdos, sui est Sacramenti institutor, & auctor: in cæteris homines Spiritum sanctum habuere doctorem.* Et S. Ambrosius, *Auctor*, inquit, *Sacramentorum quis est, nisi Dominus Iesus?* Idcircò Concilium Tridentinum, Sess. 7. can. 1. *Si quis*, inquit, *dixerit, Sacramenta nouæ legis non esse omnia à Iesu Christo Domino nostro instituta; anathema sit.* Nullus itaque homo potest, nec Ecclesia, nec ipse quidem summus Ecclesiæ Pontifex, Sacramentorum substãtias immutare, seù nouas instituere; quamuis benè possit Eccle-

Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4.

sia-

ղ-ոցս. երկու ներքին. և երկու արտաքին: Ներքին պատճառքն են նախ-
2 և ևս. յորոյ բանիկանայ խորհուրդն և բանիկանայ ի յիւրաց երբ ինձ Աստ. և ի բանից երբ ի ձևոցէ. որպէս յայտ լինի յետոյ. յորժամ յիշեցս ի բաքան չինը խորհրդոյ ճառիցեմք: Իսկ արտաքին պատճառքն են վախճանական և արդիւղական: Եւ վախճանական պատճառն է այն, զի որոյ եղեն խորհուրդքն և առնեմք Ա եղեն զի ինձ ան նոցա, երբ ինձեան դործեսցէ արբու Ա, մարդիկ արբեսցին. և երբ ինձ ան արդարդուԱեց կրծսիցէ պաշտիցեն. և երբ ի ձևոն զգալի նշանաց բացորոշեսցին հաւատացեալքն յանհաւատից: Իսկ արդիւղական պատճառն խորհրդոցս ոչ այլ ոք եղև. և Ա ոչ միայն ինքն էր: քանզի առաքեալքն զնա միայն երբև զպաշտօնեայս քի քարոզելոյն և պաշտելոյն այլոց զնոր հրաւիրս հաւատոտեալս ի քէ. որպէս ասէ պօղոս առ կորնԱացիս. Ա ոչ այսպէս համարեսցին զմեզ մարդիկ. երբև զպաշտօնեայս քի. և հաղարդապետս խորհրդոցն ասլ:]

Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4.

Եւ որոյ սքն կիպրիանոս ի ձառն որ յիշեալ լուացման ոտից ասէ: Մինքահանայապետն է՝ ի խորհրդոցն 4
նուռց արարիչ և պատճառ: իսկ քահանայքն ոչ արդարդուԱեց՝ մարդիկ առաջ նորդեցան ի հոգևոյն արբոյ.] Եւ սքն ամբրոսիոս ի չորրորդ գլխին յիշեալ խորհրդոյն ասէ: Որ է պատճառ սրբ խորհրդոյն. ԷԱէ ոչ արն մեր յս քս:] Որ-ասի սբ Ժողովն տէրընԱոյ ի հինգ երդ" կանոնն սահմանեալ այսպէս: Եթէ Ա ոք ասիցէ. Ա սաւ խորհուրդքն նոր օրինացն հաստատեալքան ի տէրէ մերմէ յիսուսէ. Նզովեալ եղիցի:] Որ-

քեմն

fiaſticas alias Cæremonias. Et ratio eſt; quia ille poteſt aliquid inſtituere, qui poteſt eidem dare virtutem, ac robur: virtus autem Sacramentorum ad cauſandam gratiam non poteſt eſſe, niſi à ſolo Deo: ergo à ſolo Deo potuerunt Sacramenta inſtitui.

Septenarium eſſe horum Sacramentorum numerum, vnà cum Catholicis non ſolùm Armeniorum Eccleſia ſemper à principio eſt confeſſa, verùm etiam ipſi eorum Pſeudomagiſtri; ex quibus Vartanus in Monitis ad Armen. cap. 1. ita loquitur: *Paulus Apoſtolus diſcipulum ſuũ Dionyſium de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis erudiuit*. Et rurſùs cap. 6. *Septem*, inquit, *Eccleſiæ Sacramenta iugiter exercemus. Chriſtianiſmus enim in ſeptem Eccleſiæ Sacramentis nititur.* Quæ cùm Vartanus ſcripſerit (vt Armeni, & eius Scripta teſtantur) duo ferè ante ſecula, quàm Florentina Synodus cogeretur; mentitur certè Kemnitius, Lutheri ſectator, quando in ſecunda parte Examinis, cap. de num. Sacram. pag. 35. dicit, *ſeptenarium numerum Sacramentorum à Florentina Synodo Armenis obtruſum fuiſſe; cùm cum per mille, & eo amplius annos ignoraſſent*. Etenim, quamuis à principio nouiſſent Armenij non modò ſeptenarium numerum, ſed etiam veram Sacramẽtorum eſſentiam, immò & ſingulorum vſum haberent; voluit tamen Florentina Synodus hac de re pleniùs, minutiùſque illos inſtruere, ne falſis eorum Magiſtrorum doctrinis

deci-

deciperentur, qui ad schisma fouendum veteres Ecclesiæ suæ traditiones, & consuetudines abrogare, nouasque instituere, in dies, & pro viribus conabantur.

Ex his ergo Nouatoribus vnus fuerat prędictus Vartanus; qui, licèt numerum Sacramentorũ seruaret, in eorũ tamen substantijs peruertẽdis studiosissimus fuit. Pœnitentiæ namq; Sacramentũ, quod in Confessione, & Absolutione peccatorũ consistit, ipse nihil aliud esse docebat, nisi Vnctionem infirmorum, & pœnitentiũ: & Sacramentũ Chrismatis fieri quidem dicebat, non quando fidelis vngitur, & confirmatur; sed quando Chrisma ipsum à Pontifice consecratur; ipsam verò Chrismatis vnctionẽ ad essentiam Baptismi necessariam esse. Funus etiam pro defunctis septimum esse Sacramentum, stultissimè prædicabat: atque Eucharistię ne proprium quidem nomen attribuit, vt suspicio sit, huius quoque Sacramenti substantiam eum ignorasse. Propria Vartani verba in eodem cap. 6. de Monitis ista sunt: *Primum Sacramẽtum est Baptismus: Secundum, Missæ Sacrificium: Tertium, Benedictio Vnguenti, quod Latini Chrisma vocant: Quartum est Ordo: Quintum, Matrimonium: Sextũ est Oleum, quo Vnguntur infirmi, ac pœnitentes: Septimum denique est funus supra defunctos; pro quo Latini pœnitentiam posuere: sed Oleum, quo infirmi, ac pœnitentes Vnguntur, ipsũ est pœnitentia.* Sic ille: qui præterea in Confutatione epist. Rom. Pontificis,

ա ը 8 ապականել, և մատնել զայդ ուսուցիչ ըստ զրոյցս նոցա սէ խորհրդոյն ինչ փոխել։

Եւ ի գոյանէ չարագոյն եղև նոցին վարդան, որ ըստ իւրում պահէր զքրիստոնէից խորհրդացն, սակայն այլայլէր և փոխէր զնոցայ զրոյցս ընդ նոսա։ քանզի չէմարիտ խորհուրդքն ապաշխարութիւն, որ կայանայ ի խոստովանութիւն մեղաց և յարձակման քահանային, ինքն ասէր. թէ կայանայր ի յօծումն հիւանդաց և ապաշխարողաց։ Եւ զխորհուրդն ի քսոյնէն, որ կատարի յօծմամբ սուրբ միւռոնիւն օծանել մեռեալ և հանգուցեալ, ինքն աղանդէր, թէ կատարէ յօծմամբ մեռանելն օրհնել յեղկել. և թէ օծումն մեռանելն առ ընդ թէ մկրտութիւն էր հաստատ։ Եւ ընդ ընդ խորհուրդն անխելաբար ասէր զոյ զկատարումն եկեղեցին ցնորոց։ Նա և հաղորդութիւն ոչ սոյր ինչ էր նմա անուանն. այլ զօտար մինչ ցքի կարծիս սոյ. թէ ոչ եւս ինչ զոյցոյ ընդ թէն յաւ պիտէր։ ասէր՝ բնաբան խօսքն վարդանայ ինոյն վկայիր՝ կէն ևն ուսուցիչ։ ա ընդ խորհուրդն է մկրտութիւն։ ը ընդ պատարագն ը ընդ մեռանն օրհնելն զոր գրանիլ զոյցոյ ասէն։ չորրորդ՝ ձեռնադրութիւն։ հինգերորդ՝ պսակ։ վեցերորդ՝ օծանումն հիւանդաց և զապաշխարողաց։ և ընդ ընդ կատարումն եկեղեցին. այլ զոր զապաշխարութիւն ասէն. նմա էն, որ կոչ ապաշխարողացն և հիւանդացն է. նոյն է ապաշխարութիւն։] զայսպէս վարդան ասէ։ որ և ի պատճառն առ ընդ զնոն պատկին մեռանանելոյ թէն դրել ասէ։ Սխալն է գրանիլոց. որ զմկրտութիւն չեկեղեցա հաստատ զատ

նոյն

ficis, num. 11. habet sic: *Errant etiam Latini; quia Baptismum in duo diuidunt; ita ut Presbyter apud eos baptizet, & Episcopus chrismet, & Spiritum sanctum impertiat.*

Verùm has Vartani nugas Armena semper Ecclesia repulit; & post Florentinum Concilium, à quo per suos Legatos clariorem de Sacramentis institutionem acceperat, vt cùm maximè detestata est. Firmiter enim cum Catholicis, & cum eodem fatetur Concilio, septem nouæ legis Sacramenta non esse alia, nisi hæc: 1. Baptismum: 2. Confirmationem, seu Chrisma: 3. Eucharistiam: 4. Pœnitentiam: 5. Extremam vnctionem: 6. Ordinem: 7. Matrimonium. Cur autem eadem Ecclesia, cùm hæc omnia esse vera Sacramenta, à Christo Domino pro salute humani generis instituta, etiam num. cõstantissimè fateatur, ab vsu tamen Extremæ vnctionis paucis ab hinc seculis abstinuerit; dicetur quæst. 4.

Conc. Flor. sess. vlt. in instructione Armenorum.

SEPTEM NOVAE LEGIS SACRAMENTA Probantur ex sacris Scripturis.

§. II.

SVfficeret quidem ad veritatem septem Sacramentorum, quæ mox enumerauimus, comprobandam, traditio, & vsus eorum quotidianus, in Ecclesia cum Orientali, tum Occidentali receptus iam indè

ab Apostolis, & interruptè hucusq; conseruatus: sed, ne Vartani, eiusque, si qui sunt adhuc in Armenia, sectatorum hæresis sine refutatione aliqua relinquatur; ac insuper, ne ea de re in cuius assertione nobiscum Armeni conueniunt, perquisitius, quàm satis est, laboremus; omissa sanctorum Patrum longa serie, alijsque omnibus testimonijs, offendamus anteà breuiter ex sacris tantũ Scripturis, in septem à nobis propositis Sacramentis illas reperiri conditiones, quas ad verum Sacramentũ requiri diximus, scilicet statum ritum, à Christo institutum, ac mandatum, cũ gratię promissione: deinde nugas hæretici improbabimus.

Et primò, de Baptismo omnia hæc haberi, iam constat: ritũ à Christo institutum Matth. vlt. *Baptizãtes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*. gratiæ promissionẽ, Marc. vlt. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit*: item Ephes. 5. *Vt Ecclesiam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in Verbo Vitæ*: Et Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis*. mandatum, Ioann. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei*.

Secundò, de Confirmatione, qua datur baptizatis Spiritus sanctus ad robur fidei confitendæ, habetur ritus, manuum impositio cum oratione, Act. 8 *Imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum*: Et anteà dictum fuerat: *Orauerunt pro ipsis*, &c. Et rursùs cap. 19. *Cum im-*

ի մեռ[ելոց] յարութիւն. որ և հաստատեալ է և ինքն ասելով. որոյ պատուիրեաց հաւատալոյն հոգին սրբոյ առ ի միջոցս քրիստոսի առնել խոստանալով միանալ. ուր[եմն] զաւազանին քրիստոսի. յոր զինքն զձեռս ի մէջ. և զաւազանէն. որպէսզի ի դրախտ մտանիցէ" գրէ. թէ Յայն ժամ եղեն ձեռս իմ[ք]սոյ հոգոյ, և առնուն հոգի սրբ։] Եւ յաւուրս սուրբ առաքելոցն. թէ կոչեն յանձնա իմ[ք]նացս։] Եւ զայլ ի. Ո. եր[եմն] գրէ ասէ. Եւ ի դնելն իմ[ք]նա ձեռս ի վերա զձեռս. նէ[ր]

հո[գի]

impoſuiſſet illis manus Paulus, Venit Spiritus ſanctus ſuper eos. Quæ quidem manuum impoſitio iuncta etiã erat cum Chriſmate; ſeu vnctione, & ſigno Crucis: vt colligitur ex illo Pauli, 2. Cor. 1. *Qui confirmat nos Deus, & vnxit nos, & ſignauit, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris:* quæ verba de hoc Sacramento exponunt Ambroſius, Theodoretus, Anſelmus, alijque Patres: & ex illo Ioan. ep. 1. cap. 2. *Et vos vnctionẽ, quam accepiſtis ab eo, maneat in vobis:* Et infrà: *Vnctio eius docet vos de omnibus:* hoc eſt, per Spiritum ſanctum, qui per eam tribuitur: quẽ etiam locum de Confirmationis Sacramento intelligunt Cyrillus Hieroſolym., & Auguſtinus, cum alijs. Apertè verò eiuſdem vnctionis in hoc Sacramento meminerunt Apoſtolorum diſcipuli, Clemens Romanus, & Dionyſius Areopagita, qui etiam de conſecratione illius agit, & ſe ab Apoſtolis eã accepiſſe fatetur.

Ambroſ. lib. de ijs, qui initiãtur myſterijs, cap. 7. Theodoret. & Anſelmus in Commentario huius loci.

Cyrillus, catechesi 3. myſtag. Auguſtinus tract. 3. in epiſt. Ioann.

Clem. Rom. in epiſt. 4. & lib. 3. conſtitut. Apoſtol. cap. 10. 16. & 17. & lib. 7. cap. 44. Dionyſ. de Eccleſ. hier. par. 3. cap. 2. & 4.

Habetur præterea in hoc Sacramento promiſſio gratiæ, vt patet ab effectu; quia per illud dabatur Spiritus ſanctus, qui ſine gratia ſanctificante dari non poteſt: tum quia hoc ipſum donum Spiritus ſancti, quod per manuum impoſitionem dabatur omnibus baptizatis, vt fierent fortes in confeſſione fidei, eſt illud, quod ſæpè Chriſtus promiſit Apoſtolis, & præcipuè Luc. vlt. vbi: *Sedete*, inquit, *in Ciuitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* & Act. 1. *Accipietis virtutem Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes*, &c. Et colligi-

tur hoc ex teſtimonio Petri, qui Act. 2. promittebat illud idem donum, quod ipſe acceperat, omnibus credentibus, & baptizatis: & Act. 15. teſtabatur, Cornelium, eiuſque domeſticos idem donũ accepiſſe, quod Apoſtoli in Pentecoſte acceperant, dicens: *Dans illis Spiritum ſanctum, ſicut & nobis; & nihil diſcreuit inter nos, & illos.* Hinc intelligimus, ſingulari priuilegio factum eſſe, vt Apoſtoli, alijque diſcipuli, hanc eandem Confirmationis gratiam, quam reliqui baptizati per hoc medium recipiebant miniſterio Apoſtolorũ, ipſi ſine hoc medio in die Pentecoſtes acceperint. Cæterùm Chriſti inſtitutio, ac mandatum de hoc Sacramento, licèt in Scriptura non exprimatur, ex dictis tamen euidenter deducitur. nunquàm enim Apoſtoli manus impoſuiſſent ad gratiam Spiritus ſancti communicandã, niſi Dominus id præcepiſſet; cùm nequeat homo ex ſe cęremoniã inſtituere, ad quã gratia ſequatur Spiritus ſancti.

Tertiò, de Euchariſtia, patet ritus inſtitutio, Matth. 26. *Accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit,* &c. mandatum, Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationẽ:* ac deniq; promiſſio gratiæ, Ioann. 6. *Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum.*

Quartò, de Pœnitentia, nemo certè inficiari poterit, illam verum eſſe Sacramentum, & ab alijs diſtinctum; cùm fuerit à Chriſto Domino ſolenni, ac præcipuo ritu inſtituta, quando dixit, Ioann. 20. *Pax vobis: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos:*

hoc

hoc cùm dixiſſet, inſufflauit, & dicit eis: accipite Spiritum ſanctum: quorũ remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. Habetur enim in his verbis de hoc Sacramento ritus externus: *Quorum remiſeritis peccata*: Confeſſio ſcilicet peccatorum, iuxta illud Ioan. ep. 1. cap. 1. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, Vt remittat nobis peccata noſtra*: & iudicialis, ac verbalis abſolutio, ſeu remiſſio, iuxta illud Apoſtoli 2. Cor. 5. *Poſuit in nobis Verbum reconciliationis*. habetur etiam promiſſio gratiæ: *Remittuntur eis*. ac denique mandatum: *Sicut miſit me Pater, & ego mitto vos*. Adde, quòd cum Apoſtolis poteſtatem Chriſtus conceſſerit remittẽdi peccata, dubitari nõ poteſt, quin eam poteſtatem ab illis exerci voluerit, ac iuſſerit: quarè Paulus loc. cit. *Dedit*, inquit, *nobis miniſterium reconciliationis*, &c. *pro Chriſto ergo legatione fungimur*.

Quintò, de Extrema vnctione, quod fuerit à Chriſto, vt verum Sacramentum, inſtituta, atque mandata, expreſſè colligitur ex illo Iacobi, cap. 5. *Infirmatur quis in Vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, Vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Vbi habemus ritum externũ, nempè vnctionem olei cum oratione; *Orent ſuper eum, Vngentes eum oleo in nomine Domini*: promiſſionem gratiæ, vt effectus primarij, & infal-

libi-

libilis; *Alleuabit eum Dominus, & si in peccatis sit, remittentur ei:* ac etiã salutis corporalis infirmi, vt effectus secundarij, si fuerit ad animæ salutẽ expediens; *Et oratio fidei saluabit infirmum*. Christi autem institutio, ac mandatum colligũtur ex eo, quòd nequiuisset Apostolus hæc tam assueranter promittere, nisi Christus instituisset, ac mandasset: tum quia Marci 5. habetur, quòd Apostoli, à Christo missi, *Vngebant oleo multos ægros*: quo (vt inquit Concilium Tridentinum, sess. 14. can. 1.) insinuatum fuit hoc Sacramẽtum, id est, indicatum saltem, & adumbratum.

Sextò, de Ordine, externa cæremonia est manuum impositio: vndè hoc Sacramentum Armenicè *Manus-impositio* dicitur: per illam enim Act. 6. ordinati sunt Diaconi Stephanus, & alij: *Orantes imposuerunt eis manus*. Et rursùs cap. 13. ordinantur per eam Episcopi Paulus, & Barnabas: *Orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos*. Et iterùm cap. 14. per eandem etiam ordinabantur Presbyteri: *Cùm constituissent illis per singulas Ecclesias Presbyteros:* quòd in Armenico Textu legitur ex Græco versum: *Cùm per manuum-impositionem creassent illis per singulas Ecclesias Presbyteros*. Et 1. Timoth. 5. ait Apostolus: *Manus citò nemini imposueris*: hoc est, noli cuiquã Ordines citò conferre, antequàm idoneum eum esse cognoscas. Constat etiam promissio gratiæ, 2. Timoth. 1. *Admoneo te, Vt resuscites gratiam, quæ est in te per impositionem manuum mearu-*

Et

Յղ 14 ...ան. և աղօթք հաւատացեալք փրկեն զհիւանդն զայնոսիկ. և յարուսցէ զնա Տէր. և եթէ մեղս ինչ իցէ գործել. Թողցի նմա:] աշխ՝ ի յայսմ խորհուրդ ս կայ արտաքին արարողու Թի. ձեռնադրեալն աղօթէ. օծ-ման Հոգւով ընդ աղօթից բան այնմ. աշխատեալն իմն ազօթս. օծ-ցին զնա Հոգւով յանուն ան.] կայ խոստումն շնորհայ. որ ևս առաքելական և անսխալական գործ խորհրդոյս. բան այս նմա: Յարուսցէ զնա Տէր. և եթէ մեղս ինչ իցէ գործ նոյ. Թողցի նմա.] կայ և խոստումն սպասման առողջու Թեան հիւանդին. որ ի յերկրացա-

Յլ 15 կան գործ խորհրդոյս. զի յայնմ ա մատրի ի նմանէ. յորմէ յայտնի ցի հոգևոր իրիս Թէ նոյնն. բան այնմ: աշխատեալն հաւատացեալք փրկեն զհիւանդն.] ինչ Թէ ըս հաստատեալ իցէ և աւանդեալ գայս խորհուրդս. յայտ լինի: զի ոչ երբէք զայս ա ստուգանէր և աւանդէր առ քեալ Քրիստոս հաստատման և աւան դոյն քն. Հոմ և զի ի մերկան միջոցի

Յզ 16 կէս առքեան հրամանատ քն օծ-անելին Հոգւով զբարդուտ հիւանդս առ ի յօգուտ նմանել գայս խորհուրդս:

աշխէցէք յիդս կարգի քահանայա-ՊԷն արտաքին արարողու Թի՝ զնոսին զձեռնադրեալսն ձեռնադրեալ Հոգւով ընդ աղօթից բան այնմ. աշխատեալն իմն ազօթս. օծ-ցին զնա Հոգւով յանուն ան.] կայ խոստումն շնորհայ. որ ևս առաքելական և անսխալական գործ խորհրդոյս. բան այս նմա: Յարուսցէ զնա Տէր. և եթէ մեղս ինչ իցէ գործ նոյ. Թողցի նմա.] կայ և խոստումն սպասման առողջու Թեան հիւանդին. որ ի յերկրացա-

Եւ դարձեալ ձեռնադրին զքահա-նայսն. որպէս ասէ Յզ. եւս զնոսին զձեռնադրեալսն Հոգւով

ևս

Et 1. Timoth. 4. *Noli negligere gratiã, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyterij:* vbi illud, *per prophetiam*, nõ significat, nisi causam impellẽtem, ac si diceret: propter reuelationem, mihi factam, vt te Episcopum ordinarem. Nec deest diuinum mandatum, & institutio, Act. 13. *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. tunc ieiunantes, & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos.* Item Act. 20. *In quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos.* Et Ephes. 4. *Ipse dedit quosdam quidem Apostolos, alios verò Euangelistas, alios autẽ Pastores, & Doctores.*

Septimò denique de Matrimonio, habetur in primis ipsum Sacramenti nomen expressum, Ephes. 5. *Relinquet homo patrẽ, & matrem suã, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est.* habetur ritus externus, nẽpè contractus inter virum, & fœminã, de quo loquebatur modò Apostolus. habetur institutio diuina, Matth. 19. *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* habetur tandem promissio gratiæ, vt colligitur ex eo, quòd coniunctio viri, & fœminæ apud Christianos, significat coniũctionem Christi cum Ecclesia, vt sæpè testatur Paulus, præsertim loco cit. dicens: *Sacramentum hoc magnũ est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia:* sed Christus coniunctus est cum Ecclesia non solùm per vnionẽ substantialem in nostra natura; sed etiam per caritatem, & gratiam sanctifi-

ctificantem, vt ibidē Apostolus admonet: *Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret.* igitur, vt Matrimonium Christianorum hanc vtramque Christi cum Ecclesia vnionē significet, importare debet Coniugibus non solùm vnionem carnalem, qualis etiam inter Gentiles reperitur; verùm etiam vnionem spiritualem, ex gratia, & sancta caritate prouenientem. Quod insuper ex verbis illis, 1. Timoth. 2. non obscurè colligitur: *Saluabitur* mulier *per filiorum generationem, si permanserit in fide*, viro nempè seruanda, *& dilectione, & sanctificatione, cum sobrietate*; tanquàm videlicet in quatuor bonis Coniugij Christiani, in ipsa Matrimonij celebratione per gratiam specialem acceptis.

Hic igitur est, & non alius, Sacramentorum numerus septenarius: quem præterea ostendimus cum D. Thoma, 3. par. quæst. 65. art. 1. per similitudinem vitę spiritualis ad corporalem huiusmodi argumento: Ad vitam hominum corporalē perficiendam septem quædam desiderantur: quinque ex parte singulorū hominum, duo ex parte totius communitatis. Ex parte singulorum, tria quidem per se requiruntur; generatio, per quam homo incipiat viuere; augmentatio, qua perducatur ad virtutem, & robur; nutritio, qua vita conseruetur, & virtus: duo autem per accidens, vt scilicet remoueantur vitæ impedimenta, nempè

pè

կեանք ընդ մարմնաւոր կենաց: Քան զի և Ն՚ն իրք խնդրին ի կատարելոյ զնարմնաւորս կեանս մարդկան. յր. հինգ՚ի կոչմանէ ի-բաքանչիւր մարդ. և երկու՚ի կոչմանէ բոլոր հասարակութեան ազգի: Եւ ի հոգեկանսն՚ի կոչմանէ ի-բաքանչիւրոյ՝ երիք խնդրին ըստ խոչեան. յր. Ծնունդ, որով մարդ անանի կեալ. սնունդ, որով հասարակի և կատարեալ զօրութիւն. և որ դարման, որով կենանքն և զօրութիւն պա հին: և երկու խնդրին ըստ պատահմանն, ոմանք ի բաց բարձին հիւանդութիւնք եթէ պատահեցին. և մերայն ին բք ժողովի՛ի ի հիւանդութիւն, որով շահին ի կնոսին առաջութիւն. և քահ կութիւն ի ծնողոցդ հիւանդութիւն, որով մարդ՝ի ակարութիւն կատարեալ առաջնոյ: Իսկ՝ի կոչմանէ հասարակութիւն երկու՚ին խնդրին. յր. ամուսնութիւն՝ ունչ առն և կնոջ, որով մարմնաւոր կենանքն մարդկան բազմանայ. և իշխանութիւն դասից պատին, որով՝ոյն կենանքն առաջնոյ դէ և կատարեսցի:

Ըստ սմին գաղափարին՝ առ՚ի կատարելոյ զհոգևոր կենանն մարդկան խնդրին երկու՚ին խորհուրդքն եկն զկնոջ. որք՝անախտացել և մինչ ի ըստ ոչնչայնիւ հասանելոյն: Քանզի՛ի կոչմանէ ի-բաքանչիւրոյ մարդոյ՝ հինգ խորհուրդք խնդրին. երիք ըստ խոչեան. յր. մկրտութիւն վասն ծննդեանն, որով մարդ անանի հոգեպարտ կեալ և ծնանի սկզբնական արդարութիւն. ըստ այսմ՝ի ոչ ասան յետին պղծեն, եձեան սա ապաշխարին միութեամբ ծնեալ ծնանին:] դիոշիս, որ՝ի հաստատութիւն, վասն որ մեռանին, որով պարգևի հոգին սբ. և հա-

pè ægritudines, ſi acciderint; & hęc ſunt, remedium contra morbos, quo ſanitas reſtituatur; & remedium cõtra reliquias morbi, quo perfectè homo conualeſcat. Ex parte verò totius Communitatis requirũtur duo, Cõiugium inter virum, & fœminam, quo vita corporalis hominum propagetur; & Optimatum auctoritas, ac poteſtas, quo illa regatur, & ordinetur.

Eodem igitur modo, ad vitam hominum ſpiritualem perficiẽdam, quæ conformitatem aliquam habet ad vitam corporalem, alia ſeptem, videlicet Eccleſiæ Sacramenta, quæ ſupradictis reſpondeant, conuenienter attribuuntur; ex parte quidem ſingulorum hominum tria per ſe requiſita, Baptiſmus, loco generationis, quo primùm incipit homo ſpiritualiter viuere, ac generatur per iuſtitiam originalem, iuxta illud, Tit. 3. *per lauacrum regenerationis:* Confirmatio, loco augmentationis, qua datur Spiritus ſanctus ad robur, iuxta illud Lucæ vlt. *Sedete in Ciuitate, quoadusque induamini Virtute ex alto:* & Euchariſtia, loco nutritionis, qua vita ſpiritualis alitur, ac nutritur, iuxta illud Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis Vitam in Vobis.* duo verò per accidens, Pœnitentia, pro remedio contra morbos, qua ſanamur à peccatis, ſi contingant, iuxta illud, Pſal. 40. *Sana animam meam, quia peccaui tibi:* & Extrema vnctio, pro remedio contra reliquias morbi, quę

hominem paratum reddit ad æternæ vitæ perfectionem, remouendo peccatorum reliquias, iuxta illud, Iacobi 5. *Alleuabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Deniq; ex parte Communitatis ponuntur reliqua duo; nimirùm loco Connubij, vt officij naturæ, idem, vt Sacramẽtum, quo homines, ad Dei cultum deſtinandi, propagantur; & loco ſecularis poteſtatis, Ordo, ſeu poteſtas ſpiritualis, qua vita iſtorum ſpiritualiter regitur, & ordinatur,

ՀԿ 26 հոգեւոր զօրութիւնն. զսա այնմ որ ի զկնաւ յետուն գիշին. զաստուած ի քա զարեխ մինչ և զինուցուք զօրութի ի բարձանց:] և հաղորդութիւնն միւ խանակ անդեանան, որով հոգեորին ան և զօրութիւն պահին և տնուցա նին, ըստ այնմ. որ ի չհւ միւցիւդ զբ լինս. եթէ ոչ հերիւրիք զմարմնին որդւոց մարդոյ, և արբիք զարիւնն ոչ ունիք կեանս յանձինս:] Եւ. երկու խնդրին ըստ պատահման. չգի. տարաշխարհու թիւն միւխանակ բժշկութիւն հիւանդ ՀԿ 27 դութեան. որով բժշկիմք ի մեղաց, եթէ հանդիպիցին. ըստ այնմ որ ի. Յա. ոյնն. բժշկեա զանձն քո, զի ես մեղայ քեզ:] և միւրիցն օծումն փոխանակ բժշ կութիւն ի ծայրագոյնն հիւանդութիւն. որ բառնայ ի մարդոյ զհատագոյնս մեղաց. և ազքատացանէ զնա ամենեւին հոգեորապէս. առյով նմա զզօրութիւն ընդ դէմ սատանայի. և պատրաստելով զնա ի կեանս յաւիտենից. ըստ այնմ որ ասէ պաւղոս. յայտնացէ զնա ամէն. և եթէ մեղս ինչ իցէ գործեալ. թողեալ նմա:] Բայց ի կոչմանէ հաստատութեան պիտոյանան այլ երկու խորհուրդքն. չգի. փոխանակ քահանայ գործոյն ամենուստեւէն գնել պաշտ. ըստ որում ոչ խորհուրդ. որով բազ մանան մարդիկ առ ի բաւեպաշտանել զնա: և փոխանակ աշխարհական իշխանութեան դնի կարգ քահանայութեան. որ է հոգեոր իշխանութիւն, որով կենաց մարդկան հոգեորապէս առաջնորդի և կառաւարի:

REFELLITVR
Primus, & Secundus error Vartani Circa Sacramenta.

§. III.

EX dictis colligitur, nimiùm quantùm errare Vartanum, dum ſeptem Sacramentorum ſubſtantias pro ſuo arbitratu decernit.

Errat enim primò, cùm dicit: *Tertium Sacramentum eſt benedictio Vnguenti, quod Latini Chriſma vocãt.* quibus verbis aſſerit, tunc confici Chriſ-

ՈՒՂՂԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ ԲԱՆԱՐԿՈՒ ԹԻՒՆ.

ԻՆ առաջին և երկրորդ մոլորութիւնս վարդանայ իմն ոչ խորհրդոցն:

ԳԼՈՒԽ. Գ:

Հերետիկոսութիւնն հնուեւ. Ո՛ր չորս մոլորեցուսէ վարդանն ու սուցանելով զզօրութիւն երկուց խորհրդոցն ըստ կարծեացն նորա:

Հասեալ մոլորութեանս: Երրորդ խորհուրդն է մեռոն օրհնելն. զոր գրեալ կէ գրաչի ասելն:] Որով բանիւն ասէ Ո՛ր խորհուրդն գործելին չորեքտասան

տասներ

Chrismatis Sacramentũ, cùm Chrisma ab Episcopo benedicitur; sicut accidit, cùm consecratur Eucharistia: maximè quòd alibi docuit, vnctionem Chrismatis in fronte, seu Confirmationem, non esse Sacramentum à Baptismate distinctum; sed requisitum quoddam ad ipsius Baptismi substantiam necessarium: quarè tollit nunc ab hoc Sacramento locum secundum, vt significet, Confirmationem, quæ sequitur ad Baptismũ, non esse peculiare Sacramentum. In hoc etiam errore versati sunt nonulli Græcorum, vt Gabriel Philadelphiẽsis, Nicolaus Cabasilas, & Marcus Ephesius, quos refutat Arcudius lib. 2. de Confirmatione, cap. 6. ac præterea Orientales alij, de quibus Thomas à Iesu lib 7. de Conuerf. Gent. cap. 6. *Sentiunt*, inquit, *in Oleo sancto Chrismatis esse personam Spiritus sancti, sicut est persona Christi in Eucharistia.* quod similiter sensisse videtur ipse Vartanus: nam cap. 4. de Monitis ad Armenios, ait: *Videmus oculis carneis in Eucharistia panem, & vinum: oculis autem fidei, & intellectus, Christi corpus, & sanguinem intelligimus: & in Chrismate videmus oculis oleum; fide verò Spiritum sanctum.*

At hoc esse delirium, ipsis adhuc Armenijs constat, qui propterea vocant communiter Chrismatis Sacramentum, կնիք, *signaculum*; vt ostẽdant, hoc Sacramentum non consistere in consecratione, nec in substantia Chrismatis; sed in vsu illius,

hoc est, in obsignatione frontis per illud cum debita forma. Non enim cũ vnguentum ex oleo, & balsamo mixtum benedicitur, & consecratur, tunc conficitur hoc Sacramentum; sed tunc materia præparatur, quæ ad illud conficiendum, & ad gratia Spiritus sancti designãdam sit apta. Conficitur autem, quando vnctio huius vnguenti ad Crucis formam in fronte Baptizati applicatur à Ministro competente cum debita verborum prolatione, vt loco dicetur, & constat tum ex sacris Scripturis, & SS. Patribus, in 2. §. allegatis, ex quibus habetur, hoc Sacramentum fieri, ac tribui solitum, per manus impositionem cum vnctione; tum ex traditione, ac sensu Vniuersalis Ecclesiæ, in qua nihil magis est notum, & exploratum; tum denique; quia si tunc conficeretur hoc Sacramentum, quando vnguẽtum ab Episcopo consecratur, tenerentur hæretici prædicti asserere, fieri tunc etiam in vnguento transubstantiationem, quemadmodũm cõtingit in Eucharistia; quo nihil absurdius: ac præterea nullo modo, neq; ex dispensatione Summi Põtificis, posse hoc Sacramentum cõferri à Presbyteris (vt passim confertur in Oriente), sed solùm ab Episcopis, quod ipsi tamen negant; quamuis asserant, vnguentũ à solis Episcopis consecrandum esse.

Errat Secundo Vartanus, cùm verum Pœnitentiæ Sacramentum de medio tollit, aliud non esse affirmans, nisi extremam vnctionem: quod quidem asserere, non

est

est sinæ mentis hominis: nam, quãuis dici possit hæc Vnctio complementum aliquod Pœnitentiæ; quia, presupponens totum effectum illius, superaddit præterea maiorem gratiã ad tollendum reliquias peccatorum: tamen duo hæc Sacramenta ab inuicem distingui, multifariè constat.

Primò, ex parte susciplentium: quoniam Extrema vnctio non confertur, nisi infirmis, iuxta quod testatur Iacobus: *Infirmatur quis in Vobis? inducat Presbyteros*, &c. & his dumtaxàt, cùm in extremo vitæ constituuntur: Pœnitentia verò omnibus fidelibus adultis in quolibet statu post peccatum commissum; cùm his omnibus idem dicat Apostolus: *Cõfitemini alterutrùm peccata Vestra, vt saluemini*. Maximum enim esset inconueniens, si peccator, vt Deo per Pœnitentię Sacramẽtum reconciliari posset, extremum suæ vitæ expectare deberet.

Secundò, ex diuersitate partium vtriusque Sacramenti: quia, vt infrà dicetur, materia Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis, confessio scilicet, & dolor de peccatis, iuxta illud, *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est*, &c. cùm materia Extremæ vnctionis sit vnctio ex oleo, *Vngentes eum oleo*. Item forma Pœnitentiæ est absolutio, *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; forma verò Extremę vnctionis est deprecatio, *Orent super eum, & oratio fidei saluabit infirmum*. Præterea ad Pœnitentiam requiritur, vt pars integralis, satisfactio, iniuncta pœnitenti à Confessario

rio pro reatu pœnæ temporalis, qui post peccatum, quoad cul pā remissum, supereſt exp iandus, iuxta illud, Luc. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ*; in Extrema verò vnctione nulla imponitur satisfactio; quia moribundi laboriosa opera pœnitentiæ facere nequeunt. quarè in hoc Sacramento sola Dei misericordia operatur, & ideò in eo vtimur forma deprecatoria, *Indulgeat tibi Deus*, &c. in Pœnitentia verò & Dei misericordia & iustitia; & ideò de illa dicitur: *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, Vt remittat nobis*, &c.

Tertiò, ex diuersitate effectuum: siquidem Pœnitentiæ Sacramentum habet per se, ac directè conferre primam gratiam iustificantem, qua homo, spiritualiter mortuus per peccatum actuale, resuscitatur ad vitā: sicut etiam Baptismus confert primam gratiam iustitiæ originalis, qua homo, ab originali peccato liberatus, regeneratur, & incipit spiritualiter viuere; quamobrem hæc solùm duo dicuntur Sacramēta mortuorum: at Extrema vnctio, sicut & reliqua Sacramenta, per se, ac directè ordinantur ad augmentum gratiæ conferendum; & ideò dicuntur Sacramenta viuorū; cùm per se præsupponant, suscipientem habere iam primam gratiam, & vitam spiritualem. Tum quia Extrema vnctio habet etiam pro effectu secundario, restituere infirmo salutem corporalē, si fuerit expediens: quod non habet Pœnitentiæ Sacramentum.

Quartò denique, ex diuersitate neces-

Յա 11

Յբ 12

Յգ 13

ջին օծմանն ոչ դնէ ապաշխարութիւն, և հիմանդք, որ մերձ են ի մահ, ոչ կարեն աշխատիլ ի առնելոյ զապաշխարութիւն: և ապա ի յայտ ևս չհուպ ողորմածին ոչ տեսանի գործ է. և սակս այսորիկ ձևն առնուն ա՛ղաչանաց, որով ասեմք. թէ ողորմեա՛ քեզ աստ և այլն:] եւ ի խորհուրդ ապաշխարութեանն ողորմած ինի և այլ արարածին ոչ գործ ևս. և սակս այսր՛ ինի գրեալ եղև ժամանակ. ազգ էիցէ խոստովանանն չինիցիմք զանգս մեր. հապա ընտրեսցի՛ նա և արդար առ ի քո՛ղորդ զանգս մեր:]

Ընդդ՛ զանապատնին ի կողմանէ գործոց ոչ նոյն: զի խորհուրդ ապաշխարութեանն ըստ ինքեան ունի առ զաւգին շնորհս արբայութիւն. որով մեռեալն. որ ներգործի անձամբ մեղօք մեռանել էր հոգեւորապէս. յարուցանի ի կեանս: նոյ և սիրատարին ըստ ինքեան ունի առ զառաջին շնորհս սկիզբնա կան արդարութեան. որով մարդ ի սկզբնական մեղացն ազատեալ. միւս ան գամ ծնանի և սկսանի հոգեւորապէս կենալ: եւ ապա այս երկու խորհուրդքս կոչին խորհուրդք մեռելոց: իսկ վերջին օծումն և այլ մնացեալ խորհուրդքն ըստ ինքեանց ունին առ զնա՛ շնորհս արբայութեան: զի ապա կոչին խորհուրդք կենդանեաց. զի ըստ ինքեանց ունին զառանձինն զկարգն ի շնորհս այլ և ի հոգեւոր կեանս: Եւ զի և զի վերջին օծումն ապա և ընդ ինքեան հի՛ ևանդի զկարգեսցէ՛ որ առողջու թեան. յորմէ այն յարմար իցէ առ հոգեւոր փրկու թի՛ն անդր: իսկ ապաշխարութի՛ն ոչ ընդ ինքեանց ունի զառաջադրել զգործ ս զայս:

Եւ չորրդ՛ զանապատնին ի կողմանէ հասց

necessitatis: quia Sacramentum pœnitentiæ, post peccatum commissum, est necessarium simpliciter, & necessitate medij, ad salutem; sine quo vel in re, vel in voto, nullo modo potest acquiri salus, sicut etiam sine Baptismo: quarè dicitur communiter Pœnitentia, secunda Tabula post naufragiũ, cùm Baptismus sit prima: verùm Extrema vnctio conducit quidẽ ad salutem, sed non est necessaria, nisi ad bene esse, vt illa scilicet commodiùs, ac faciliùs acquiratur. Ergo hæc duo Sacramenta inter se distincta, ac diuersa esse, multifariè constat.

Sed dicet Vartanus: Per Extremam vnctionẽ remittuntur peccata tum venialia, tum mortalia: nã de omnibus indifferenter loquitur Iacobus per illa verba: *Et si in peccatis sit, remittentur ei*. Ergo Extrema vnctio non distinguitur à Pœnitentia, cuius est proprium delere peccata. Et Cõfirmatur: nam sanitas corporalis, quam non habet inducere Pœnitentia, vt plurimùm non sequitur ex Extrema vnctione: &, si quandò sequitur, non tribuenda est vnctioni, sed orationi, vt idẽ inquit Apostolus: *Et oratio fidei saluabit infirmum*.

Respondetur; quòd proprius, ac principalis effectus Extremæ vnctionis est delere peccata quoad reliquias, hoc est, alleuare animam infirmi per quendam gratiæ vigorẽ à torpore, seu debilitate, à peccato relicta: & hunc effectum, quiex ea infallibiliter sequitur, dummodò non ponatur obex ex parte suscipiẽ-

tis

tis, explicat Iacobus, dicens: *Allenabit eum Dominus*. Sed, quia vigor ille gratiæ non poteſt cum peccati culpa conſiſtere; ideò conſequenter habet hoc Sacramentum, vt illâ, etſi mortalem, inſuper tollat, ſi inueniat: quod etiam accidit in alijs Sacramentis viuorum, ſi bona fide, & ſine fictione ſuſcipiantur: & propterea Iacobus de remiſſione peccatorum quoad culpam vltimo loco, & conditionatè loquitur, dicens: *Et ſi in peccatis ſit, remittentur ei*. Igitur hoc Sacramentum principaliter non datur contra peccata, præſertim quibus vita ſpiritualis tollitur; ſed contra illos defectus, quibus homo ſpiritualiter infirmatur, vt non habeat perfectum robur gratiæ, tum ad impetus Dæmonum propellendos, & anſietatem, qua maximè in extremo vitæ vexari ſolet; tum ad eliciendos actus, futuræ gloriæ meritorios: & ideò non datur, niſi per modum medicationis, quæ præſupponit in infirmo vitam, & ordinatur ad eius tantùm infirmitatem tollendam. Pœnitentia verò longè diſpari ritu, per modum iudicialis abſolutionis, vt diximus, à Domino inſtituta eſt principaliter contra peccata, & ad animam, culpa peccati mortuam, reſuſcitandam.

Ad Confirmationem reſpondeo, quòd ſanitas corporalis non eſt effectus primarius, ſed ſecundarius Extremæ vnctionis; quæ quidem illam efficit non ex naturali ſua proprietate, ſed ex virtute diuina, quæ cùm rationabiliter operetur, non in-

Յե 17 Ե՛լոյց: և այս գործս միշտ և անխափ բարեպաշտս էլանէ՛ ի խորհրդոյ վիճակին օծմանս. և նշանակի բանիւն յանիկ բայն, որ ասէ. յարուսցէ զնա տէր: Բայց բանդի խորհուրդս այս սբբացուցիչ ոչ կարէ կալ հանդերձ մեղաւ. սա կա այսորիկ և հեռանալի լինի. դի և թէ գանուիցէ այս խորհուրդս գմեղս ինչ մոռացեալ կամ անգիտացեալ՝ ի հոգին հիւանդին. բառնայ և զնա: և այս հանդիպի եւս՝ ի յառնուլն զայլ խորհուրդս կենդանեաց. յորժամ անկիզանէ և ուղիղ մաօք առնանին:

Յզ 18 և զիս այսր պատճառիս սբէ յակոբ՝ ի յետին առեղծ և ի էական խօսի յիգն Աստուծոյ մեղաց, առնլով. Եւ եթէ մեղս ինչ իցէ գործեալ. Աստղն նմա: Ուրեմն ապա խորհուրդ վիճակին օծմանն ըստ ինքեան և խնդալիս ոչ հասանելոյ առ՝ ի Աստուած զայն մեղս, որով բառնի հոգեւոր կենաքն. այլ միայն առ՝ ի բառնալ զպակասութիւն զայնոսիկ յորովք հոգին անկատար լինի և հիւանդանայ՝ ոչ ունելով կիսատրել զօրութիւն չնորհացն. որով կարօղ լինի յաղթել փորձութեցն Չնաւանին, և

Յէ 19 ի բաց ձգել զաղտուանութիւնս մահու վերոյիշեալ, և եղուկանել զնէրսորձութիւնս արժանի հանդերձեալ փառացն: և սակս այսորիկ առեալ լինի խորհուրդս այս ի նմանութիւն բժշկ հուի. դի գանէ խիղճ հիւանդացեալ հոգւոյ զկենացս. և բառնայ՝ ի նմանէ զպակասութիւն: Իսկ խորհուրդ ապաշխարութեն առեալ լինի ի նմանութիւն դատաստանական արձակ մանն. և ըստ ինքեան խնդալիս հաս առեալ՝ ի չէ առ՝ ի Աստուած ողորմելն և անընդհատ զմեզս. և առ՝ ի յարգանել զհոգի զմեռեալ մեղաւ:

du-

ducit ſecundarium hunc effectum, niſi expediat ad primarium, qui eſt ſanitas ſpiritualis: & ideò non ſemper ſequitur ex hoc Sacramento corporalis ſanatio: & quando ſequitur, tribuitur à Iacobo Orationi, quatenùs Oratio forma eſt huius Sacramenti: quia Vnctio hæc ad ſuos effectus ponendos ex tali forma efficaciam habet.

REFELLITVR Tertius, Quartus, & Quintus error Vartani circa Sacramenta.

§. IV.

ERrat tertiò Vartanus, cùm funus ſupra defunctos vocat ſeptimum Eccleſiæ Sacramentũ: quod nulli vnquàm venire in mentem poterit, niſi mentis impoti furioſo. at ipſe tum per malitiam, tum maximam per inſcitiam in hanc inſaniam ſe proiecit: per malitiam quidem; quia, cùm ab auriculari Confeſſione Sacramenti rationem tollere vellet, aliud Sacramentum in locum illius intrudere de induſtria cogitauit, ne ſuis videretur Armenijs Sacramentorum numerum ſeptenarium, adeò in Eccleſia peruulgatum, imminuere voluiſſe: per inſcitiam verò; quoniã haud alij Eccleſiaſticæ cæremoniæ Sacramenti nomen, ac vim ſtultiùs attribuere poterat, quàm funeri defunctorum. Quis enim tam inſciens ſit, vt ignoret, Sacramenta à Chriſto Domino

instituta esse, non quidem, vt animę, & sensus omnis expertibus mortuorum cadaueribus applicentur, aut in aliam vitam ad separatas animas transmittantur; sed vt solùm, tanquàm salutis auxilia, conferantur hominibus, donec sunt in hac vita viatores, & membra militantis Ecclesiæ?

Deindè, quænam erit nouo huic funeris Sacramento forma, vel materia tribuenda? thuribula ne, an luminaria? aut quæ Scriptura diuinam de eo institutionem, ac mandatum profert? certè non illa Christi respõsio, Luc. 9. *Sine, vt mortui sepeliãt mortuos suos.* Gratiæ quoque iustificantis, aut alterius doni supernaturalis Deus ab hoc funere non modò non promisit effectum, verùm etiã spem abstulit omnem, cùm per Ecclesiasticum dixit, cap. 14. *Da, & accipe, & iustifica animam tuam: ante obitum tuum operare iustitiam; quia non est apud Inferos inuenire cibum:* & per Salomonem, Eccles. 9. *Mortui nihil nouerunt amplius, nec habent vltra mercedem.*

Quapropter, etsi funere mortuis parentare, ac iusta soluere (modò id non superstitiosè, sed ritè fiat) pijssimum est, & Christianis etiam expediens institutum: vt Deus nimirùm pijs eorum animabus, si minùs ad gratiam largiendam, at ad pœnam, si qua ipsis luenda superst, relaxandam, viuorum precibus moueatur: tamen funus hoc ex septem Sacramentis vnum asserere, stultissima hæresis est, ridenda potiùs,

quàm

quàm rationibus refutanda.

Errat Quartò Vartanus, cùm ait; Cõfirmationem, seu Chrismatis vnctionem esse requisitum quoddam, ad Baptismi substantiam ita necessarium, vt sine illo Baptismus non sit perfectus, nec absolutus. Id quod docuit etiã, teste Archudio, Simeon Græcus Thessalonicensis, sic scribens: *Non erit perfectè quispiam baptizatus, qui non susceperit Vnguentum.* Qui quidem error quanquàm erat Vartanistis solùm Armenijs imputandus; à Guidone tamen Carmelita, alijsque Scriptoribus, toti eorum Nationi tribuitur: *Asserunt Armenij*, ait Guido, *Chrisma adeò esse necessarium ad verum Baptisma perficiendum; vt, nisi baptizandus ipso Chrismate vngatur, non baptizatus censeri debeat.*

Archud. de Sacram. lib. 1, cap. 13

Guido de Hæres. Verbo: Armeni.

Conuincitur autem error hic primò; quia Baptismus, & Confirmatio, seu impositio manus cum vnctione frontis ex Chrismate, sunt duo Sacramenta, inter se numero, & specie diuersa, vt ostendimus §. 2.; ergo quodlibet ipsorum secundùm se completum est in sua specie indepẽdenter ab altero; ac proindè neutrũ pertinere potest ad substantiale cõplementum alterius. Secundò quia Christus, auctor Sacramentorum, cùm iussit Apostolos baptizare, nõ meminit illius vnctionis, sed tantũ ablutionis cum inuocatione Trinitatis, dicens: *Baptizantes eos in nomine Patris*, &c. Similiter & Apostolus: *Mundans*, inquit, *Ecclesiam lauacro aquæ in Verbo Vitæ.* Et rursùs

sùs ait: *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis*. ergo ad baptismi substantiam non requiritur illa vnctio. Tertiò, quia in primitiua Ecclesia passim dabatur Baptismus sine hac vnctione, seu Confirmatione; vt videbimus in responsione ad tertiam obiectionē Vartani: qui, quantùm ex eius verbis colligi potest, triplici argumento hanc hæresim propugnare videtur.

Arguit primò sic: Non perfectè baptizatur, qui Spiritum sanctum non suscipit, iuxta illud: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei*: sed Spiritus sanctus tribuitur Baptizato per Chrisma, seu Confirmationem, iuxta illud: *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum*: ergo Baptisma sine Chrismate datum, non erit perfectum. Id quod etiam confirmare videtur Gregorius Dattieuēsis in tract. de Sacr. cap. de Confirmatione; vbi dicit: *Spiritus sanctus tribuitur in Baptismo per Chrisma*.

Respondeo, non solū per Chrisma, seu Confirmationem, verùm etiam per Baptisma, sine Chrismatis vnctione datum, immò per quodlibet aliud Sacramentum, donari nobis vnum, & eundem Spiritum sanctum, quanquàm non eundem ad finem: nam in Baptismo datur ad regenerationem spiritualem; in Cōfirmatione ad robur, & augmentū; in Eucharistia ad nutritionem spiritus; & sic de reliquis, vti diximus §. 2. num. 24. Et ratio est, quia omnia

ի կատարումն հասանէ մեռանել: Էրկն ոչ միայն ի նմանէ սկսեալ խորհրդոց հաստատութիւն ընդ հրամայեաց առաքելոցն մկրտել զաղգս. այլ յիշեալ զդրոշմն ի մէջ մկրտութեանն. այլ միայն լուացումանն ի յանձն առեալ որբոյ երկրորդութեան. առելով. Մի՛ բաւեցէք զնա յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ:] Նմանապէս և սբ առաքն պօղոս՝ առելով. Օի զնոսա սրբեացեալ սրբութեամբ աստուածային բանիւ կենաց:] և դեռ ասէ. Հաղորդութիւնք եմք աստուածիմ միաւանդամ ձոնեալ անան:] ապաստբեանն դրոշմն ոչ պատակա ի նմա առ խորհուրդն մկրտութեան. այլ ի ոմնէ խորհուրդ, առաքելոցեալ ինքը ասէ: Էա և երդ" զի ի սկզբանն եկեղեցոյ բազում անգամ առեալ լինէր միայն մկրտութիւնն առանց դրոշմին. և յետոյ ի յայլ ժամանակի դրոշմեալ լինէր մկրտեալն. որպէս ցուցանելոց եմք ի պատասխանի առ երդ" առաքութեն վարդանայ.

Իսկ առարկէ նախ վարդանն ըստ այսմ օրինակի: Ոչ կարէ սբ կատարել լուացս մկրտիլ. եթէ ոչ առնուս զհոգին սբ, ըստ այսմ. Եթէ սբ ոչ ծնեալ ի ջրոյ և ի հոգւոյն սրբոյ. ոչ կարէ մտանել յարքայութիւն նոյ: Իսկ հոգին սբ պարգեւի ի ձեռն դրոշմին, ըստ այսմ. Յարեան եդին ձեռս իմ ի նոսա. և առնուին հոգին սբ: ապա ուրեմն մկրտութիւն, որ լինի առանց դրոշմին. ոչ է կատարեալ մկրտութիւն: Էա. ըստ նոյն հաստատեալ առաքելոցին ի գլխոն ոմ յղգս դրոշմին, ասելով. Զոր ձեռն դրոշմին առեալ լինի ի մկրտութենէն հոգին սբ:

Պատասխան. Եթէ ոչ միայն ի ձեռն դրոշմին. այլ և ի ձեռն մկրտութենէ կամ այլոց սբ խորհրդոցն առեալ լինի մեզ

մի

nia Sacramenta habent per ſe conferre diuinam gratiam, per quam communicatur nobis Spiritus ſãctus: & hoc maximè præ reliquis Sacramentis habet ipſum Baptiſma, in quo tribuitur nobis prima gratia iuſtitiæ originalis, quæ regenerat, & ſanctificat hominem ab omni peccato, præſertim originali: vndè Apoſtolus, Tit. 3. vocat hoc Sacramentum, *Lauacrum regenerationis*. Quòd ſi Spiritus ſanctus datur in Confirmatione, ſolùm ad hoc, vt Baptizatus accipiat augmentum gratiæ, ac robur ad profitendam fidẽ; quantò magis dari debuit in ipſo Baptiſmate, vt homo, qui erat per peccatum originale ſpiritualiter mortuus, regeneraretur ad vitam, ſuſcipiendo primam gratiam, & habitum ipſius fidei; fieretque filius Dei, & membrum Chriſti? Ac miror equidem, cur id Vartanus neſcierit, quod luculenter eius adhuc Eccleſia profitetur præcipiens Presbytero in Rituali, vt in Baptiſmo, immediatè poſt ablutionem, ac formæ prolationem, & antequàm Chriſmate inungat, atq; confirmet, dicat ſic: *Chriſti ſanguine redemptus, & à peccati ſubiectione liberatus es, in filium Patris Cæleſtis adoptatus, cohæres Chriſti factus, & templum Spiritus ſancti.* Si ergo Baptizatus à peccati ſubiectione liberatus eſt, ac templum Spiritus ſancti factus, antequàm Chriſmate conſignetur; quomodò Baptiſma ſecundùm ſe, ac ſine Chriſmatis vnctione acceptum, non habeat conferre Spiritum ſanctum, neque ſit ratum, ſeu

Jf 12

Jg 13

Jh 14

perfectum Sacramentum?

Cæterùm, quòd in S. Scriptura dictum sit, fideles accepisse Spiritũ sanctum in Confirmatione; id quidem dictum non fuit, eo quòd in Baptismo, & in alijs etiam Sacramẽtis non acciperetur Spiritus sanctus; sed quia initio nascentis Ecclesiæ dabatur in Confirmatione augmentũ, ac robur illud gratiæ Spiritus sancti visibilibus signis, nempè sub specie ignis, & cum dono linguarum; quod tunc, vt fides magis confirmari, ac propagari posset, erat expediens: cùm tamen in alijs Sacramẽtis daretur Spiritus Sanctus modo inuisibili.

Arguit secundò: Communiter dicitur, quòd Confirmatio complet, ac perficit Baptizatum; ergo Baptisma, sine Confirmatione collatum, non erit perfectum, neque completum.

Respondeo, quòd aliud est dicere, hominem illũ, qui per Baptisma duntaxàt regeneratus est, non esse spiritualiter omni ex parte perfectum, sed adhuc egere robore, quo armetur per Chrisma ad pręliandum pro fide: in quo quidem sensu intelligitur, cùm dicimus, Baptizatum perfici, & compleri per Confirmationem: & aliud est, ipsum Baptisma non esse in sua ratione perfectũ, neque completum Sacramentum sine Chrismate, quod omninò est falsum; cùm sic habeat totum id, quod ad esse suum perfectum requiritur, & sit perfectissima hominis, per peccatum mortui, regeneratio spiritualis,

15

16

17

դանից չէ, և ասէաց սէբ հոգւոյն։]
ասէր՝ եթէ սկզբանէ, յոտաչ քան զդէս
չհին մեռանել, ազատեցաւէ ի դառա
յութէ մեղաց, և նոքա ասէաց հոգւ
ոյն սրբոյ. զի՞նդ անխելաբար ասեն.
եթէ ի սկզբան Քէս ոչ առեալ լինէր հո
գին սէբ, եթէ ոչ հաճեաց դպշհին, և եթէ
սկզբան ի կաս առեալ ի դպշ
հէն՝ ոչ է կատարեալ և աշմարիտ խոս
հուդ։

Բայց ասեմք, զոր ասեն. եթէ ի զոր
ծառաբելոցն գրեալ է. եթէ հաճ
ացեալքն առնուին զհոգին սուրբ ի
հետն դպշհին. այլ յորժամ առաքե
ցէք դնէին զձեռս ի վերայ նոցա և
դ պշհէին զնոսա պատասխանի եթէ այդ
պէսի գրեալ՝ ոչ եթէ միայն զոր ցանկա
լոյ. եթէ դպշհի միայնով պարգեւէր
հոգին սէբ, և ոչ էս ի հետն սկզբան
քէս և այլոց խորհրդոցն։ այլ գրեալ
այդպէս միայն զի ի սկզբանն հնչէղ
ցոյն ի հետն խորհրդոյս հաստատու
թեան. այլ. դպշհին ինքանէր չէ զոր
հոգւոյն սէբոյ իսկ հաճ առաքելոյնքն
և ունէն երբեմն զհոգւոյն լինել. և բա
ւէր պարգեւեն լինել այդ. որ յայնժամ
էր հարկաւոր որ միս բարզուքեալ հաճ
ացէ։ բայց ի սկզբան քէս և ի յայլ
խորհուրդսն ոչ ինքանէր հոգին սէբ նոր
եաւէս ի մարդկայինս հոգիսն, այլ
անհրն պիտաբար։

Երկիր առաւելէ։ զի դպշհին այն
խորհուրդ հաստատութէ. միս զի հա
ստատէ և կատարէ զմկրտանքն, այլ
ուրեմն սկզբան քէս, որ տուեալ լինի
առանց դպշհին, է՛ խորհուրդ անհրա
ժեշտ և անկատար։

Պատասխ. եթէ այլ է ասելն եթէ
մարդն, որ է մեռեալ ծնեալ հոգւով
պէս ի հետն տան սկզբան քէս, ոչ է

յայլ

lis. Nam, ſicut corporalis natiuitas hominis in ſuo genere perfecta, & completa eſt; etiamſi natus homo puer, accipiat deindè robur, & augmentum per perfectam ætatem: ita etiam Baptiſma, per quod homo ſpiritualiter naſcitur, in ſuo genere perfectum, & completum quid eſt; etiamſi, qui ſpiritualiter naſcitur, cõpleatur deindè per Chriſma, & perueniat ad perfectum gratiæ robur.

Arguit tertiò: In Eccleſijs Orietalibus nunquàm fuit ſolitum conferri Baptiſma ſine Cõfirmatione: igitur ſignum eſt, quòd hæc ad illud ſit neceſſaria: ac proindè, ſi ab illo ſepararetur, vnum perfectum Sacramentum in duas partes diuideretur.

Reſpondeo; ex eo, quòd in Orietali Eccleſia conferri ſemper ſoleat Confirmatio immediatè poſt Baptiſmum, non ſequi, pertinere illam ad Baptiſmi ſubſtantiam, & non eſſe diſtinctum Sacramẽtum. Nam etiam ſemper ibidẽ immediatè poſt Baptiſmum, & Confirmationem tribuitur Euchariſtia; nec proindè affirmabit Vartanus, Euchariſtiam non eſſe diſtinctum Sacramentum, ſed circumſtantiam, Baptiſmo, & Confirmationi neceſſariam. Adde, quòd in primitiua Eccleſia paſſim dabatur Baptiſmus ſine Confirmatione, quæ ad aliud tempus differebatur. Et Chriſtus in primis baptizauit Apoſtolos, ſeu potiùs Petrum, Apoſtolorum Caput, qui deindè cæteros baptizauit, vt hiſtorici, & ſancti Patres communiter tradunt; & tamen tam Chriſtus, quàm Petrus

non

non ſtatim Confirmationem Baptizatis contulerunt; ſed omnes Apoſtoli hanc ſuſceperunt in die Pentecoſtes. Præterea in Act. capite 8. Philippus Diaconus Baptizauit Eunuchum, quem tamen Chriſmate non confirmauit, neque confirmare poterat, cùm eſſet ſolùm Diaconus. Idem Philippus ibidem legitur multos in Samaria baptizaſſe, qui deindè ab Apoſtolis Confirmationis Sacramentum ſuſceperunt. Itē cap. 9. Ananias baptizauit Paulum, quem chriſmare certè non potuit; nam erat Laicus: quarè illa manuum eius impoſitio ſuper Paulum, quæ Baptiſmum præceſſerat, non fuit, nec eſſe poterat ad illum confirmandum, ſed tantùm ad viſum illi reſtituendum.

Igitur Baptiſmum à Confirmatione, ſeu Chriſmatis vnctione ſeparare, non eſt ipſum Baptiſma in duo diuidere, aut imperfectum relinquere, vt putauit Vartanus; qui etiam fallitur in eo, quod aſſerit, Latinos, cùm baptizant, non ſolitos vngere Chriſmate Baptizatos: nam non ſolùm hanc vnctionem iſti faciunt, cū baptizant adultos; quibus tria ſimul Sacramenta conferunt, iuxta morē Orientalium, primùm Baptiſma, deinde Confirmationem, poſtremò Euchariſtiam: verùm etiam, cùm baptizant infantes; quibus licèt nō conferant, niſi ſolùm Baptiſma; tamen inungunt eos Chriſmate duntaxàt in vertice, quòd faciunt ad ſolennitatem, non neceſſitatem Baptiſmi, maximè cùm differant ad

aliud

ՀԱՀ

21

Եհէ. ապա և հաղորդուէին, որ և առեալ լինէր վաղվաղակի յետ դրոշմին և մկրտուէին, ոչ էր խորհուրդ զառեալ ի նոցունց. որ է սուտ: Եւս և զի ի սկզբան Եկեղեցւոյն բազում անգամ առեալ եղև մկրտուէին զա առաքեալ ի դրոշմէն, զոր առաւած էին առ այլ ժամանակ: Եւ այս յայտ է, քանզի ըն մկրտեալ զառաքեալն. Յի. Նախ պահեցոյս զլուխ առաքելոյն, որ յետոյ զայլսն մկրտեաց. որպէս զրեն պատմիչք ոմանք: այլ սակայն ոչ ըն, և ոչ պէտ էր զի վաղվաղակի մկրտելոյն զհաստատուէին խորհուրդքն այլ ոչ առաքեալքն հաստատեցեալն ի յաւուրսն պենտեկոստէի: Եւ դրեալ ի ներբինեն. և ոչ դրոշմեաց զնա. այլ և ոչ կարէր զնա դրոշմել. զի էր մի ազն սարկաւագ: Եւ դրեալ նոյն ի ներ լինելոյս մկրտեաց զբազում մարդիկս ի քաղաքն սամարիա. որք յետոյ ընդ հայրան զհաստատուէին խորհուրդքս ի յառաքելոյն: Եւ դրեալ անանիան մկրտեաց զպօղոսն. և ոչ կարաց դրոշմել զնա. զի էր նոքա՛ն աշխարհական մարդ. և դնելն նորա զձեռս իւր ի պօղոսն՝ ոչ եղև առ ի դրոշմել զնա. այլ առ ի տալոյ նմա զառաքելն ա չեաց. զի այս եղև յառաջ քան զմկրտուէին:

Որպէս ապա որ բաժանէն զմկրտուէին ի դրոշմէն, ոչ հաստատէն ըզ խորհուրդն մկրտուէին ի յեկեղեցւոյ, և ոչ անկատար առնէն զմկրտուէին. որպէս ազանդէր վարդանն: ուղիղ և նա սուտ ասաց, յորժամ ասաց. Եէ գրանքէ ի մկրտելն ոչ օծանէին զմկրտեալսն մեռոնաւ: քանզի դրեալ, յորժամ մկրտէն զմարդ. որ ի կատա-

բեալ

aliud tempus Confirmationis Sacramentum, ſeu frontis Chriſmationē, ab Epiſcopo faciendam; quæ cùm non ſit de neceſſitate ſalutis, ſed detur ad robur gratiæ conferendum pro fide propugnanda, ideò ab illis nō adminiſtratur paruulis, niſi cùm vſu rationis prædití ſunt, quando & fidem profiteri, & pro ea certare poſſunt.

Errat denique quintò Vartanus ſaltem in modo loquendi, niſi fortè etiam in rei ſubſtantia, cùm dicit: *Secūdum Sacramētum eſt Miſſæ Sacrificium*. Siquidem, præter ordinē, quem peruertit, collocando tertiū hoc Sacramentum in loco ſecundi, eius quoque ſubſtantiam non apertè declarat; quia vocari hoc debet, non Miſſæ Sacrificium, ſed Euchariſtia, corporis ſcilicet, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti. nam hæc non ſolùm eſt Sacramentum, quatenùs in Sacrificio conficitur, & offertur Deo Patri; verùm etiam quatenùs eſt res permanens, & adhuc extra Sacrificium ſumitur. Quarè in hoc inſuper differt Euchariſtiæ Sacramētum ab alijs; quòd alia Sacramenta ſunt res tranſeuntes, & conficiuntur in ipſo eorum vſu, ſeu applicatione: Euchariſtia verò eſt Sacramentum permanens, & ante ipſius vſum conficitur. confert autem, vt reliqua Sacramenta, ſuos effectus dignè ſumentibus, cùm vel in ipſo Sacrificio, vel extra illud ſuſcipitur.

REFELLITVR Error dicentium, Sacramenta nouæ Legis non conferre gratiam.

§. V.

HOs, præter alios, esse Armenios, refert Guido Carmelita his verbis: *Armeni ab omnibus Sacramentis Virtutem conferendi gratiam tollunt.* Et Alphonsus à Castro: *Negant*, inquit, *Armenij, Vllum Sacramentum gratiam conferre suscipienti, quantumlibet ad illius susceptionem præparet animam suam.* Idem reliqui affirmant Scriptores, qui de erroribus Armeniorum loquuntur. Sed, tametsi contingere fortè potuit, vt olim ex ore Armenorum nonnullorum, qui fuerint harum rerum imperiti, dogma illud exciderit; ego tamen oppositam Communitatis sententiam compertam habeo ex eorum non solùm verbis, verùm etiam Ecclesiasticis libris.

Et quidè de Baptismo, quòd gratiam conferat, fatetur Armena Ecclesia, primò in Symbolo, dicens: *Confitemur Vnum Baptisma in remissionem peccatorũ.* Secundò in Liturgia, vbi sic orat: *Domine Deus noster, qui Vocasti nos nomine Vnigeniti tui in Christianos, & dedisti nobis Baptisma in remissionem peccatorum.* Tertiò denique, vt libros alios prætéream, in Rituali, vbi Ministrum instruens de ritu Baptismi, ait: *Ter immergat infantem in aquam, sepeliens peccatum antiquitatis:* hoc est, ori-

Guido Car. lib. de hæresibus; verbo, Armeni.

Alphonsus à Castro, lib. 13. aduersùs hæres. tit. Sacramenta.

ա
1

ե
2

ը
3

originale, quod certè ſine gratia tolli non poteſt. & poſt verborum formulam neceſſariam, in ipſa immerſione prolatam, præcipit, vt hæc alia ſubdantur verba: *Chriſti ſanguine redemptus, & à peccati ſubiectione liberatus es; in filiũ Patris Cæleſtis adoptatus, cohæres Chriſti factus, & Templum Spiritus ſancti.* His quidem confeſſionibus nihil ad rem clariùs deſiderari poteſt. Quarè, cùm Ioannes, Armenus Epiſcopus, apud Armacanum, libro 8. cap. 11. multis rationibus oſtendere conabatur, Baptiſmum non conferre gratiam paruulis, ſed tantùm adultis, qui credunt; id eum feciſſe, dicendum eſt, & colligitur etiam ex contextu ſermonis, non vt errorem confirmaret, ſed vt dubia quædam reſoluenda proponeret.

De Confirmatione hoc ipſum eadem Eccleſia ſentire experitur in eodem Rituali; dùm Oblatũ, poſt Baptiſma ſuſceptum, ſacro Chriſmate conſignans primùm in fronte, ac deinde in alijs membris, & ſenſibus (vt ſuo loco explicabitur), aſſerit, ſe illi dare *Sigillum donorum cæleſtium, Vnctionem ſanctitatis, Cauſam bonorum operum, Confirmationem puri cordis, Renouationem animæ, Scutum munitionis*, &c. Hęc enim omnia quid aliud ſignificant, niſi gratiam diuinam ad robur?

De Euchariſtia idé pluries apertè fatetur in Liturgia, præcipuè cũ Sacerdos ante Communionem dicit: *Pater ſancte*, &c. *fac nos dignè ſuſcipere hoc Sacramentum in remiſ-*

ſionem peccatorum; & mitte ſuper nos gratiam ſancti Spiritus tui, &c. Eià ergo, Pater benigniſſime, fac nos eius gratiæ eſſe participes, quam Apoſtoli in Cœna Veſpertina conſecuti ſunt: ſicut Dominus noſter Ieſus Chriſtus promiſit, dicens: Qui manducat meã carnem, & bibit meum ſanguinem, habet Vitam æternam. Et rurſùs infrà: Gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte Rex, qui me de indigno dignũ facis ſuſcipere ſanctum corpus, & sãguinem tuum: & nunc precor te, Vt non ſit mihi hoc in iudicium, ſed in expiationem, & remiſſionem peccatorum, in ſalutem animæ, & corporis, & in exequutionem omnium operum ſanctarum Virtutum; Vt ſanctificet hoc animam, & corpus meum, & faciat me templum, & habitaculum ſanctiſſimæ Trinitatis. Vndè etiam conſtat, à vero ſimiliter abeſſe, quòd idem Guido Carmelita, alijque ex ipſo Auctores, de Armenis ſubijciunt, dicentes: Negant, Verum Chriſti corpus realiter in Sacramento Euchariſtiæ ſub panis, & ſanguinem ſub Vim ſpeciebus contineri: aſſerunt etiam, hunc ſacratiſſimum cibum non prodeſſe quicquàm, nec etiam obeſſe.

De Pœnitentia, quin gratiam conferat, nunquàm Armenij dubitarunt: ſiquidem eorum Sacerdotes, dum hoc Sacramentum pœnitentibus in Confeſſione miniſtrant, inter alia verba dicunt: *Abſoluo te à peccatis*, &c. Sciunt enim, mortalia ſaltem peccata ſine gratia iuſtificante deleri non poſſe.

De Ordine idem omninò dicendum

ե. 7

Եւ դարձեալ յիշդս սրբոյ հաղորդու-
թեանն ինչպէս յայտնապէս խնդրեմեցու-
ցանէ՛ի մէջ պատարագին: զի ասէ
անդ այսպէս: Հայր սո. եւ այլն: սո
ժամն սուրբ ընդունել զսոյն խորհուրդս
զայս մեզ՛ի մեղաց Թողու-Թէ: տալ
ևորհնա՛ի մեզ զինարհս հոգւոյդ սրբոյ
որով՛ի սէ առաքեալսն. որք ճշմարիտ
կեան, և մաքրեցան. եւ այլն: որով խոս
տացաւ. և ասաց ասէն մեր յս քս. Ով
ամենայն ոմանք զմարմին իմ կերեցէք ա-
Եւ կեաց դարձեալ: Էր ահռելաւոյ ըղ
բէն սրբոյ Թզոյ. որ այժմանէ ապաշխր
զիս զանարժանս հաղորդել սբ մարմ
նոյ և արեանն քոյ: և այժմ աղաչեմ
զքեզ. մի լինի սա ինձ՛ի դատաստան
ասո-Թէ. այլ՛ի քաւու-Թէ և՛ի Թողու-
Թէ մեղաց. յաւուրդո-Թէ հոգւոյ և
մարմնոյ. և՛ի կատարած-ին ամենայն
ձոց առաքինու-Թեց. որով զի սրբեցեալ
ամ զանա-նչս իմս և զհոգի և զմարմին իմ
և արասցէ զիս տաճար և բնակարան
ամենասէր երրորդու-Թեն:] Եւ՛ի բա
նից այսոցիկ յայտ լինի և սա մեզ
սա-ս զրպարտու-Թիւն որով ասեն, Թէ
հայք ոչ հաւատան գոլ՛ի սբ հաղոր
դու-Թեն ճշմարիտ մարմնին և արիւնն
քե. և Թէ ասեն զայն սբ կերակուրն
ոչ օգտել ճաշակողացն:

Եւ դարձեալ յիշդս տարաշխարհու-Թեն
Թէ պարտիւ ընդունի զիս. ոչինչ տա-
րակուսու-Թիւ եղե՛ երբեք մեզ հայոց:
բայցի միայ բահանայիցն յորմէ որում
Են զայս խորհուրդս ապաշխ
զիանու-Թեն. ասեն: Հաշտեմ զքեզ
՛ի մեղաց. և այլն: և գիտեն, զի առ
անց արբայութեան չկարողացեալ ոչ կարէ
մարդ՛ի մեղաց արձակիլ:

Եւ դարձեալ յիշդս կարգի քհնայու-Թեն
նոյն ասելն է: զի հայոց հայրապետան

ձեռն

dum eſt. nam, vt vidimus in 1. par. cap. 11. num. 16. & ſequent., Armenus Epiſcopus per manuum impoſitionem tribuit Oblato Spiritum ſanctum, qui in eum certè non venit, niſi per ſuam gratiam. inquit enim in Ordinatione Subdiaconi: *Spira in eum Domine ſanctum Spiritum tuum.* Et in Ordinatione Diaconi apertè meminit gratiæ Sãctificantis, dicens: *Per gratiam Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Vocamus N. Subdiaconum in ordinẽ Diaconij: quapropter deprecemur hominum amatorem Deum, Vt cum ſplendore præfulgere faciat hunc donis ſanctitatis ſuæ.* Et infrà: *Extende inuiſibilem dexteram tuam, & benedic eum, Vt dignus ſit Vocari ad miniſterium Eccleſiæ ſanctæ, & accipere gratiam ad ſimilitudinem dilectorum tuorum; qui eam affluenter largiris fidelibus tuis iuxta ordinẽ Vniuſcuiuſque.* Et rursùs infrà: *O diuina, & cœleſtis gratia, quæ ſemper adimples indigentiam Eccleſiæ Apoſtolicæ, Voca N. è Subdiaconatu ad officium Diaconij.* Ac denique in Ordinatione Presbyteri: *Da*, inquit, *gratiam huic famulo tuo, Vt Ordinẽ Presbyteratus per hanc Vocationem, & manus impoſitionem ſuſcipiat; digneque Spiritum ſanctum tuum, & regiminis donum accipere mereatur per gratiam Domini, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti*, &c.

De Matrimonio, quòd Coniugibus gratiam conferat, innuere videntur Armenij per ea præcipuè verba, quæ Sacerdos, dum nuptias bene-

benedicit, ſic legit in Rituali: *Benedic Domine iſtorum Coniugium benedictione perpetua; & concede, vt per hanc gratiam iſti Fidem, Spem, & Caritatem cuſtodiant: dona eis mētem ſobriam, cogitationes pias*, &c. *Sanctum conſerua iſtorum cubile, vt omni ex parte roborati, in tuo beneplacito perſeuerent*, &c. Deindè Coronas imponens eorum capitibus, dicit: *Benedic Domine, & ſanctifica horum ſeruorum tuorum Coniugium: tu enim eos ad benedictionem hanc tuā perduxiſti, & poſuiſti in capitibus eorum coronam de lapide pretioſo*, &c. Et infrà: *Non enim prohibuiſti nuptias; ſed ſanctificaſti eas, & ſacerdotaliter benedixiſti, atque Veraciſſimo tuo Verbo confirmaſti, dicens: quod Deus coniunxit, homo non ſeparet*, &c. Idem enim eſt dicere, Deum ſanctificare Nuptias, ac largiri Nuptis gratiam ſanctificantem.

De Extrema denique vnctione apertiſſimè hoc fatentur, ac probant etiam ex illo Iacobi: *Et, ſi in peccatis ſit, remittentur ei*. Immò tàtùm efficaciæ huic Sacramento tribuunt; vt Vartanus, quemadmodùm dictum eſt, vim etiam Sacramenti Pœnitentiæ in illo conſtituere minimè dubitarit.

Immeritò itaque Armenijs error iſte tribuitur: tamen vt, ſi qui ſint apud eos, in quorum mentibus hæreat, reſipiſcant; & vt cognita veritas clariùs alijs eluceſcat; aliqua hic ad illum improbandum dicenda ſunt.

Et primò quidem ex ſacris Scriptu-

ptu-

ենեան բանիցն, զոր ընդ Ամենասուն քահանայիչն խոստանայ՝ եգերան մաշտոցին. յորժամ օրհնէ զհարսանեսն՝ ասելով. Օրհնեա տէր զամուսնութիւն սորա անապականս օրհնութեամբ: շնորհեա՛ սորա ենեսն շնորհիս այսպիսի պահել զհամբառս, զորս, և զերկիր տուր սորա միաս զգաստս, զխորհուրդս բարեպաշտս, և այլն: տես որ պահեա զդաստիարակին սորա. զի յամենայնի զօրացեալք՝ ի հաճոյս քո կացցեն. և այլն:] Եւ ապա դնելով ի գլուխս նոցա զպսակն՝ դարձեալ ասէ: Օրհնեա տէր. և սրբեա զամուսնութիւն ծառայիցս քո. զի դու ժամանակաւ դիր զսա օրհնութեամբ քոմ. և եղեր ի զուարթութիւն սորա պսակ՝ ի քարէ սրատոհանի:] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ: Զի՞ ի քէ խոստացեալ զամուսնութիւն. այլ սրբեցեր. և քահանայապէս օրհնեցեր. և հաստատեցեր անսուտ բանիւք քո. Եթէ զոր ած զուգեաց, ոք մի՛ մեհեսցէ. և այլն:] Հաւատ՝ այսքով հայէ. Եթէ ած սրբէ զամուսնութիւն. յայտնապէս ասեն. Եթէ առաջ ամուսնացելոցն զնորհս սրբութեան ինչ ած սէ խորհրդապես պատիճն:

Եւ դարձեալ յաղագս վերջին օծմանն՝ յայսմ՝ ասա հայս. Եթէ պատճառ է զղջութեան այդ և զդրութեան պատարագիս Եթէ հի՛ մանգամ՝ ի հոգևվարսն օրն: և զոյս մանաւանդ ցուցանեն՝ ի բանիցն որ յայդ ասացելոցն յակոբոսէ:

Ասելիս ապա անկարաւ տալ բան սխալանս ունանք զհայս. իբր Եթէ կամ ծեսացն զնորհութիւն եկեղեցւոյ ոչ բնթել՝ ի մեզ զած այնու շնորհս տալ ցուցեալ: Բայց մեք՝ առ՝ի յայսմանապէս ծանուցուածն բանիս այսպիսի. և որպէս զի յառաւել հաստատեցի՝ ի միտս

ընդս

նոցայ ձգնիցատ-ԵՀա ի նոցանէ ընկալեալ. զբուռն արկանելոյ ցոյցանել զիւրա
յՀ 16 հնձոն այլոց վկայ-ԹԵց :

Եւ նախ՝ վկայու-ԹԵ սբ գրոյն հա
մաառաքեալ ի յերկիրդ՝ պրակլիա. Թէ ամ խորհուրդքն նոր օրինաց նէր
ընդ-առնին զհնձոյն խոստումն. որով
ասե խոստացեալ պարգեւել մեզ հնձո
ն նոցայ գձնորհսն իւր սրբացուցիչ
ոյզ առհասարակ էզև ի սբ Հոգւոյն
գլօրինեալ և տէրընԹոյ :

Եւ՞ որով և զնոյն ցոյցանելոյ այժմ
հնձոն պատճառաւ: Եա առաջին պա
տճառ. զոր առբերէ սբն Թովմաս
ապացոյցն, է այս : Քանզի հնձոն յՀ
խորհուրդս այսոցիկ մեզ միաւորի ընդ 17
քն . և լինի անդամ նորա . ըստ այմ
զոր ասէ պօղոս վն սիրաստուԹԵն ի
գլուխ եկեղ՝ գլխոյ . Որք միանգամ
ի քն սիրատեցարուք; զքն զգեցեալ էք:]
Հետ ոչ կարէ մարդ զգենուլ զքն, եԹէ
ոչ հնձոն սբբացուցիչ շնորհաց : ա
պա ուրեմն առ սբ խորհուրդքն զայս
շնորհս ի մեզ բերին :

Եկեղ՝ ցոյցանի : զի խորհուրդ
զ նոր օրինացս ևն օգտակար և զօրա
գոյն քան զհնորհուրդս հնոն օրինացն.
ըստ այմ զոր ասաց պօղոս բազում յՀ
անգամ. մանաւանդ ի յերբայեցեացն 18
եկեղ՝ գլխն . Եէ սրհամարհուԹի լի
նի առաջին պատուիրանին վն նորին
սկզբուԹեն և անշահուԹեն. զի ոչ
ինչ կատարեաց գործեցին օրէնքն,
և մեռա սղնուականա յուսոյն , որով
մերձենամք առ ած :] Հետ խորհուր
դք հնոն օրինացն ասեին սկզբ և
անշահ. զի ոչ բերէին ի հոգի զնորհս
արդարացուցիչ . վասն որոյ և զ
սէս ասէնայն առաքեալն ի յիւնէբդ՝
և ասանելդ՝ գլուխն , ոչ էին կարող

զնոյ

pturis probatum iam fuit §. 2. omnia nouæ legis Sacramenta annexam habere ex diuina institutione gratiæ iustificatis promissionem, & de facto hanc gratiam dignè suscipientibus ipsa, conferre; vt definitum est in Concilijs Florentino, & Tridentino.

Probatur hoc idem præterea rationibus. Prima ratio, quam affert D. Thomas in 3. parte, quæst. 62. art. 1. est: Per hæc Sacramenta homo Christo concorporatur, & fit eius membrum; sicut de Baptismo inquit Apostolus, Gal 3. *Quicunq; in Christo baptizati estis, Christum induistis:* Sed non potest hoc fieri, nisi per gratiam: ergo Sacramenta conferunt gratiam.

Probatur secundò: Sacramenta nouæ Legis sunt efficaciora, & vtiliora Sacramētis veteris Legis; quòd sæpè inculcat Apostolus, præsertim ad Hebræos 7. *Reprobatio fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem; nihil enim ad perfectum adduxit Lex: introductio verò melioris spei, per quam approximamus ad Deum:* Sed vetera Sacramenta dicebātur inutilia, & imperfecta, quia non conferebant animæ gratiam iustificantem; quapropter, vt idem inquit Apostolus, Hebr. 9. & 10., non poterant accedentes perfectos facere, nec auferre peccata, & emundare conscientiam; sed solùm inquinatos corporaliter sanctificabant ad emundationem carnis: Igitur noua Sacramenta, vt dici possint perfectiora, & vtiliora

vete-

veteribus, debent animam per gratiam iustificantem sanctificare, idq; ex opere operato: nam ex opere operantis, per actum scilicet charitatis, contritionis, &c. etiam vetera id efficere poterant.

Et confirmatur: nam hac de causa vetus lex dicitur, Rom. 8. *Lex peccati, & mortis:* noua verò dicitur ibidem, *Lex spiritus vitæ*; & cap. 6. *Lex gratiæ, & iustitiæ.* Siquidem hæc alligauit suis Sacramentis promissionem gratiæ, & sanctitatis spiritualis; illa verò carnalis tantùm emundationis: idcircò Paulus, Heb. 8. *Nunc autem*, inquit, *melius sortitus est ministerium, quantò & melioris Testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.*

Probatur tertiò: Hæc Sacramẽta suam habent virtutem ex passione Christi, cuius meritum nobis per illorum susceptionem præcipuè applicatur; vt docent communiter sancti Patres, qui propterea dicunt, Sacramenta fluxisse de latere Christi perfosso: quod etiam innuit Cõcilium Adanense Armenum, cùm asserit in Decreto, quod sanguis, & aqua, quæ de Christi latere profluxerunt in signum Baptismi, & Eucharistiæ, *eandem cum Spiritu sancto purificãtem vim, & operationem sibi vendicant.* Sed passio Christi est causa nostræ iustificationis: ergo & Sacramenta, per quæ nobis illa passio applicatur, eiusdem iustificationis sunt instrumenta; ac proindè gratiam conferunt, per quam iustificamur.

Et

Յի. 19

ի

20

ից

21

Et confirmatur: Nam Vartanus ipſe cap. 6. de Monitis: *Chriſtianiſmus*, inquit, *in ſeptem Sacramentis Eccleſiæ nititur*: ſed per Chriſtianiſmũ iuſtificamur, iuxta illud 1. Cor. 6. *Sed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti*: ergo per Sacramenta.

Probatur vltimò: Credimus omnes cum Armenijs, quòd nullus homo, ſed ſolus Deus, noſtra Sacramẽta inſtituere potuit. Quarè hoc? niſi quia ſolus Deus gratiam dare poteſt, quæ per Sacramenta tribuitur.

SACRAMENTA Nouæ Legis gratiam conferre,

PROBATVR

Ex priſcis Patribus, quos Armeni ſuſcipiunt.

§. VI.

Dionyſius Areopagita, de Eccleſ. Hierarch. cap. 3. par. 1. de Baptiſmo ſic ait: *Sacrum deniq; regenerationis Sacramentum, quod primi luminis conſortium tradit, omniumque diuinarum illuſtrationum principium eſt, ex ipſo effectu, ipſo Veriſſimo illud illuminationis cognomine prædicamus.*

De Confirmatione, ibidem, cap. 4. par. 2. *Sed & illi, qui ſacratiſſimo regenerationis Myſterio conſecratur, aduentu ſancti Spiritus conſummans, inunctio largitur Vnguenti.*

De Euchariſtia, ibidem, capite 3. par. 3. *Gratiarum actio ab alijs di-*

citur; Vt quæ omnia, diuinitùs in nos emanantia, ſacra dona contineat. Et infrà: Subſtantiam quidem noſtram, atque Vitam ad boni ſiſtit effigiem, & primitiuis illis Venuſtatibus diuinam in nobis ſpeciem format, diuiniorique habitus, & celſioris intelligentiæ participes efficit.

De Ordine, ibidem, cap. 5. par. 3. Pontificalis impoſitio manus iſs, qui ad ſacrorum Ordinum promouentur officia, inſinuat protectionem Dei, ipſis habitum, Virtutemque ſacratiorem largientem, aduerſariaſque Virtutes ab eis procul abigentē; &c. docet itidem, ſacras omnes, conſūmanteſque actiones quaſi ſub Deo eos, qui ſacris Ordinibus mancipantur, efficere perfectos.

De Pœnitentia, in ep. 8. ad Demophilum: Tu Verò, Vt tuæ litteræ indicant, procidentem Sacerdotì impium, Vt ais, atque peccatorem, neſcio, quo pacto contra diſciplinæ ordinem adſtās, calce abieciſti, ac repuliſti; cùm ille quidem Verecundè (quod oportuit) fateretur, ſe ad peccatorū quærenda remedia Veniſſe. Neque exhorruiſti inſuper & Sacerdotem optimum lacerare conuicijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitentem, atque impium iuſtificaſſet.

De omnibus denique Sacramentis, in Eccl. Hier. cap. 3. par. 1. Vnaquæq; Sacramentalis inſtitutio id agit, Vt noſtras Vitas, in plura diuiſas, in Vnicum illum ſtatum, quo Deo iungimur, colligat; diuiduorumque noſtrorum diuina collectione nobis eius, quod Verè Vnum eſt, ſocietatem, Vnitatēque indiuiduam largiatur. Et infrà: Etſi enim alijs quoque Sacerdotalibus

Sa-

Sacramentis commune eſt, ijs, qui perficiuntur, ſacri luminis conſortium dare: iſtud tamen (nempè Baptiſma) in primis mihi videndi præſtitit munus, ipſiusque principali maximè lumine ad alia inſpicienda Sacramenta lucis gratiam cepi.

Tertullianus in lib. de Reſurrectione carnis, de tribus primis Sacramentis loquens, & primò de Baptiſmo, inquit: *Caro abluitur, vt anima emaculetur.* tum de Confirmatione: *Caro vngitur, vt anima conſecretur; caro ſignatur, vt anima muniatur; caro manus impoſitione adumbratur, vt anima Spiritu illuminetur.* poſtremò de Euchariſtia: *Caro corpore Chriſti veſcitur, vt anima de Deo ſagimetur.*

De Ordine, in lib. de Exhortatione ad caſtitatem, cap. 6. *Differentiam inter Ordinem, & plebem conſtituit Eccleſiæ authoritas, & honor per Ordinis conſeſſum ſanctificatus à Deo.*

De Pœnitentia, in libro de eadem, cap. 4. *Pœnitentiam tu peccator ita inuade, ita amplexare, vt naufragus alicuius tabulæ fidem. Hæc te peccatorum fluctibus merſum perleuabit, & in portum diuinæ clementiæ protelabit.*

De Matrimonio, in lib. 2. ad Vxorem: *Vndè ſufficiam ad fœlicitatem eius Matrimonij enarrandam, quod Eccleſia conciliat, & cõfirmat Oblatio, & obſignatum Angeli renunciãt, & Pater ratò habet.*

Cyprianus, Serm. de ablutione pedum, ſic loquitur de Baptiſmo: *Eccleſia Fontem continet gratiæ ſin-*

gularis, &c. de abscondito, & secretissimo Spiritus sancti munere huius gratiæ liquor emanat, sic lauans, quos parentalis labes infecerat, vt nec actualis, nec originalis maculæ aliqua sui post ablutionem illam vestigia derelinquat.

De Confirmatione, in Epist. 73. ad Iubaianum: *Qui in Ecclesia baptizãtur, Præpositis Ecclesiæ offerantur; & per orationem, & manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consummentur.* Et iterùm in epist. 70. *Vngi quoque necesse est eum, qui baptizatus sit; vt accepto Chrismate, id est, vnctione, esse vnctus Dei, & habere Christi gratiam possit.*

De Eucharistia, in Serm. de Oratione Dominica: *Dicit ergo, in æternum viuere, si quis ederit de eius pane: vt manifestum sit, eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communionis accipiunt; &c. ideò panem nostrum, id est, Christum, dari nobis quotidiè petimus; vt qui in Christo manemus, & viuimus, à sanctificatione eius, & corpore non recedamus.*

De Ordine, in Sermone de Operibus Cardinalibus Christi: *Semel sãctificatis nulla deinceps manus, iterũ consecrans, præsumit accedere: nemo sacros Ordines, semel datos, iterùm renouat.*

De Pœnitentia, in Sermone 5. de Lapsis: *Confiteantur singuli, quæso, fratres, delictum suum; dum adhuc, qui deliquit, in sæculo est; dum admitti confessio eius potest; dum satisfactio,*

&

ե՛ ի նամ ահանգիստ ած-այնի գործ
ած եղէ:

Եւ դրէ՛ ի յերկրորդ գիրս յիշդս ասելս
նոյնիւ. ասէ զ՚ս պատկին: Ոչ բաւ ա
կանատամ պատուիլ աղբատութեան
այնր պատկին. զոր ընկալեալ առնէ. և
և պատառ բաց հատատէ. և զհատատա
ւեալն հրէշտակքն աւետեան, և հայր
ած ընդունի:

Այր ինարիանոս ի գիրս յիշդս լու
գասեան ասէ զ՚ս մկրտութեան:
Ընկալեալն առնէ զաւազան չարչարա
ած-այ: և ի դաժ-կնալ պարգեւ-այ
հոգւոյն սրբոյ չարչարս այս բաղխէ.
զր լուանայ զպղտոռեալս սխալմ
նախասահմանեալ զ-ծին. սիրէ զի չեա լու-այ
տանէն ոչ ինչ ճոռ նշան ներգործա
նան կամ սկզբնական մեղաց:

Եւ դրէ՛ ի Եռուսղէն. Գլ. քդ՚ առ յա
քայանոս ասէ զ՚ս դրոշմին. Երբ մկան
գամ յ՚ընկալեալ սկրտեցեան. առ առաջ
դարձս ընկալեցուց մատչին. զի ի չնոն
աղօթից և ձեռնադրութեան տայր զիս
գին ած ընկալչին, և անբռնաւորան
նկրով կատարեսցին:] Եւ ի Յուղ
Ան. Գ. Երդ՚ դրէ՛ ասէ. Պատրաստ ած
ած-անել զնա. որ սկրտեցեալն. ոչ զի
առեալ զդրոշին կարասցէ լինել ած-ե
ան այ. և առնել զչնորհս ին:

Եւ դրէ՛ ի Հատն յիշդս հայրապետին ա
ած զ՚ս հաղորդութեան: Քրս ասէ՝ նէ
ալ յաւուս այն որ ուսանիցէ զհացն Տա
րա: յորմէ յայտ լինի. Ոչ Տարա նէ
նան, որ զհաղորդութեան ծառայեսցին
Նորա առնուցուն: առնա այսպիսի հանա
պազ ներգործեալ. զի ասացէ մեղ զհացն
մեր. այլ զքն. զի որպէս ի քն ծառայէ
և նէ առ. Նոյնպէս և ի յորդութեան
և ի մարդասիրութեան մի՛ հեռասցուչ:

Եւ դրէ՛ ի Հատն յիշդս գործ չի

ասէ

[illegible] կատարն քահանայութեան: եւ
Ղազիկ, որք մի անգամ ձեռնադրու- Ղբ
թիւ սրբեցան. յայնմ հետէ ոչ այլ ձեռ 12
ն չիւս անգամ սրբարարօղ իշխէ մատ
նել: զի ոչ ոք չիւս անգամ նորոգել
կամ սահմանեաց, որ մի անգամ առեալ
ալ եղեն:

Եւ դարձեալ հինգերորդ" հառն յիշեա
նակելոց՝ ի մեզս ասէ մի ապաշխարու-
թիւն: Եւ բարձանցէք ոչ խոստովան
եղիցի զմեզս ձեր, միոյ դեռ յաշխատ
հս ասած կենայ. միոյ դեռ նորա խոս
տովանութիւն կարէ ընդունակ լի Ղգ
նել միոյ դեռ վճարութիւն ձեր և ա 13
զատ քահանայից՝ առ սուրբ արժանի
ընծայուց է:

Եւ դարձեալ հառն յիշեա ընդ թեաց սու
ասէ վա՛ մարդ խորհրդոցն: Ոչ կա
րէն ոք խորհուրդքն գոլ առանց զո
րութեան: և ոչինչ կերպիւ հեռանայ
ուժ՝ ի տգիտանալ: Ետուկ յորժամ առ նոյն
խորհուրդսն մատուն անարժանք. ոչ
կարեն հաղորդ լինել հոգւոյն սրբոյ.
զի նոցա անհաւատութիւն կամ անար
ժանութիւն հակառակ է այնպիսւոյ սր
բութեան:] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ: Ղդ
քահանայ առաքեալ մեր, օգնական՝ ի սո 14
վորական գործոց եղեալ. յայտնապէս
ասաց, Թէ երբեմն խորհուրդքն նոր
ընդունին պղտոր յանձին կենալ:

Եւ յետ սմբռանիոյս՝ ի յիշեալսն պիտ
ոյ, որ յիշեա ապաշխարութիւն, խոսի
վա՛ մեղաւորի, և ասէ: Հանդիսաւոր
քն չկարեն եւ ըստ կամաց մերոց մեղս
դարձ՝ ի մեզս: Ետուկ որ եղեալ ան
հաւատ. այն այսոր չկարել հաւատալ.
մեզ պատճառելով զայնքան չարեաց:
Եւ՝ ի. Հր. Ամենայնի առ եղիսատ պար
ծանալ ասէ: Երբեմն եաշ էր մարդասի
րութիւն Թէ: Ետուկ պղտորեալ

ի

& remiſſio facta per Sacerdotes, apud Dominum grata eſt.

De omnibus ſimul Sacramentis, in Serm. de Cœna Domini: *Sacramẽta quidem, quantùm in ſe eſt, ſine propria eſſe Virtute non poſſunt; nec vllo modo Diuina ſe abſentat Maieſtas Myſterijs: ſed quamuis ab indignis ſe ſumi, vel contingi Sacramenta permittant; non poſſunt tamen Spiritus eſſe participes, quorum infidelitas, vel indignitas tantæ ſanctitudini contradicit.* Et iterùm in eodem Sermone: *Ex conſueto rerum effectu, fidei noſtræ adiuta infirmitas, ſenſibili argumento edocta eſt, Viſibilibus Sacramentis ineſſe Vitæ æternæ effectum.*

Ambroſius lib. 2. de Pœniten. cap. 2. loquens de Baptiſmo: *Impoſſibile videbatur*, inquit, *vt peccatum ablueret aqua, &c. ſed quod impoſſibile erat, Deus fecit poſſibile eſſe, qui tantam nobis donauit gratiam.* Item in epiſt. 72. ad Irenæum: *Signum, Circumciſio corporalis; Veritas, Circumciſio ſpiritualis: illa membrum amputat, iſta peccatum.*

De Confirmatione, in lib. 1. de Spiritu ſancto: *Sicut in Chriſto morimur, vt renaſcamur; ita etiam Spiritu ſignamur, vt ſplendorem, atque imaginem eius, & gratiam tenere poſſimus: quod eſt vtique ſpiritale ſignaculum. nam, etſi ſpecie ſignamur in corpore; Virtute tamen in corde ſignamur, vt Spiritus ſanctus exprimat in nobis imaginis cæleſtis effigiem.*

De Euchariſtia, in lib. 5. de Sacramentis, cap. 4. *Qui vulnus habet,*

me-

medicinam requirit: Vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est cœleste, ac Venerabile Sacramentum Eucharistiæ. Item Serm. de ijs, qui Mysterijs initiantur, cap. 8. *Iste esca, quam accipis, iste panis Viuus, qui descendit de Cœlo, Vitæ æternæ substantiam subministrat.* Ղ 15

De Ordine, in lib. de dignitate Sacerdotali, cap. 5. *Homo imponit manum, Deus largitur gratiam.*

De Pœnitentia, in lib. 2. de eadē, cap. 6. *Si vis iustificari, fatere delictum tuum: soluit enim criminum nexus Verecunda confessio peccatorum.* Ղ 16

De Matrimonio, in epist. 70. ad Vigilium: *Cum Coniugium Velamine Sacerdotali, & benedictione sanctificari oporteat; quomodò potest Coniugium dici, Vbi non est fidei concordia?* Et lib. 1. de Abraham, cap. 7. loquens de eo, qui alterius nuptam ducit in vxorem: *Qui sic egerit, inquit, peccat in Deum, cuius legem Violat, gratiam soluit: & ideò, quia in Deum peccat, Sacramenti cœlestis amittit consortium.*

De Extrema vnctione, in Missali de Benedictione olei ad vngendū infirmos: *Deus &c. infunde sanctificationem tuam huic oleo, Vt ab ijs, quæ Vnxerit membra, fugatis insidijs aduersariæ potestatis, susceptione præsentis olei, sancti Spiritus gratia salutaris debilitatem expellat, & plenam conferat sospitatem, in nomine Domini nostri Iesu Christi.* Ղ 17

De omnibus denique Sacramentis, in libro 1. de ijsdem, cap. 4. *Diuiniora sunt Sacramenta Christianorum*

rum, quàm Iudæorum: &, Vt de Baptiſmo interim loquamur: qui trāſierunt per mare Iudæi, mortui ſunt omnes in deſerto: cæterùm, qui per hūc Fontem tranſit, tranſit à terrenis ad cæleſtia, à peccatis ad Viram, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad ſanctificationem.

Euſebius Emiſſenus, in Serm. de Pentecoſte, inquit de Baptiſmo, & Confirmatione: *Ergo Spiritus ſānctus, qui ſuper aquas Baptiſmi ſalutifero deſcendit illapſu, in Fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum præſtat ad gratiam.* Et in Sabbato poſt primā Dominicam Quadrageſimæ, de omnibus ait Sacramentis: *Non enim Sacramenta Eccleſiæ, ſicut Sacramenta Synagogæ, medicinam tātùm docent, & oſtendunt; ſed ipſa potiùs ſunt medicina, & remiſſio peccatorum.*

Auguſtinus, Tract. 80. in Ioannem, de Baptiſmo: *Vndè*, inquit, *tanta Virtus aquæ, Vt corpus tāgat, & cor abluat?* Et infrà: *Mundatio nequaquàm fluxo, & labili tribueretur elemento, niſi adderetur in Verbo.*

De Confirmatione, in lib. 15. de Trinitate, cap. 26. *Vnxit eum Deus Spiritu ſancto, non Vtique oleo Viſibili, ſed dono gratiæ, quod Viſibili ſignificatur Vnguento, quo baptizatos Vngit Eccleſia.* Item lib. 2. contra litteras Petiliani, cap. 104. *In hoc Vnguento Sacramentum Chriſmatis Vult interpretari; quod quidem in genere Viſibilium ſignaculorum ſacrosā-*

ctum

ctum eſt, ſicut & ipſe Baptiſmus.

De Euchariſtia in Pſal. 33. *Acceſſerunt Iudæi ad Chriſtum, vt eum crucifigerent: nos ad Deum accedamus, vt corpus, & ſanguinem eius accipiamus. illi de Crucifixo tenebrati ſunt: nos manducando Crucifixum, & bibendo, illuminamur.*

De Pœnitentia, in lib. 2. de adulterinis Coniugijs: *Si à Catechumeno factum eſt homicidium, Baptiſmate abluitur: ſi à Baptizato, Pœnitentiâ, & reconciliatione ſanatur.* Et libro 2. de Viſitatione infirmorum, cap. 4. *Ergo ad te venire roges Sacerdotem, & fac ipſum conſcientiarum tuarum penitus participem*, &c. *alioquin illud, Confitemini alterutrùm peccata veſtra, quomodò compleretur? ergo cicatricum tuarum arbiter, Dei vice, dominus adhibeatur Presbyter; & reuela ei vias tuas; & ipſe tibi exhibebit antidotum reconciliationis.*

De Ordine, in libr. 2. contra Parmenianum, cap. 11. *Spiritus ſanctus per Eccleſiæ Præpoſitum operatur ad eorum regenerationem, vel ædificationem, qui per eum conſecrantur.* Ac ſubdit cap. 13. *Vtrumque Sacramẽtum eſt* (nempè Baptiſmus, & Ordo), *& quadam conſecratione homini datur, illud cùm baptizatur, iſtud cùm ordinatur; ideoque in Catholica Eccleſia vtrumque non licet iterari.*

De Matrimonio, in libro de Bono Coniugali, cap. 18. *In noſtratum nuptijs plùs valet ſanctitas Sacramẽti, quàm fœcunditas vteri.* Et capite 24. *Bonum nuptiarum per omnes gentes, & omnes homines in cauſa gene-*

ne-

յաւէտ ելապոյն չտարհաց:

Եւ դարձեալ ի Սաղմոսին յղիս շարաթաս ու յետ առաքին կիրակէի աղուհացից, ասէ վա ամ խարհրդոյն: Խորհրդոյն էն եկեղեցւոյ ոչ միայն ցուցանին զբէ ժըղկութիւն. որպէ խորհուրդքն հրէից. այլ և առաւել ևս ընդեանք են բժշկութիւն և մեղաց թողութիւն:

Աբէն օգոստինոս ի Ե. երդ" Հաւն ևիք յոհաննու՝ ասէ վա սիրատէ: Դուստ և այսպան զօրու ի ջուր. զի մերձենայ ի մաքրին. և լուանայ ըզ հոգի:

Եւ դարձեալ ի Յե. երդ" գնաց որ յղիս երթուդութեան. ի իզ. երդ" գլխա՝ ասէ վա դրոշմի: Հօդ գնաց ամ հոգու ապրով. այլ պարգև օր չտարհաց. որ չհանաւկի երթելի երդին, որով եկնդեցի օծանէ ըզ սիրատեալս:] Եւ դարձեալ ի յեղկրդ" գնաց որ ընդ դէմ պետրեհանոսի ասէ: Հայ սու երդով լինի դրոշմի խորհուրդն. որ ևսկ այլոց երևելի խորհրդոյն է սքրազան. որպէս և է ինքն սիրատու թին.

Եւ դարձեալ ի մեկնու թի. լդ. երդ" սգիմ սնս ասէ վա հաղորդու թեն: Համառ ան հրեայքն առ քս. զի խաչեցան գնաւ: ևսկ մեք մատնցաք առ ամ. զի զմարմին և զարիւն նորա ձաշակեմ ցուք: Նորա՝ ի խաչելոյն խաւարեցան: ևսկ մեք ձաշակելով կիսաչեցաք՝ լուսաւորիմք:

Եւ դարձեալ ի յեղկրդ" գնաց, որ յղիս սր ունկանան ասուանու թեն, ասէ վա ան ապաշխարու թեն: Եր է անսիրտ սէս գործ եցէ զմարդասպանու թեն. սիրատու թէ լուացեալ լինի: Իսկ մեր առնեն՝ ապաշխարու թէ և հաշտու թէ:] Եւ յեղկրդ" գնաց որ յղիս այցն

լու-

[illegible] nerandi est, & in fide castitatis: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate Sacramenti.

De Extrema vnctione, in Tractatu de Rectitudine Catholicæ conuersationis: *Qui ægrotat, in sola Dei misericordia confidat, & Eucharistiam cum fide, & deuotione accipiat; oleũque benedictum ab Ecclesia petat, Vndè corpus suum vngatur; & secundùm Apostolum, Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus; non solùm corporis, sed & animæ sanitatem accipiet.*

De omnibus denique Sacramentis, in Psal. 73. *Sacramenta non sunt eadẽ: promissa non eadem: quia alia sunt Sacramenta dantia salutem, alia promittentia Saluatorem: Sacramenta noui Testamenti dant salutem; Sacramenta Veteris Testamenti promittunt Saluatorem.* Et in Epist. 19. ad Hieron. *Cur non dicam, præcepta illa Veterum Sacramentorum nec bona esse, quia eis non iustificantur homines? Vmbræ enim sunt, prænunciãtes gratiam, qua iustificamur.* Item libro 19. contra Faustum, cap. 13. *Alia Sacramenta sunt instituta, Virtute maiora, Vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquàm iustitia fidei reuelata.*

Chrysostomus, homil. 40. in Genes. de Baptismo loquens: *Baptismatis*, inquit, *gratia medicinam habet citra dolorem, & innumera bona nobis adfert, & Spiritus sancti gratiâ nos implet.*

De Confirmatione, in cap. 8. Act. Apost. *Hic Philippus vnus erat ex*

ſeptem Diaconis, ſecundus à Stephano: ideò & baptizans, Spiritum ſanctum non dabat: neque enim facultatem habebat: hoc enim donum ſolorũ Apoſtolorum erat. 27

De Euchariſtia, in homil. 45. in Ioann. *Hic ſanguis facit, Vt imago in nobis regia floreat: hic ſanguis pulchritudinem, atque nobilitatem animæ, quam ſemper irrigat, & nutrit, langueſcere non ſinit: hic noſtrarum animarum ſalus eſt: hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur.*

De Pœnitentia, in homilia 20. in Geneſ. *Qui hæc facit, ſi Voluerit ad confeſſionem facinorum feſtinare, & medico oſtendere Vlcus, qui curet, & non exprobret; atque ab illo remedium accipere, & ſoli ei loqui, nullo alio cõſcio, & omnia dicere cum diligentia: facilè ſua peccata emendabit. Confeſſio enim præteritorum eſt abolitio peccatorum.* 28

De Ordine, in lib. 3. de Sacerdotio: *Sacerdotium in terra peragitur, ſed in rerum cæleſtium claſſem, ordinemque referendum eſt.* Et infrà: *Tum probè intelliget, quanto Sacerdotes honore, quanta dignitate, Spiritus ſancti gratia dignata fuerit.* 29

De Matrimonio, in homil. 20. in Epiſt. ad Epheſ. *Matrimonium reuerà Myſterium eſt, & magnum Myſterium: relicto eo, qui genuit, eo qui aluit, etiam ea, quæ peperit, quæ miſerè, & cum labore parturiuit, adhærere Virum illi, quæ anteà neque Viſa eſt, atque hanc omnibus præferre, Verè Myſterium eſt.* Intellige, quod talem afferat gratiam, per quam

հաւատով և ընդունանդուխնամբ առցէ. և ինդրնայէ յիմիզեցուցոյ զօրհ նեալ ձէնն. որով օծցին մարմինն իւր. և ըստ առքին՝ աղօթէն հաւատովք սիրեհայէ զաշխատեալն. և յարուսոյէ զնա առէր: և ոչ միայն զմարմինոյ. այլ և զհոգւոյ առողջուխիւն առնուցու:]

Եւ դրէ՛ի մէկնուխի. հզ. Երդ" սրտի սին ասէ զա՝ ամ խորհրդոցն: [Ասոր հաւրդէն հին օրինացն և նոր օրինացն ինչ նման են: զի այլ են խորհուրդք, որ ասան զիրկուխի. և այլ որ խոստացան զիրկինչն. խորհուրդքն հոգւոյ օրն նացն ասան զիրկուխի. նոկ խորհուրդքն հին օրինացն խոստանային զիր կինչն:] Եւ՛ի. ՃՔ. Երդ" Ծուղէնաս ձէրնախնամս դրէ ասէ: Օնարդ՝ ոչ սխալեմք. Ոկ պատուիրանքն հին խորհրդոցն ոչ են բաւն. զի՝ տքօք ոչ ար դարանան մարդիկ. այլ են պատուիրք, որ նշանակեն զչարդրա, որով այժմ ար դարանամք:]

Սիքն ասկէբերան՛ի. Ճ. Երդ" նոր բոլնանն նիմ ծնանդոց՝ ասէ զա՝ մի աուխէ: Շնորհք մկրատուխեն ունի զիմ չկուխի առանց ցաւոց. և բազ մոխիւ բարես մեզ առքնէ. և ընդ զմեզ շնորհօք հոգւոյն սրբոյ:]

Եւ դրէ՛ի մէկնուխի ասՈՒերդ" զիմոյ գործոցն ասէ զա՝ գործոցն: ուշ յս միհիմ սրս սի ոմն էր՛ի յեւեթնից սարկաւագաց. Երկրդ" յետ ատեփանոսի: սակս այսորիկ՝ յորմամ մկրտէր. ոչ տայր զհոգին սէ. զի ոչ առնէր զայս հիմնադնուխիս, որ միայն էր պատգամաւքեցն:

Եւ դրէ՛ի. Ճև. Երդ" Հերբաղեանն՛ի վերհին ասէ զա՝ հաղորդուխեն: ուշ յս արիւնս առնէ. զի ծագիներն՛ի մեզ

արբայա

quam hæc facilè fieri poſſint.

De Extrema vnctione, in lib. 3. de Sacerdotio: *Sacerdotes non ſolùm, cùm nos regenerant, ſed poſteà habẽt poteſtatem indulgendi peccata: infirmatur quis in vobis, inquit Apoſtolus, accerſat Presbyteros Eccleſiæ, & orẽt ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum.*

Cyrillus Alexandrinus, in libro de recta fide ad Theodoſium, de Baptiſmo ſic ait: *Illuſtrem illam ſacri Baptiſmatis gratiam, quæque ipſi cohæret, Viuificationem, & Dei participationem, per ſanctificationem in Spiritu, per Ieſum Chriſtum nobis obtingere, inficiari non poſſumus.*

De Confirmatione, in Commentario vltimi capitis Iſaiæ: *Signati ſumus Spiritu redemptionis, & omnium cordibus impreſſus, & formatus eſt Chriſtus participatione Spiritus ſancti.*

De Euchariſtia, in lib. 4. aduersùs Neſtorium, cap. 5. *Si carnem ſanctã, & ſanguinem Chriſti participemus, omninò Viuificamur, manente in nobis Verbo, diuinè quidem per Spiritũ ſanctum, humanè verò per carnem illam ſanctã, & pretioſum ſanguinẽ.*

De Pœnitentia, in lib. 12. in Ioan. cap. 56. *Qua ratione diuinæ naturæ dignitatẽ, ac poteſtatem diſcipulis ſuis Saluator largitus eſt? quia certè abſurdũ non eſt, peccata remitti poſſe ab illis, qui Spiritum ſanctũ in ſeipſis habeant. nam, cùm ipſi remittunt, aut detinent, Spiritus, qui habitat in ijs, per eos remittit, & detinet. Erit autem id per eos duobus, vt arbitror, modis; pri-*

mùm Baptiſmo, deindè Pœnitentia. De Ordine, in lib. 12. de adoratione in ſpiritu: *Leges igitur hæ ſanctificatis* (per Ordinis Sacramẽtum) *hominibus in ipſa functione Sacerdotij ſunt ſeruandæ.*

De Extrema vnctione, ibidẽ lib. 6. *Commemorabo diuinitùs inſpiratam Scripturam, quæ ait: Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngẽtes eum oleo; & oratio fidei ſaluabit infirmũ, & alleuabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.*

De Matrimonio, in lib. 2. in Ioan. cap. 22. *Chriſtus profectus eſt ad nuptias, non conuiuij gratia, ſed potiùs miraculi; deindè, vt natiuitatis noſtræ principium, quantùm ad carnem attinet, ſanctificaret; &c. quomodò igitur aliter depellenda hæc maledictio erat, ne condemnata nuptiarum ſanctimonia videretur, quàm Saluatoris præſentia? qui cùm ſit verum gaudium, priſcum nuptiarum mœrorem præſentia ſua depulit.* Sed ne in longum ſermo noſter nimiùm protrahatur, ex antiquis Patribus hi ſatis ſint.

QVæres: Quænam Sacramenta, præter effectum gratiæ, imprimant in anima characterem?

Reſpondetur cùm Concilio Florentino, & Tridentino; tria ſolùm Sacramenta id efficere, Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem. Eſt autẽ character iſte ſpirituale ſignaculum, in anima indelebiliter impreſſum, ſeu poteſtas quædam ſpiritualis, per quam deputatur homo

ad

պին . նախ մկրտու-Թ֊ . և ապա ա֊
պաշխարու-Թ֊ ։] ԼԿ
Եւ դ֊ն֊լ ՚ի Ա֊Բ֊կղդ֊ գիրս, որ յատկա- 36
գս եկեղեցական-Թեան հոգւով . ասէ
վասն կոչման քահանայու-Թեան ։ ՚Ի
նոյն պաշտօն քահանայու-Թեն՝ պա֊
տա՛ւ մարդկան , որ ձեռնադրու-Թ֊
խաչերդումն սրբեցան , պահել զօրէ֊
նադրու-Թիս զայսոսիկ ։]
Եւ դ֊ն֊լ ՚ի վեցերդ֊ գիրս , որ յՅՂգս
նորին , ասէ վո վերջին օծ-ման ։ Յի
շատակեցից զնա֊ աշնչեալ գիրն , որ
ասէ . հիւ֊ անդանայցէ օր ՚ի ձէնջ . կո ԼԷ
չեցէ զեկեցու-նս եկեղեցւոյ . և ա֊ 37
ռաջին խիր նորա աղօթս . օծ֊ման
գնա՛ ներով յոյնսն ա՛ն . և աղօթքն
հան֊ատաւք վերին֊ացնն զաշխատեալն
և յորուցէ զնա առէր ։ և ԼՈՀ մեզ
ինչ ներէ գործ եալ. Քազցի֊նման ։]
Եւ դ֊ն֊լ ՚ի յերկրդ֊ գիրս մկնու-Թեն
խիր յհ֊ ՚ի . ԼԲ . կրդ֊ գրէ՛ն ասէ վո
պատկեր ։ Քէն գնաց ՚ի հարսանիս՝ ոչ
Թէ վո կերակրոց . այլ վո սքան֊չելա
գործ ու-Թե ։ և ես վո սրբացու֊ցանել
յոյ զանկողն ծննդեան մերոյ ըստ մար
մնոյ . յր֊ զամուսնու-Թիւն ։ Եւ զիմաստ
պատա՛ն էր ՚ի բաց բառնալ զայն անէծ- ԼԸ
քն . ԼՈՀ ոչՆևրկայու-Թ֊ անձինն փո 38
խչին . զի մի՛ Թուէսցի պատասխան
առալ հարսանեաց սրբու-Թիւն ։ զի գո
լով փոխիչն ջուրերու ու֊խտու-Թիւն
ձամբէս ներով ՚ի բաց ապա՛ ՚ի հարսա
նեաց գիրենն այն սրտմու-Թիւն ։]
Եւ այսպէս բաւ֊ականացան յՅՂգս վկա
յու-ԹԵց սրբոց հարցն ։ որք աւ֊անդ
ցին . Թէ սբ խորհու֊րդքն զՀնսրհա նոյ
մէջ պարգևեն ։

Որ՝ հարցանես . Թէ ընդէ՞ն ինն խոր
հու֊րդքն , որ բաց ՚ի նոսխատոյ֊
ալ գործ ոյն Հնսրհայ՝ տպաւ֊որէն եւ

՚ի

ad recipiendum , vel tradendum alijs ea , quæ pertinent ad Dei cultum , Chriſtoque configuratur , & diſtinguitur ab alijs : de quo ſignaculo ait Apoſtolus , 2. Cor. 1. *Qui vnxit nos Deus, & ſignauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus noſtris* , Et ad Epheſ. 1. *In quo & credentes ſignati eſtis Spiritu promiſſionis ſãcto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ* .

Inſignitur ergo anima hoc charactere in Baptiſmo , vt per ipſum accipiat homo poteſtatem recipiendi alia Eccleſiæ Sacramenta : vndè dicitur Baptiſmus ianua omnium Sacramentorum , ſine quo nulla aliorum Sacramentorum ſuſceptio rata eſt : in Confirmatione , vt reddatur & magis idoneus ad alia Sacramenta ſuſcipienda , & etiam robuſtus in profitenda fide : in Ordine demùm , vt accipiat poteſtatem miniſtrandi alijs Sacramenta . Et quia tales poteſtates deriuãtur à Chriſto , & ſunt quædam participationes sũmi eius Sacerdotij ; ideò per hos characteres configurantur homines Chriſto ; ac proindè diſtinguuntur ab alijs , vt Baptizati ab Infidelibus , Confirmati , ac ſpiritualiter proiecti , ab ijs Fidelibus , de quibus dicitur : *Quaſi modò geniti infantes* : & Sacerdotes à Laicis .

Quòd autem hæc tria ſolùm Sacramenta , & non alia , imprimant characterem ; oſtenditur non modò ex communi ſenſu Eccleſiæ , & definitione Conciliorum Generalium ; verùm etiam ratione : Et primùm quidem à poſteriori : quia ſolùm

Ba-

Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, ſemel ritè collati, non poſſunt iterùm repeti, ſicut repeti poſſunt alia Sacramenta: cuius rei ratio alia eſſe nequit; niſi quia hæc ſolùm tria Sacramenta, ſemel data, ſemper in ſuo effectu, nempè in charactère inamiſſibili, & inuariabili, permanent; cùm reliqua gratiam tantùm producant, quæ vel amitti poteſt, vel ſaltem augeri; & ſic ad illam denuò producendam, vel ſaltem augendam, repeti poſſunt. 39

Deindè oſtenditur etiam à priori: quia in his tribus Sacramentis homo per conſecrationem deputatur nouo miniſterio, nouam accipiens poteſtatem, & quodammodò ſtatum mutans: ergo debet nouum accipere ſignaculum. Nam in Baptiſmo adſcribitur in Chriſti familiam, & accipit poteſtatē participandi alia Sacramenta, & bona Eccleſiæ: in Confirmatione adſcribitur ad militiam Chriſti, & accipit robur, vt pugnet pro fide cōtra eius aduerſarios: & in Ordine adſcribitur in numerum Præpoſitorum, & accipit poteſtatem diſtribuendi bona Domini ſui. In alijs verò Sacramentis nullam accipit homo nouam poteſtatem, nec nouo Eccleſiaſtico miniſterio, aut ſtatui deputatur: ſed vel aliter ſpiritualiter, vt in Euchariſtia; vel accipit remedium cōtra peccata, aut contra eorum reliquias, aut denique contra concupiſcentiam, vt in Pœnitentia, Extrema vnctione, & Matrimonio. 40 41

[illegible] [illegible] [illegible] [

ՅԱՂԱԳԱՍ ԽՈՐԱՔԱՆՉԻՒՐՈՑ

ՍՈՒՐԲ ԽՈՐՀՈՒՐԴՈՅ ՆՈՒՆ ՕՐԻՆԱԳՈՅ.

ՀԱՐՑՄԱՆՑ ԱՒԻԾԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ;

ԵՒ ՍԿԶՄՈՒՆՔՆԱՆ;

ԳԼՈՒԽՆ. Ա.

ԹԷ ԻՆՉ ԻՄԻ ՆԻՒԹ ԵՒ ՁԵՒ ՍԿԶՄՈՒՆՔԻ.

ՀԱՒԱՍԱՑԻՆ ԳԼՈՒԽ:

DE SINGVLIS SACRAMENTIS

NOVÆ LEGIS.

QVAESTIO INTER ARMENIOS QVARTA.

DE BAPTISMO,

§. I.

De materia, & forma Baptiſmi.

SECTIO PRIMA.

ՀԱՐՑԻ Ա. ԹԷ ՄԵՂ ՀԱՅՈՑ ՈՐ ԱՆՈՒ ԽՆԴՈՒԹԵՄԲ ԼՒՆԻ. ԹԷ ԻՆՉ ԻՄԻ ՆԻՒԹ ԵՒ ՁԵՒ ՍՈՒՐԲ ԽՈՐՀՈՒՐԴՈՅ ՄԿՐ ՄՈՒՔԷՆ:

ՊԱՏԱՍԽԱՆ. ԹԷ ՆԱԽ-ԹՈՒ Է ՔԱՒՐԱ ԲՆԱԿԱՆ ԱՆ: ՀԱՅԱՒ ԱՒԱԶԱՆՈՒԹԵԱՄԲ Ի ՅԱՐ ԺՈՂՈՎՈՅ ՔԱԼՍԵՔՈՆԱՑԻՈՑ. ԵՒ ՅԱՅՍՄ ԼԻՆԻ ԱՅՍ ՅԱՅՏՆԻ

QVÆRITVR Primò: Quænam ſit materia, & forma Baptiſmi? Reſpondeo cum Concilio Florentino, ſeſſ. vlt. in Inſtruct. Armenorum; materiam eſſe aquam naturalem. Patet ex Scripturis, Ioann. 3. *Niſi*

quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto. Act. 8. *Ecce aqua: quis prohibet me baptizari.* Et Epheſ. 5. *Mundans eam* (Eccleſiam) *lauacro aquæ in Verbo Vitæ.* Formam verò eſſe verba illa: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* vel alia ſimilia ſecundùm ſubſtantiam, qualia ſunt ea, quibus vtuntur Armenij; *N. ſeruus Ieſu Chriſti, ſponte Veniens ad Baptiſmum, baptizatur nunc per me in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* quæ quidem verba non differre quantùm ad ſubſtantiam à præcedentibus, quibus vtitur Latina Eccleſia, declaratum eſt in eodem Concilio, loc. cit. Quòd autem talis ſit vera, & neceſſaria forma Baptiſmi, conſtat ex illo Matth. 28. *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Sed obijcit Ioannes, Armenus Epiſcopus, apud Armacanum libro 8. cap. 1. Apoſtoli baptizabant in nomine Chriſti; vt legitur in Act. cap. 2. 8. 10. & 19.; ergo inuocatio trium diuinarum perſonarum non eſt in hoc Sacramento neceſſaria.

Reſpondetur, Apoſtolos non baptizaſſe, niſi in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: quemadmodùm Chriſtus eis præceperat: & hoc colligitur non ſolùm ex Dionyſio Areopagita, qui fuit Apoſtolorum diſcipulus; & ex Iuſtino Martyre qui Apoſtolorum diſcipulos vidit; quorum prior in libro de Eccleſ. Hier. cap. 2. & poſterior

in

in Apologia 2. eandem Baptiſmi formam præſcripſerunt ; verùm etiam , quia in ipſo Canone 19. Apoſtolorum damnantur , qui aliter, quàm in nomine Patris , & Filij , & Spiritus ſancti , baptizarent : ac præterea , quia Lucas in Act. c. 19. refert , quod , cùm quidam Paulo dixiſſent : *Neque , ſi Spiritus ſanctus eſt , audiuimus* : reſpondit Paulus : *In quo ergo baptizati eſtis ?* quoreſponſo indicauit , in forma Baptiſmi ſui temporis nominari ſolitum etiam Spiritum Sanctum ; ac proinde non dari tunc Baptiſma ſolùm in nomine Chriſti , ſed omnium perſonarum . Supereſt ergo , vt cùm dicitur ibidem, & alibi , Apoſtolos baptizaſſe in nomine Chriſti , intelligamus , eos baptizaſſe vel in fide Chriſti ; vel Baptiſmo ; à Chriſto inſtituto ; vel denique dixiſſe hoc modo : In nomine Patris , & Filij eius Ieſu Chriſti , & Spiritus ſancti : idque , vt Chriſti nomen , quod erat Iudæis, & Gentibus odioſum , per hoc honorabile redderetur . Nam exprimendo Lucas in Actibus nomen Chriſti , aliarum perſonarum nomina non negauit . Adde, quòd etiamſi Apoſtoli in ſolo Chriſti nomine baptizaſſent , adhuc non ſequeretur , inuocationem Trinitatis non fuiſſe poſteà in Baptiſmo neceſſariam : quia hoc non feciſſent Apoſtoli , niſi ex ſpeciali reuelatione ipſius Chriſti .

Obijcit ſecundò Vartanus contra formam Baptiſmi , à Latinis vſurpatam , ſic ſcribens in Monitis

Ժա 11 mam Armeni Baptiſmatis: ideòque pro illius defenſione vltionis quoq; telum in Latinam formam conijciunt.

Reſpondetur ergo ad principale argumentum; quòd cauſa Baptiſmi efficiens duplex eſt: altera principalis, à qua virtutem habet Baptiſmus; & hæc eſt ſancta Trinitas, ac proindè etiam Chriſtus ſecunda Trinitatis perſona, iuxtà illud Ioannis 1. *Super quem Videris Spiritum ſanctum deſcendentem, & manentem, hic eſt, qui baptizat*. altera verò inſ-

Ժբ 12 trumentalis, quæ tradit exteriùs Sacramentum; & hæc eſt Miniſter, cui etiam ipſe Dominus baptizandi actum attribuit, dicens: *Baptizantes eos* &c. Cùm ergo Baptiſmus per formam verborum ſuam habeat efficaciam, iuxta illud Epheſ. 5. *mundans eam lauacro aquæ in verbo Vitæ*; ideò in eius forma hæc vtraque cauſa conuenienter exprimitur, Miniſter quidem, vt exercens actum Baptiſmi, cùm dicitur: *Ego te baptizo*: quamuis particula

Ժգ 13 illa, *Ego*, non ponatur ex neceſſitate, ſed ad maiorem expreſſionem intentionis: Sancta verò Trinitas, vt in cuius nomine, ſeu virtute Miniſter operatur, cùm dicitur: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*. Igitur Miniſter ex eo, quòd dicit: *Ego te baptizo* &c. non indicat, ſe in ſuo etiam nomine baptizare; ſed tantùm eſſe inſtrumentum, quod in nomine, & virtute Trinitatis actum illum exercet.

Et hoc præterea demonſtratur

ad

ad hominem contra ipſos; quippe Vartanus in eodem lib. de monitis, cap. 7. agens de auriculari confeſſione peccatorum, quam capite 6. à numero Sacramentorum excluſerat; quamuis (vt ſuo loco dicetur) erret docendo, peccata remitti debere à Presbyteris per hanc abſolutionem: *Deus remittit peccata tua*: tamen approbat etiam aliam abſolutionis formam his verbis: *Porrò ſunt aliqui, qui ſic abſoluunt: Remitto tibi peccata, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: & hæc quidem abſolutio etiam bona eſt.* Et Gregorius Dattieuenſis in tract. de Sacramen. Pœnitentiæ, num. 32. eandem approbat abſolutionem. Vndè ſic arguo: Si per ipſos hæc abſolutio valida eſt, & Miniſter per id, quod dicit, *dimitto tibi peccata* &c. non indicat, ſe dimittere illa etiam in nomine, & virtute propria, ſed ſolùm Trinitatis: ergo ſimiliter per id, quod dicit: *Baptizo te in nomine Patris*, &c. non indicabit, ſe baptizare etiam in nomine proprio, ſed tantùm Trinitatis.

Ad teſtimonium Pauli, quod Vartanus, vt iuxta ſenſum ſuum exponat, malitiosè detruncat, dicens: *Ideò Paulus 1. Cor. 1. inquit: gratias ago Deo, quòd neminem Veſtrùm baptizaui; ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati eſtis. Vt oſtendat, ſe neminem baptizaſſe per illud Verbum actiuum, Baptizo te, quod ſignificat baptizare in nomine, & Virtute propria*: Reſpondeo retorquendo ſic contra ipſum Vartanũ ſuammet

Ղդ 14 Ղե 15 Ղզ 16

մոլանալ. որ ասէ: Եւս Պաղեաղ եմ զմեզս ըստ անուանեալ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ: Հաշիւ խախտման բանիցն առին: Իսկ ամենեք ասեն. Թէ անուամբ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ Պաղեալ եմ զմեզս քո: և այն Եւս Պաղուքիւնն բարի է:] և զնոյն ձև Պաղուքեան առուղէ Եւս առնէացոյն ի Թիւն. ՀԲ. վս առաջ խարեբէ: Բեւառի ձեռնադրիմ ընդ դէմ հացայ այսպէս: Եթէ ըստ ինքեանց բարի է այս ձևն արձակման. և այնու զի ասէ պաշտոնեայ. Պաղեալ եմ զմեզս քո. ոչ ցուցանէ զՊաղուքն անուամբ և զօրութեամբ Հոգւոյ. այլ սէր երկրպագութեան; ապա և նոյնպէս յորժամ ասէ. մկրտեմ զքեզ և այլն. ոչ ցուցանէ, Թէ ինքն մկրտէ անուամբ Հոգւոյ. այլ երկրպագութեան:

Հաշիւ վկայութեան պօղոսի. զոր բէ թէ վարդապան ոչ ամբողջ, այլ կիսելով առ ի հասարակացուցանել խաբէութեան դիւրն. ասելով. Մահս այսորիկ պօղոս ասէր ի կորնթացւոց Պաղիէն. Թէ գոհանամ զայ. զի ոչ ոք մկրտած ցի էս. զի մի ասիցէ ոք. Թէ յիմ անուն մկրտեցարուք: որպէս զի ցոց ցէ. Թէ ինքն ոչ ոք մկրտեալ էր այնու բանիւն. մկրտեմ զքեզ. որ նշանակէ դիմկրտելն անուամբ Հոգւոյ հաշիւ այս պատճառիս զասուց կորնթեան վարդապետ ընդ դէմ ինքեան իւրեան այսպէս: հաշիւ ուրեմն է Թէ ասացեալ էր անդ պօղոս. Թէ Ես ոք ի ձէնջ մկրտեցի, նշանակէր ար դեօք ըստ բանիցն վարդապետ. Թէ ինքն մկրտէր այնու բանիւն. Ես մկրտեմ զքեզ: Իսկ պօղոս արդարև այդ ոչ ասաց. ԵԹէ ոչ կարելիք էր բանս նորա: զի ասէ այսպէս. Իւր-

բա-

ՃԷ 17 met expoſitionem: Ergo, ſi dixiſſet Apoſtolus: aliquem veſtrùm baptizaui: vtique iuxta dictam expoſitionem oſtendiſſet, ſe illum baptizaſſe per verbum actiuum, *Baptizo te*: vndè haberetur, hoc verbum non importare ſignificationem in nomine, & virtute baptizantis. at reuerà ita dixit Paulus, ſi integra eius verba citentur: ait enim: *Vnuſquiſque Veſtrùm dicit, ego quidem ſum Pauli; ego autem Apollo; ego verò Cephæ; ego autem Chriſti. diuiſus eſt Chriſtus? nunquid Paulus crucifixus eſt pro Vobis; aut in nomine Pauli baptizati eſtis? gratias ago Deo, quòd neminem Veſtrùm baptizaui, niſi Criſpum, & Caium; ne quis dicat, quòd in nomine meo baptizati eſtis: baptizaui autem & Stephanæ domum: cæterùm neſcio, ſi quem alium baptizauerim.* Ergo ex ipſa Vartani expoſitione ſequitur, quòd hos Apoſtolus baptizauerat non per verbum paſſiuum, ſed actiuum, dicendo: *Ego te baptizo*: tametſi ita baptizabat non in nomine proprio, ſed vt Dei Miniſter in nomine, & virtute Trinitatis. Id quod poſteriora eius verba clariùs explicant. Nam ſubdit cap. 3. *Cùm enim quis dicat: ego quidem ſum Pauli; alius autem, ego Apollo: non ne carnales eſtis? quid igitur eſt Apollo? quid verò Paulus? miniſtri eius, cui credidiſtis: & vnicuique ſicut Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit; ſed Deus incrementum dedit.* Voluit ergo Paulus eos potiùs hic repreheudere, qui Vartani errore ducti,

ՃԸ 18

ՃԹ 19

ducti,

cti, virtutem Baptiſmi baptizantibus tribuebant, dicentes, *Ego ſum Pauli, & ego Cephæ.* Qua de cauſa Græci, vt refert D. Thomas, ad eiuſdem erroris occaſionem tollendam, dicere voluerunt: *Baptizatur ſeruus Chriſti talis, in nomine Patris* &c. quam Baptiſmi formam à Græcis deindè Armenij mutuati ſunt, ſuperaddentes illud, *per me*, ad maiorem explicationem. Sed quia in hac etiam forma exprimitur actus exercitus per Miniſtrum cum inuocatione Trinitatis, ideò per eam quoq; verum perficitur Sacramentum.

D. Thom. 3. par. quæſt. 66. artic. 5. ad 1.

Ad Confirmationem reſpondeo, quòd voluntas, ſeu intentio, quæ requiritur in Oblato, ſuſcipiendi Baptiſmum, non debet exprimi à Miniſtro per ſuam formam; ſed potiùs vel ab ipſo Oblato, ſi ſit adultus; vel à Parentibus, ſeu Patrino, ſi ſit infans; cùm illa requiratur ex parte baptizati, non baptizantis; vt patet in alijs Sacramentis: & ideò ſuperfluum eſt illud, quod ſuæ formæ ſuperaddunt Armeni, dicentes: *Sponte Veniens ad Baptiſmum.* Nec præterea verum eſt, quod Vartanus affirmat: talem intentionem magis exprimi per illa verba Miniſtri: *Baptizatur per me ſeruus Chriſti:* quàm per hæc alia: *Ego te baptizo:* quia oratio actiuæ ſignificationis, cùm vertitur in paſſiuam, non variat ſenſum.

Hic verò ſciendum eſt Armenijs, omnes alias Cæremonias, quæ fiunt ab Eccleſia in Baptiſmo ſolenni,

ի 20 սիրտի ծառայս քի յոյժանէս յանուն հօր և այլն:] Եւ յետոյ հայր՝ առեալ ի յաւետաց գնոյն ձեռն բանիս, բառնալ զերեսաբերնոյն ի վէր նր զայնն. ի ձեռս իմ. զի յայտնի առասցին զա ծառայս քի յոյժանէս սիրտի ի ձեռս իմ յանուն հօր և այլն:] և այսպէս ա անլր ունի զնշանակութի նակ ձեռջն գրանկայ. Թէ ես սիրտիմ զքեզ յա նուն հօր և այլն:]

ի 21 Աղօ. Երկրորդ առ արկութի զայ դանայ և առնելացուցչ պաշնեմբ. Թէ ոչ պարտ է սիրտչին յայտ առնել ի ձեռն բանիս զնաս և զդիտաւորութի Թի սիրտելոյն. այլնոյն սիրտել այն պարտի յայտանել զայդ. Եթէ ինքն ոչ ունի կատարեալ հասակ. և կամ ծնօղք նորա և հնբահայր. Եթէ նոքա հրէշտայ: զի այսպիսի կամաւորութի Թիւ- խնդրի ի կոշմանէ սիրտելոյն, և ոչ սիրտչին. որպէս յայտ լինի ի յայլ սբ խորհուրդսն: զի այսորիկ ի ձեռն սիրտաւորի Թէ հայոց յատ էրօդ ևն այն բանքն. Նիկեայ կատար ի յերեսխայտութէ ի սիրտաւորի Թէ:] Եւս և զի ոչ առաջ ել յայտ լինի կամք սիրտելոյն առելոյն. յոյժանէս սիրտի ի ձեռս իմ. քան Թէ առելոյ. Ես սիրտիմ զյա ւաննէս: զի երկոքին բանս զնոյն նշա նակէ: որպէս և նոյն է առնլն. Ես չի հեմ զառնն. կամ առնս չինի ձեռօք խմոլք:

ի 22 Աղօ պիտանի է առա. Եթէ նախ և ձեռ սիրտաւորէ. յր. լուացումն ի ջրոյ, և զերծոյթինայ բանքն պաշտօնէ, պատշաճին հարկաւորապէս առ էութի Թին խորհրդոյն: նախ այլ ազօ Թքն և աղաղոշու Թիք, որ լինին ի սիրտաւորէ, պատկանին միայն առ հանդէս

առ-

ni, præter formam, & materiam, non pertinere ad eſſentiam, ſed ad ſolennitatem Baptiſmi: & idem dico de alijs Sacramentis: quarè, ſi omitterentur à Miniſtro, ſolenniter baptizante, validum quidem eſſet Sacramentum, ſed Miniſter peccaret, quia faceret contra præſcriptum ſuæ Eccleſiæ. Inter alias verò Cæremonias, quę ab Eccleſia, præſertim Orientali, in ſolenni Baptiſmo vſurpantur, vna, & præcipua eſt vnctio ex oleo Cathecumenorum, ante ablutionem in pectore, & ſcapulis facienda; quam vnctionem Armena Eccleſia inconſultò prorsùs omittit; & de hac omiſſione vel ipſe Vartanus lib. de Monitis, cap. 1. eam acriter reprehendit, ac meritò: nam huius vnctionis in Baptiſmo meminit S. Clemens, Apoſtolorum diſcipulus; lib. 3. Recognitionum; Iuſtinus Martyr, quæſt. 107. Cyrillus Hieroſol. Catech. 2. myſtag. Chryſoſtomus homil. 6. in cap 2. epiſt. ad Coloſ. & alij priſci Patres.

ni, non pertinere ad eſſentiam, ſed ad ſolennitatem Baptiſmi: & idem dico de alijs Sacramentis: quarè, ſi omitterentur à Miniſtro, ſolenniter baptizante, validum quidem eſſet Sacramentum, ſed Miniſter peccaret, quia faceret contra præſcriptum ſuæ Eccleſiæ. Inter alias verò Cæremonias, quę ab Eccleſia, præſertim Orientali, in ſolenni Baptiſmo vſurpantur, vna, & præcipua eſt vnctio ex oleo Cathecumenorum, ante ablutionem in pectore, & ſcapulis facienda; quam vnctionem Armena Eccleſia inconſultò prorsùs omittit; & de hac omiſſione vel ipſe Vartanus lib. de Monitis, cap. 1. eam acriter reprehendit, ac meritò: nam huius vnctionis in Baptiſmo meminit S. Clemens, Apoſtolorum diſcipulus; lib. 3. Recognitionum; Iuſtinus Martyr, quæſt. 107. Cyrillus Hieroſol. Catech. 2. myſtag. Chryſoſtomus homil. 6. in cap 2. epiſt. ad Coloſ. & alij priſci Patres.

ՅԱՂԱԳԱՍ Գ.

Հարկաւորութեամբ մկրտութեան.

Երկրորդ գլուխ:

DE NECESSITATE Baptiſmi.

Sectio II.

ԵՐԿՐՈՐԴ՝ խնդիրք լինի. Եթէ հարկաւո՞ր է մկրտութիւնն հոգւոյ ամենևին հարկաւորութիւն վիճի:

Պատասխանին ոմանք ի մէջ հայոց, Եթէ նուէրեայքն, որ Ուռհայեցւոց մկրտութեամբ, ոչ լինին պիտանի ի փրկութիւն: վասն որոյ յորժամ մանկունքն հայոց ի կարծիս մահու անկեալք ոչ հասանեն մկր

QVæritur ſecundò: vtrùm Baptiſmus ſit neceſſarius ad ſalutem?

Reſpondent Armeniorum nonnulli negatiuè; & communiter ita dubitant de huius Sacramenti neceſſitate; vt, ſi infans, in mortis periculo conſtitutus, nequeat ſolen-

piter baptizari, eum mori ſinant ſine Baptiſmo. Quarè Ioannes, Armenus Epiſcopus, apud Armacanum lib. 8. cap. 34. *Mihi videtur*, inquit, *quòd Baptiſmus non ſit neceſſarius ad ſalutem*: Et cap. 36. affirmat, *infantes, qui moriuntur ſine Baptiſmo, excuſari ob naturalem ipſorum impotentiam*: Et capite 37. *eoſdem ſaluari per fidem Parentum*: ac denique cap. 11. *Baptiſmum non conferre gratiam pueris, ſed tantùm adultis, qui credunt*.

Sed hæc hęretica reſponſio damnata fuit à Concilio Florentino, ſeſſ. vlt. ac inſuper à Tridentino, ſeſſ. 7. can. 2. his verbis: *Si quis dixerit, Baptiſmum non eſſe neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit*: quod eſt intelligendum vel de Baptiſmo aquę, qui ſolus eſt Sacramentum; vel in huius impoſſibilitate de Baptiſmo aut ſanguinis, nempè Martyrij, aut Flaminis, id eſt, Spiritus ſancti, qui dicitur etiam Baptiſmus in voto, ſeu pœnitentiæ: & de neceſſitate non ſolùm præcepti, ſed etiam medij; ratione cuius nulla impotentię cauſa excuſare poteſt. Vndè ſi moriatur infans ſine Baptiſmo vel aquę, vel ſanguinis, nam voti eius capax non eſt: vel ſi moriatur adultus etiã ſine Baptiſmi voto, ſeu deſiderio, quod procedat ex Fide per caritatem operante, ac proindè illum iuſtificante: vterque ſalute æterna priuabitur.

Probatur primò Concilij definitio ex apertis illis Domini verbis Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*

ի ջրոյ եւ ի հոգւոյ, ոչ կարէ մտանել ի թագաւորութիւն Աստուծոյ: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈգին Քրիստոսի, նա չէ նորա: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈրդին, կեանս ոչ ունի: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈգին Քրիստոսի, ոչ կարէ կոչել զԱստուած Հայր: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈգին Քրիստոսի, ոչ կարէ կոչել զՔրիստոս Տէր: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈգին Քրիստոսի, ոչ կարէ կոչել զՔրիստոս Տէր: Եւ ասէ, Ով ոչ ունի զՈգին Քրիստոսի, ոչ կարէ կոչել զՔրիստոս Տէր:

aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei: ac præterea ex ratione, quam ſubdidit: *Quod natum eſt ex carne, caro eſt; & quod natum eſt ex Spiritu, ſpiritus eſt: non mireris, quia dixi tibi; oportet Vos naſci denuò.*

Probatur ſecundò ratione: quia non aliter iuſtificari, ac ſaluari poſſumus, niſi vt Chriſtiani, hoc eſt, per Chriſtum, cuius facti ſimus membra, iuxta illud Rom. 5. *Sicut per Vnius delictum in omnes homines in condemnationem; ſic per Vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem Vitæ.* & Act. 4. *Non eſt aliud nomen ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri*; hoc eſt, præter Ieſu Chriſti nomen. Sed nequit homo fieri Chriſtianus, ſeu membrum Chriſti, niſi Baptiſmo regeneratus, iuxta illud Gal. 3. *Quicunq; in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis:* ergo nequit homo iuſtificari, ac ſaluari ſine Baptiſmo. Vndè dicitur Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, Vt iuſtificati gratia ipſius, hæredes ſimus ſecundùm ſpem Vitæ æternæ.*

Probatur tertiò ex communi ſenſu veterum Conciliorum, & Patrũ, immò totius Eccleſiæ. Nam Concilia Carthaginenſe, & Mileuitanum, acta longè antè Chalcedonenſe Concilium, & Armenicum Schiſma (apud Auguſtinum. Epiſt. 90. & 92.) damnarunt eorum ſententiam, qui putabant, paruulos ſaluari ſine Baptiſmo. Eandem veritatem præ alijs priſcis Patribus docuerunt, Ire-

næus lib. 3. cap. 19. Origenes in cap. 6. Epist. ad Rom. Cyprianus lib. 3 ep ist. 8. ad Fidum: Nazianzenus Orat. in sanctum Lauacrum: Basilius Orat. 13. de Exhortatione Baptismi: Ambrosius lib. 2. de Abraham, cap. vlt. Hieronymus lib. 3 contra Pelagianos: ac deniq; Augustinus, qui lib. 3. de Origine animæ, cap. 9. *Noli*, inquit, *credere, noli dicere, infantes, antequàm baptizentur morte præuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiã peccatorum, si vis esse Catholicus.* Et epist. 20. ad Hieron. citans sensum totius Ecclesiæ, inquit: *Quisquis dixerit, quòd in Christo viuificabuntur etiam paruuli, qui sine Sacramenti eius participatione de vita exeunt; hic profectò & contra Apostolicam prædicationem venit, & totam condemnat Ecclesiam: vbi propterea cum baptizandis paruulis festinatur, & curritur; quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo omninò viuificari non posse.*

Obijcit ergo prædictus Ioannes Armenus loco suprà citato sic: Multi in noua Lege iustificati fuerunt, antequàm baptizarentur; vt præcipue constat ex eo, quod legimus in Act. cap. 10. *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum, &c. tunc respondit Petrus: numquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi, qui Spiritum sanctum acceperunt?* ergo illi salui fuissent, si ante baptisma mortui essent.

Re-

ը
8 գրեզ ի ձեռն աւազանին միւս ան
գամ ծննդեանն. զի արդարացեալք
ընդհարձակ նորա, եղիցուք ժառանգք
է որք յաւուրս կենաց յաւիտենից:]

Երդ" յոյժ ցանկի ի յաւանդութէ
հնոց սբ ժողովոցն և սրբոց հարցն,
և ընդ հաւատս է ևկեղեցւոյ: քանզի սբ
ժողովք կարդացինոյ, և սբ ժողովք
մելիմիտանոյ. որք պատասխանեցան յո
չի յաւուրս քան զժողովք քաղկեդոնի,
դատապարտեցին զչարս կարծս նոցին
որք ասէին զէրէխայս փրկիլ
առանց մկրտութեան: Եւ զնոյն ժող
րութեի յանդիմանեցին՝ սբն Եփիռա
ի. ՅԹ. Երդ" գլխոն Երրորդ գրոցն.
9 Որոցմէս ի մէնու թէ ընդ թն առ
հասցս: Եւ բն կիւրեանոս ի յոթն
րդ" Թուղթն առ ֆիդոս: Եւ բն գրե
գոր ած աբանն ի ձառն յիգս սբոյ ը
Հազանին: Եւ բն բասիլիոս ի. Ճգ.
րդ" ձառն յիգս մկրտութէ: Եւ բն
ամբրոսիոս ի յեսուին գլխն Երիւդ
գրոցն, որ յիգս աբրահամու: սբն
յեսանիամոս ի յերրդ" գիրսն, որ ընդ
դեմ պելագեսին: և այլ սբ հարք.
ուանաւանդ սբ վրդովեան օգոստինոս
որ ի յերրդ" գիրսն յիգս հոգւոյ՝ առե
ժ այսպէս. Եւ ի հաւատոյ. ու՞ասէր.
10 ու՞ուսուցանէր. Թէ Երէխայք, որ
մեռանին յառաջ քան զմկրտութէին
իւրեանց, կարեն հասանիլ ի թագա
ւորութի սկզբնական ուղղին. Եթէ կասկած
պատուզղափառ:] և դէմ ի քառանդրդ"
Թուղթն նա առ յեսանիամոս՝ վկայ
բերէ զբոլոր եկեղեցին ասելով. Որ
ոչ ասիցէ. Թէ ի քս կենդանայցեն
և Երէխայքն, որ առանց մկրտու
թէ ելանեն ի կենացս. սա արդեօք
յառնէ ընդ դեմ առաքելական բարո
զութէն, և դատապարտէ զընդհա
ռուր

Ցա 11

Respondetur; hos; antequàm aqua baptizarentur, iustificatos esse per Baptismum Flaminis. nam audito Petro, statim per fidem, & caritatem perfectam ad Christum conuersi sunt, paratique erant omnia fidei præcepta seruare, & aquæ Baptisma suscipere. Idem etiam erit dicendum de alijs adultis; qui licèt per Baptismũ Flaminis à peccatorum culpa mundentur; adhuc tamen susci pere tenentur, si possint, aquæ Baptismum, vtpotè in noua Lege præceptum; per quod ab omni etiam pœna, peccatis debita, liberantur. Pueri verò, quia nequeunt ob incapacitatem habere Baptismum Flaminis; ideò, nisi aqua, vel Martyrio baptizentur, à culpa originali mundari, ac saluari non possunt.

Ցբ 12

Obijcit secundò ibidem, c. 36. Homines adulti, cùm aqua baptizari nequeunt, excusantur ob impotentiam, ac saluari possunt: ergo multò magis excusari, ac saluari debent paruuli, qui sunt naturaliter impotentes.

Ցգ 13

Respondetur, quòd Baptismus vel in re, vel in voto est necessarius ad salutem non solùm necessitate præcepti, sed etiam medij; quia tollit peccatum originale, & actuale per primam gratiam iustificantem, sine qua nemo absolutè saluari potest. Quamuis autem impotentia quemlibet excuset ab obseruatione præcepti, vt scilicet non committat nouum peccatum, si præceptum non impleat; non tamen il-

lum

lum excuſat, vt ſaluari poſſit ſine medio neceſſario, hoc eſt, ſine gratia iuſtificante, quæ per Baptiſma tribuitur. quia verò poteſt adultus, & non poteſt paruulus per Baptiſmum in voto iuſtificari; ideò poteſt prior, & non poſterior ſaluari ſine Baptiſmo in re, ad quem habeat impotentiam.

Inſtat cap. 37. Dici poteſt, quòd cùm paruuli moriuntur ſine Baptiſmo, ſufficiat ad eos ſaluandos fides Parentum. Et probatur: nam eadem fides ſufficit ad hoc, vt validè baptizentur ſine propria fide; ergo etiam ad hoc, vt ſaluentur ſine Baptiſmo. Probatur Conſequentia: quia in adultis propria fides non magis requiritur ad ſalutem, quàm ad Baptiſma ſuſcipiendum; ſed, quia paruuli non poſſunt in Chriſtum credere, ſufficienter, ac validè ſine propria fide baptizantur in fide Parentum; ergo, quia non poſſunt baptizari, ſufficienter ſaluantur ſine Baptiſmo per fidem Parentum.

Reſpondetur, quòd Parentes per ſolam ipſorum fidem non poſſunt ſine Baptiſmo ſaluare ſeipſos (niſi fortè ſit illa fides perfecta caritate, ac ſpe informata, ac proindè Baptiſmus in voto): ergò multò minùs poterunt per eandem fidem ſaluare ſuos infantes ſine eorum Baptiſmo. Et ratio eſt: quia, vt diximus, nequeunt infantes ſaluari, niſi mundentur à culpa originali per primam gratiam iuſtificantem, quę in nobis eſt quædam inchoatio gloriæ

14

15

16

Էրկրդ՝ առարկեաց ասելով. Հա-
յոցեաց մարդ. ի կատարեալ հասակ
ժամանելոյ. ոչ կարէ մկրտիլ ջրով.
կարէ պատճառել զանկարողու-թիւն
նոր. և փրկիլ առանց այնպիսի մը
կրօնո-թեան; ապա ուրեմն ոչքան և
առաւել կարէ էրէխայք պատճա-
ռել զբնական անկարողու-թիւն իւրե-
անց և փրկիլ առանց մկրտու-թեան:

Պատ՝ Թէ մկրտու-թիւնն կամ
ջրոյ կամ ալեաց կամ արեան՝ հարկա
է որ է վասն փրկու-թեան ոչ թէ միայն պա
տճառաւ հրամանին քո, այլ և պա
տճառաւ հարկաւոր միջնորդու-թեան
նորա. վասն ի բաց բառնալ զմեղս սկզ
բնականս և զնեղսդործակ անս ի ձէ-
ռն առաքին արդարացուցչ շնորհի,
առանց որոյ ոչ կարէ ոք բնաւ ճիւ
դիլ՝ ազգ՝ անկարողու-թիւն մկրտե
լոյ Թևակ առնէ զմեզ անմեղադիր.
ոչ կարէ առնել, Թէ մեք փրկեալ ևիք
ցուք առանց հարկաւոր միջնորդի.
յր. առանց արդարացուցչ շնորհին,
որ պարգևի մկրտու-թէ: վասն որոյ
քանզի կարէ մարդ բնաւ ոք, և ոչ
կարէ անբան երէխայ արդարանալ ի
ձեռն ուրեմն մկրտու-թեան. սակս այս
բին կարէ նա, և ոչ կարէ առ փրկիլ
առանց մկրտու-թէ ջրոյ կամ մարտի
րոսու-թէ. Թևպէս ունիցի առ այս
զբնական անկարողու-թիւն:

Էրրդ՝ առարկեաց ասելով: Բա-
ւական է հաւատոյն ծնողաց առ ի
փրկիլ զերէխայսն. որք մեռանին ա-
նանց մկրտու-թէ: և ցուցանի այս:
քանզի հաւատոյն ծնողաց բաւա-
կան է՝ զի երէխայքն լինկալցին զշնո
րհս մկրտու-թէ առանց հաւատոյ
իւրեանց: ապա ուրեմն բաւական
է և ա, զի փրկեսցին առանց մկրտու-
թէ

ՔԵ : Յուցանէ այս եզրակացու-ՔԵս յոտքացուցեալ . զի ՉՈ այնորիկ կարէն երէխայք ընդունել շրջմարիտ մկը բանու-ՔԵ առակ հաւատոյն ծնողացն և առանց հաւատոյն իւրեանց . Չ՚ո զի ինքեանքն ոչ կարեն հաւատալ ի քն : ապա ուրեմն և նոյնպէս կարէն արդարանալ և փրկիլ առանց մկրտու-ՔԵ , այլ առակ հաւատովն ծնողաց . Չ՚ո զի ինքեանքն ոչ կարեն մկրտիլ :

Պատ՚ն՚ . ՔԵ ոչ և ասկզբ հաւատ քն ծնողացն արդարացուցանել և փրկել զանմկրտեալ երէխայս : զի , որպէս առաջագ , ոչ կարէ երէխայն փրկիլ ՔԵ ոչ ապատե՛ւ սկզբնական մեղացն՚ի ձեռն առաջին սրբացուցիչ շնորհի . որ՚ մեզ աերթն ինչ փառաց և յաւիտեան փրկու-ՔեանՀ : արդ՝ զնորին դայս ոչ ոք մարդ կարէ հնձան արդիւնաւո՛ր գործոց իւրոց առալ այլում մարդոյ ուսմեն . ՔԵ ոչ իցէ՛ ի սմա՛ ներգործու-Քի ինչ հաւատոյ և ՚ծայնի սիրոյ և առեղու-Քի մեղաց . որ ներգործու-ՔէնՀ ոչ կարէ գոլ՚ի բանս Հոգու-ՔԵ անբնդունակ մանկուանն : առակ այսարիկ հաւատոյն ծնողացն ոչ կարէ արդարացուցանել զորդիս նոցա : քանզի և ինքն արդիւնն բի՝ ՔԵովս կարէք լսատ ինքեանն արդարացուցանել զիա՛ մարդիկ . լսատ այ նմ՚ ՔԵ մերոյն արդարու-ՔԵ յիա՛ մարդիկ ապրարու-ՔԵ կենաց :] առակայն ոչ արդարացու-ցանէ և փրկէ զնոսա առանց անձնիշխան գործակցու-ՔԵ իւրեանց ՔԵ բանաւո՛ր էնեն . և կամաւորաց մկրտու-ՔԵ ՔԵ ներ էնեն :

Ա՚ր յուցուՀ եզրակացու-ՔեՀ պատ՚ն՚ . ՔԵ առաքելոյ յոտքացոյցն զղանազանու-Քի ինչ ներքնզդուն ի

ria, seu æternæ salutis : hanc autem gratiam nullus homo per quemcunque actum meritorium potest alteri immediatè impetrare, nisi sit in hoc altero actualis motus in Deum, & contra peccatum ; qui motus nequit esse in paruulis, rationis vsu carentibus : & ideò fides Parentum non potest proficere filijs, nisi in quantùm confert ad eorum Baptismа procurandum. Nam etiam Christi meritum, licèt secundũ se omnes homines iustificare valeat, iuxtà illud: *Sic & per Vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem*; tamen nõ deriuatur ad aliorum iustificationem, ac salutem, nisi dependenter ab ipsorum libera cooperatione, si sint adulti ; vel saltem à Sacramento Baptismi, si sint pueruli .

Ad Probationem respondeo, paritatem allatam non æquè procedere . Et primò disparitas est : quia, vt possent paruuli iustificari, ac saluari sine reali Baptismo, esset necessaria ipsorum cooperatio, seu votum Baptismi, vt dictum est, & sic non solùm propria fides actualis, verùm etiam actualis spes, & caritas, quorum actuum non sunt capaces : vt autem iustificentur per Baptismũ, non modò non requiritur propria fides actualis, sed nec etiam est essentialiter necessaria fides Parentum : quarè in mortis periculo baptizari possunt etiam inuitis Parentibus infidelibus : sicut enim per Adam originale peccatum, ac damnationem incurrerunt sine vllo actu

suæ

ſuæ mentis; ita per Chriſtum iuſtitiam, & ſalutem conſequuntur ſine alio actu, præter illum Eccleſiæ, nempè Baptiſma, iuxtà illud Rom. 5. *Si Vnius delicto mors regnauit per Vnum*, ſcilicet Adam; *multò magis abundantiam gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ ſuſcipientes, in Vita regnabunt per Vnum Ieſum Chriſtum*. Requiritur ergo fides Parentum, non ad eſſentiam Baptiſmi paruulorum, ſed tum ad ſolennitatem, & cæremoniam illius, vt ſcilicet ipſi pueruli, cùm nequeant per os ſuum fidem profiteri, & Satanæ abrenunciare, aliaque, quæ ad ritum Baptiſmi pertinent, adimplere, id faciant per os eorum, ſub quorum poteſtate ſunt: tum etiam requiritur; ne ſi paruuli ſuperuiuant, ad Parentum infidelitatem redeant, & fiat iniuria Sacramento. Idcircò, non imminente mortis periculo, baptizandi non ſunt, donec ſub Parentum infidelium cura exiſtunt.

Secundò diſparitas eſt: quia in Baptiſmo adultorum cauſa efficiens gratiæ iuſtificantis, quæ eſt ſemen gloriæ, & æternæ ſalutis, non eſt fides eorum, ſed ipſum Sacramentum: fides autem prærequiritur ad illam gratiam in adultis, ſolùm vt diſpoſitio, ſeu conditio ſine qua non; & ideò in Baptiſmo paruulorum, non habentium vſum rationis, nec infidelitatem poſitiuam, poteſt hæc fides ſuppleri per fidem Parentum, aut Eccleſiæ: non autem ſuppleri poteſt ipſum Sacramentū, quod eſt vera cauſa efficiens illius gratiæ.

Ter-

Tertiò diſparitas eſt: quia etiam in adultis, cùm baptizantur, non ità requiritur propria fides ad verum Sacramentum conficiendum, ſicut requiritur ad gratiam, & ſalutem conſequendam. Etenim, ſi baptizetur hæreticus, non habens veram fidem, validè baptizatur, & recipit per verum Sacramentum characterem Baptiſmi, dummodò intendat ſuſcipere Baptiſmum illum, ſicut Chriſtus inſtituit, & Eccleſia tradit: & tamen non conſequitur gratiam, & remiſſionem peccatorum: ergo mirum non eſt, ſi in paruulis baptizãdis poſſit ſuppleri defectus propriæ fidei per fidem Parentum, aut Eccleſiæ; non autem in eis iuſtificandis, ac ſaluandis ſine baptiſmo.

Reinſtat capite 11. Baptiſmus non confert gratiam iuſtificantem; niſi fidelibus: ſed pueri, rationis vſu carentes, non ſunt fideles, quia non habent propriam fidem: ergo per Baptiſma iuſtificari non poſſunt; vel ſi iuſtificarentur, id potiùs fieret per Parentum fidem, quàm per Baptiſma. Maior patet ex ſacris Scripturis, vbi expreſsè habetur, fidem eſſe medium neceſſarium ad iuſtificationem, & ſalutem: dicitur enim Ioann. 3. *Qui non credit, iam iudicatus eſt*. Item Rom. 3. *Arbitramur, hominem iuſtificari per fidem*. Et Hebr. 11. *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo*.

Reſpondetur, paruulos in Baptiſmo iuſtificari non ſine vlla fide propria: nam, quamuis non ha-

beant fidem actualem; recipiunt tamen virtute Baptismi simul cùm gratia iustificante habitum infusum non solùm fidei, sed etiam spei, & caritatis, in quibus consistit iustificatio: & de hac habituali fide infusa intelligitur illud Act. 15. *Dans illis Spiritum sanctum, & fide purificans corda eorum.* Quarè Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 7. definiuit, in Baptismo infundi cum remissione peccatorum fidem, spē, & caritatem: & sess. 7. can. 13. docuit, paruulos baptizatos hac de causa verè dici, & esse fideles: cùm tales potiùs dicamur ab habitu fidei, quàm ab actu. Vndè habes, duplicem fidem ad Baptismum pertinere: alteram actualem, quæ præcedit Baptismum, vt dispositio quædam; & hæc in adultis est propria; in paruulis aliena, nimirùm aut Parentum, aut saltem Ecclesiæ: alteram habitualem, quæ infunditur per Baptismum, vt pars essentialis iustificationis; & hæc ita est in paruulis baptizatis propria, sicut in adultis.

ղաց կամ եկեղեցւոյ քահանային
26 առ ի մկրտել զմատաղս ի ջրհորսն զբնութեան առանց հաւատոց նոցին, և թէ
ոչ քահանային առ ի յարդարս
ցուցանել և փրկել զնոսա առանց մկր
տութեան.

Զորդ" առաքելոյն ասելով: եմկր
տութիւն ոչ բերէ զշնորհս արդարու
թեան, եթէ ոչ միայն հաւատացելոց:
նոքա նրբախոյզ՝ ջնջելով զբանսեռո
ղութիւն, ոչ էին հաւատացեալք. այլ
ջնջին զհատուածս յինքեանս: ապա
ուրեմն ոչ կարեն մկրտութիւն արդա
27 րանալ. և կամ եթէ արդարանան;
լինի այս առանձինն ի ձեռն հաւատոյն
ծնողացն. քանզի է ի ձեռն մկրտու
թեան: և զորդ" ի մէջ գոյին ցուցանի.
թէ առանց հաւատոց ոչ կարէ ոք ար
դարանալ և փրկիլ. զի "իշխող երդ"
պլինն ասէ. Ոչ ոչ հաւատոյ ինոսա.
արդէն նոքա դատապարտեալ է] և ի
հանգոյց երդ" պլինն ասէ. Հաւատ
քեմք հաւատոցք արդարանալ մարդ
դոյ:] և ի յեբրայեցւոց. Յա. պլինն ասէ.
առանց հաւատոց անհնարս է հա
28 ճոյ լինել ոյ:]

Պատճառ. Թէ նրբախոյզ արդարա
նան ի ձեռն մկրտութեան ոչ առանց
հաւատոց ինչ իրբևանոյ: քանզի թէ
պէտ չունին զնախդրծութիւն հաւատոյ. սակայն ի ձեռն մկրտութեան հնոյնան
լինին ի միոյ հոգւոյ նոցայ հանդերձ շնորհօքն ունակութեամբն հաւատոյ, յու
սոյ, և սիրոյ. որովք մարդ արդարանայ: և քանզի սոյն հնոյնան ունակութիւն հա
ւատոյն ինամն այն որ ասի ի դրծոց. Յե. երդ" պլուինն. Թէ առաքեաց նոցայ դիր
պլին սէ հաւատովքն սրբել զսիրտս նոցայ:] Եմ որոյ աւելին ոյ սէ Յոդուին սահման
նեաց. Թէ ի մկրտութեան հնոյնան լինին հանդերձ ողորմութեամբ մեղացն հաւատք,
յոյս, և սէր ի մէջ հոգւոյ մկրտելոյն. և թէ սակս այսորիկ մկրտեալ մանկունքն
ջնջապատուականս են և հոգին հաւատացեալք. զի մեզ հոգիով այսպէս առաքել մի ոնոյ
հաւթէ հաւատոյ քան թէ մի՛ նմանապրծութեամբ նոցա: Հաստատ յայտ լինի. Թէ
հիմն հաւատք պատճառն մկրտութեան. այնոր նմանապրծ սահման. որ ժամանակ մկր
տութեան իբրև պատրաստութիւն ինչ. և այս հաւատքս ի բանաւոր մարդոյն ի

ծուցք

իւրական . և՛ ի մանկունս է՛ օտարական . ՅԴ . ծնողաց կամ ևիեղբարց : եսկ միւս է՛ ոչ ազգական , որ հնդուն՛ ի ձեռն միւսոն-Քնան իբր հարկաւ՛ որ ինչ ևս արդ- քանալոյն . և այս հաճ ասացս է՛ իւրական , որպես՛ ի յայլ մարդիկն , նոյնպէս և՛ ի մանկունս :

ՅԱՂԱԳԱՍ

Ջրկնելոյ զձևն բանից՛ ի միւսոն-Քնէ.

Երրորդ գլուխ :

Երրորդ՛ ինդիրք լինի . արդ՛ Թէ հայ պաշտօնեայ , ընկղմելով ա
երեցս՛ ի ջուր զերբեքայն , կարօղ ինչ I
երեցս անգամ կրկնել զբոլոր ձևն բա
նին . ասելով իւիմոյ իւրաքանչիւր
ինքնգնման՛ ի ջուր այսպէս . միւսոն՛ ի
ձեռս իմ այս անուն Ծառայ յիս քիս յա
նուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ :]

Պատճառն ասանք հայոց սահմանք
լով : զի որոյ և զերեցին՛ ի մկր մաշտո
ցին իւրեանց այսպէս . Երիցն անգամ ըն
դունէցէ զորդի ըմնայն յաւազանն .
և ածէ ջուր զգլխոյն . ասելով երեցս
անգամ այսպէս . այս անուն Ծառայի քիս. բ
նկրել կամաւ յեղեսեայոյ՛ ի միւսոն 2
Քնէ . միւսոն այժմ՛ ի ձեռս իմ յանուն
հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ : գնեալ
արեամբն քի՛ ի Ծառայութիւն մեղաց.
ընդունիս զպատառութիւն որդեգրու
թիւն հօրն երկնաւորի . լինիս ժառանգ
գանկից քի , և ասեալ հոգւոյն սրբոյ
զայս երեցս ասելով , երեցս ընկղմէ՛ ի
ջուրն , ձայնելով միշտ հետ Քէ . որ
նշանակէ զերեքօրեայ թաղումն քին]

Եւակ այս պատճառս է՛ ոտիւսոց
ասանց : քանզի ևՔէ ընդ երիս ընկղ
մութիւն երեցս անգամ ազատագործ
նոյն ձևն բանին՛ ի բահանայէ . ոչ մի
արդ՛ է , այլ երեք միւսոն-Քիք կա-

DE REPETITIONE

Formæ in Baptiſmo.

Sectio III.

QVæritur tertiò : Vtrùm in Baptiſmo trinæ immerſionis licitè poſſit Miniſter Armenus ter repetere totam Baptiſmi formam , ita vt in vnaquaque immerſione dicat : *Baptizatur N. ſeruus Chriſti in nomine Patris , & Filij , & Spiritus ſancti .*

Reſpondent Pſeudomagiſtri affirmatiuè ; immò ita eſſe faciendum , iniungunt in Rubrica Rituali Armeni de Baptiſmo , his verbis : *Sacerdos demittat infantem in ſacrum fontem , & aquam in caput eius infundat , dicens ter ſic : N. ſeruus Ieſu Chriſti , ſponte veniès ad Baptiſmum , baptizatur nunc per me in nomine Patris , & Filij , & Spiritus ſancti : Chriſti ſanguine redemptus , à peccati ſubiectione liberatus es , in filium Patris Cæleſtis adoptatus , cohæres Chriſti factus , & templum Spiritus ſancti . Hæc ter dicens , ter immergat eum in aquam , ſepeliens peccatum originis ; quo ſignificatur triduum ſepulturæ Chriſti .*

Sed hæc eſt hominum inſcientium inepta præceptio : nam , ſi in huius Sacramenti adminiſtratione

cum trina immerſione ter etiam tota forma à Miniſtro pronunciaretur, certè non fieret vnum, ſed triplex Baptiſma: quia, cùm vnumquodque Sacramentum ſufficienter per ſuam formam, & materiam compleatur, iam poſt primam formæ prolationem, & immerſionem in aquam haberetur perfectum Baptiſma: ergo, cùm iterùm, ac tertiò eadem forma repeteretur in ſecunda, & tertia immerſione, ſecundò, ac tertiò rebaptizaretur Oblatus: quod certè non eſſet aliud, niſi bis incaſsùm idem iterare Sacramentum, eiq; inferre iniuriam, ac proindè committere Sacrilegiũ; quia, cùm Baptiſma imprimat characterem, & ideò ſemel tantùm in vita ſuſcipiendum ſit, iuxta illud, quod cum Armenis in Symbolo canimus: *Confiteor vnum Baptiſma in remiſſionem peccatorum*: omnis alia iteratio poſt validam eius primam ſuſceptionem fruſtratoria eſſet, ac ſacrilega. Quarè inquit D. Thomas: *Si quis intenderet ad vnáquamq; immerſionem vnum Baptiſma dare, ad ſingulas immerſiones repetens verba formæ, peccaret, quantùm in ſe eſt, pluries baptizans.* Quamuis autem excuſari poſſèt Armeni Sacerdotes à Sacrilegio, ſi formam illam non repetant, niſi cum intentione conferendi vnicum tantùm, & non triplex Baptiſma; tamen non excuſantur à graui peccato, niſi fortè ob ignorantiam inuincibilem, præcipuè ſi nata ſit ab antiquo Eccleſiæ ſuæ ritu, & conſuetudine.

D. Thom. 3. par. quæſt. 66. art. 9. ad 3.

Re-

ատրեին: զի խոտանչելի ոչ խոր հուրդն Քրիստոսի կատարի: ապա յետ առաջին ընկղմութեան և արտաբերութեան ձևացն կատարեալ լինէր առաջին մկրտութիւնն. և յորժամ յետոյ դարձեալ և երիցս երկրորդ"նոյն ձևն "ի յընկղմ" և յերդ" ընկղմութեան, երկիցս և երիցս սկզբ առեալ լինէր ընդ-այն ընդվայր և "ի զուր. և անարգութեի լինէր սբ խորհրդոյն երկու անգամ. ոչ է մեղք սբա պնդ-ութեան: զի խորհուրդ մկրտութեան ապահովութեի զինեալ "ի միոյ հղդ. զի այսորիկ ոչ անգամ պարտ է առնուլ զնա, և ոչ կրկնել. որով եր գնեմք "ի մեզ ոչ հաճ առաքելն. Քէ խոստովանիմք զմի մկրտութի "ի Քրղութի ասեցաք:] Բայց ասէ սբն Թոմաս ապրիճացին այսպէս. ևրէ ոչ ըզ դիտաւորութեան ունէր առ իրա քանչիւր յերից ընկղմութեացն տալ զմի մկրտութի, երկնելով երից անգամ զբանս ձևացն. մեղանչէր մեծ հուշգի, բազում անգամ մկրտելով:]

Հաւատ մեք պահպանիմք. Քէ պարտ է հայոց "ի մկրտութեն մի անգամ միայն արտաբերել զձևն բանին. ասե լով այսպէս: ևՀ յս անուն Ծառայի քո մկրտեմ այժմ "ի ձևոս իմ յանուն հոր. զայս ասելով պարտաւորեալ "ընկղմել զնե զերեխայն "ի լուս յառաջին անգամ: և ասելով. ևս որդւոյ. ընկղմեսցե զնե յերկրդ" անգամ: և ասելով. և հոգւոյն սրբոյ. ընկղմեսցե յերրդ" անգամ: և այլ ևս մի՛ կրկնեսցե զնոյն ձևն: ևս այսպիսի է հին սովորութի յարևելեան և յարևմտեան եկեղեցւոյ. և յիշէ զնա սբն կղէմէս "ի Քրիստ. երդ" կանոնն առաքելոյն. և սբն

դիոն

Reſpondendum igitur eſt, in tali Baptiſmo debere Armenos Miniſtros ſemel tantùm formam proferre, ita vt in prima merſione dicatur: *N. ſeruus Ieſu Chriſti baptizatur per me in nomine Patris:* in ſecunda, *& Filij:* in tertia, *& Spiritus ſancti.* Talis enim eſt antiquus Eccleſiæ tum Orientalis, tum Occidentalis mos, & conſuetudo; cuius meminit S. Clemens in Can. 49. Apoſtolorum; Dionyſius Areopag. cap. de Baptiſmo; Cyrillus Hieroſol. Catech. 2. Baſilius lib. de Spiritu ſancto, cap. 29. Chryſoſtomus homil. 24. in Ioan. Auguſtinus Serm. 91. & 201. alijq; SS. Patres: à quo ritu non debet Armena Eccleſia recedere, præſertim ob allatam ſupra rationem. Sic enim, licèt ter immergatur Oblatus ad ſignificandum triduũ ſepulturę Chriſti, ac etiam Trinitatem diuinarum perſonarum; vnum tamen reputatur Baptiſma ob vnicam formę prolationem.

Quocirca ſciendum Armenijs eſt, quòd hæc trina immerſio requiritur ad Baptiſma duntaxât ex inſtituto Eccleſiæ: cùm ad eſſentiam eius ſufficiat vna, & quælibet ablutio aquæ, vt habetur ex Concilio Toletano 4. cap. 5. & docuit S. Gregorius Papa in Epiſt. ad Leandrum Epiſc. dicens: *Reprehenſibile eſſe nullatenùs poteſt, infantem in Baptiſmate vel ter, vel ſemel immergere: quoniam & in tribus immerſionibus perſonarum Trinitas, & in vna poteſt Diuinitatis ſingularitas deſignari.*

DE

Su-

DE MINISTRO

Baptiſmi in caſu neceſſitatis.

Sectio IV.

QVæritur quartò: Vtrùm in caſu neceſſitatis, ſeu periculo mortis, abſente Sacerdote, liceat alijs baptizare?

Reſpondent Pſeudomagiſtri cũ Gregorio Dattieuenſi, in lib. Interrog. tract. 34. nulli in quouis caſu licere Baptiſma conferre, niſi tantùm Sacerdoti. Quarè mos eſt apud Armenos, vt infantes in mortis periculo conſtituti, ſi abſit Sacerdos, mori permittantur ſine Baptiſmo: quod ſæpiſſimè accidit, præſertim in partione mulierum: nec cogitatur, quòd decedentes ſine hoc Sacramento, ad æternam ſalutem ſimpliciter neceſſario, pereunt in æternùm.

Sed immanem hanc hæreſim damnauit Eccleſia tum per conſuetudinem, quam ſemper tenuit, vt Baptiſmus in extrema neceſſitate à quolibet homine conferatur; tum per Concilium Florentinum, quod in Decreto, pro Armenis ſpecialiter edito, ſic definiuit: *Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos, cui ex officio competit baptizare: in caſu autem neceſſitatis baptizare poteſt non ſolùm Sacerdos, vel Diaconus, ſed etiã Laicus, vel mulier*, &c. Et Romana Eccleſia in Profeſſione Fidei, quam Armenis, alijſque Orientalibus

Concil. Floren. parte 3. ſeſſ. vlt.

ՏԱՂՄՍԴԱՍ

Պաշտօնէն մկրտութեան՝ ի ժամանակ մահուան եղելոյն.

Հարց. դ. խնդիր:

ՀԱՐՑՔ՝ իսպիտակելինի. Եւ հինգերորդ՝ ի կարծիք մահու, յորժամ ոչ գտանիցի պատրաստ քահանայ, կարող իցէ այլոք մկրտել փոխանակ քահանայի:

Պատասխանէ գրիգոր տաթեւացին՝ ի գիրս հարցմանց. Եթէ ոչ ինչ եղբիք կարող է այլ ոք մկրտել բայց՝ ի քահանայէ: Եւ ա՛յս պատճառ ունի՝ զի հայոց երկիր մահու անկանին. և ոչ գտանիցի քահանայ. Եղծուն ըզ որոյ մեռանիլ առանց մկրտութեան. և այս բազում անգամ հանդիպեալ. մանաւանդ՝ ի ծնանիլն կիրեխայիցն և ոչ գիտաւ ածին. Եւ մանիսու՝ ըզ՝ որ մեռանին առանց այսր հարկաւոր սր խորհրդոյս, կորնչին յաւիտեան:

Cæterùm, si voluerint Armenij, vt deinceps hoc Sacramentum à solis Episcopis sibi conferatur, erunt quidem laude dignissimi, sin minùs; aliqua saltem ab ipsis, ne eius collatio irrita planè sit, erunt seruanda: Primum, vt ipsorum Patriarcha (qui solus Chrisma conficit apud eos, iuxtà morem aliorum Orientalium) antequàm illud benedicit, & confecrat, ritè componat ex oleo oliuarum, & balsamo: quæ duo simul admixta, & ab Episcopo confecrata, sunt necessaria, & sufficiens huius Sacramenti materia. Quarè, cùm soleant ipsi cum oleo prædicto vinum miscere, in quibus varia priùs odoriferorum genera decoquent, ac deindè balsamum adiungunt; monendi sunt, vt vinum illud ne admisceant; vel, si omninò admiscere velint, fit saltem in parua quantitate, & decoctio adeò longa, vt absumatur vinum, manente oleo: idque, ne materia necessaria vltrà modum notabiliter alteretur.

Secundum, ne Armeniorum Parochi vetus Chrisma sæpiùs per simplex oleum renouent: quod ob inopiam, & difficultatem habendi aliud, facere ita frequenter solent, vt verum Chrisma ob temporis longitudinem, & frequentes renouationes penitùs obsolescat: sed studeant quotannis à suo Patriarcha Chrisma nouum accipere.

Ter-

Tertium, & vltimum, vt, cùm Ministri Chrismate baptizati frontem consignant cum debita verborum formula, intentionem habeant conferendi aliud à Baptismate Sacramentum, nempè Confirmationem. Quippè cùm semper soliti sint immediatè post Baptisma chrismationem hanc facere; ipsorum plerique ob inscientiam putant, illam non esse Sacramentum à Baptismo distinctum, sed potiùs circumstantiam quandam, ad actum illum Baptismi pertinentem; sicut cùm Latini verticem puerorum Chrismate post Baptisma inunguntur. Ob causam defectus huius tertij requisiti, ac prætereà quia chrismatio illa frontis non fit ab Episcopo, Scriptores nonnulli referunt, non esse apud Armenos Confirmationis Sacramentum. Nihilominùs oppositа sententia probabilior mihi videtur: cùm ad primam rationem, ex defectu intentionis petitam, responderi possit, sufficere intentionem vniuersalem, quam omnes Armeni Presbyteri habent faciendi per illam frontis chrismationem quicquid facere intendit Ecclesia Christi; quæ quidem intentio corrigit intentionem, & errorem illum mentis particularem. Ad secundam autem responsum iam suprà fuit.

ՀԲ 38

ինոյն և օրհնեալ իւղիկով: և զինա-
քան նիմեն յառաջ գՀԷՆ զայն ընդ այլ
նրա հատարքեա. զոր շատոյն ԵՒ զրի
նն և խառնելն ի ՀԷՆԻՄԱՆՆ սնոտա
շաՀ Է նո-ՔՈՅՆ: ապա ԵՒ ամենևին
կամիցին խառնել զրինելն. սակաւ
խառնացն. և նիւթ ուն նրկաք լինի.
սինչ զի կարասցէ նիմանալն ոչ ընդ
նալ զինելն. և Շատ սիայն ՀԷՆ.
ընդ որում խառնեացն բաւականինն զի
սի այլոյլեացն հարկաւոր նե-ՔՆ:

Երկրդ՝ պետասցեն. զի ոչ պարտ
է քահանայիցն նորոգել զհինն սեռանն
ՀԲ զերաբերելով նման զայլ հատարակաց
39 կան ՀԷՆն: զի տալոր են ոմանք զայս
զերաբերու-ԵԼ քազաւմանգամ ոտ
նել զի պակասու-ԵԼ հինն սեռանին:
ուստի կրկնելով զՀԷրաբերու-ԵԼն՝
Հշմարիտսեռանն խառնեն. և չեսց
սուանդ-ՔՈՒՆ խառնեն և խորհուր
դն: ոսկս այսորիկ Քանացին սե-ՔՈ
երկրորդքն չեռ-քաքանչիւր սուր-ՈՂ
յաձախել և պատրաստիչքն ե-ՔԼԱՆ
պետ սեռանն:

Երրդ՝ ԵԼ յորմամ պաշտանել
ոչքն դ-ՔՈՅՆ սեռանին զՀԱՆԱԿԱՏ
ՀԲ սկսուելոյն պատշաճու-ՈՂ ձեռօք բա
40 նին. պետ է նոցա ուն-ել դ-խոտո-ՔԼ
բաս-ԵԼ պաշտելոյ զայլ խորհուրդ զա
ուել՝ և սկսու-ԵԼ. չյ. զխորհուրդն
դ-ՔՈՅՆ: քանզի ոմանք հայոց քահա
նայք չի անգիտու-ԵԼ ե-ՔԼԱՆ կար
ծեն. ԵԼ դ-ՔՈՅՆ ձակատն զինեն սկ
քսու-ԵԼանն պաշտաձի առ նոյն խոր
հուրդ սկսու-ԵԼն և ԵԼ նուիրե-ՔՆ չի
նե այլ նոր խորհուրդ: որ է սխալա-ՔԻ:

Հնգերդ՝ պետասցեն ոմանք զրկիլն՝ և դերս ե-ՔԼԱՆ. ԵԼ ստ հայս ոչ կա
տարե այս դ-ՔՈՅՆ խորհուրդս զոմն երից պատճառաց: Նախ՝ զի ոչ պահ
ած զիտեն եկեղեցւոյ, այլ քահանայն ստանայ հրամանն զկատե-ՈՂ հայրապետին
ամենայն եկեղեցւոյ: Երկրդ՝ զի ոչ դնեն զձեռն իւրն զկատեն, յորմամ դ-ՔՈՅՆ՝

քան

ՏԱՂԱՊԱՍ ՀԱՂՈՐԴՈՒԹԵԱՆ

Պրակտ. Գ:

Վասն նիւթոյ և ձեւոյ խորհրդոյս.

ԱՌԱՋԻՆ ԳԼՈՒԽ:

DE SACRAMENTO EVCHARISTIÆ

§. III.

De materia, & forma illius:

SECTIO I.

QVæritur primò: Quæ ſit materia, & forma Sacramenti Euchariſtiæ? 1

Reſpondetur circa materiam, quòd ſit panis triticeus, & vinum ex vite: quia Chriſtus hoc Sacramẽtum ſub ſpeciebus panis, & vini inſtituit. Sic Armeni omnes ſummo conſenſu cum vniuerſali Eccleſia ſentiunt; qui etiam in hoc Sacramento conficiendo vtuntur laudabiliùs pane azymo iuxta ritum Occidentalis Eccleſiæ, propterea quòd Chriſtus illud inſtituit primo die azymorum, vt teſtantur Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. quo die panis fermentatus in domibus Iudæorum eſſe prohibebatur, vt habetur Exod. 12. Improbandi tamen non ſunt, qui panem fermentatum iuxta ritum ſuæ Eccleſiæ in Euchariſtia vſurpant 2

ՀԱՑԸ լինի խնդիրք. Թէ զինչ իցէ նիւթ, և ձեւ ամենասք այսր խորհրդոյս հաստատեմք:

Պատասխանի Թէ նիւթ է՝ հայ՝ ի ցորենոյ, և գինի՝ ի յորթոյ: քանզի տէրն մեր յիւրում ըստ զխորհուրդս զայս հաստատեաց՝ ի ներբոյ առասկաց հացի և գինւոյ: ԱՀյապէս հաւատան ընդհանրական եկեղեցւոյ հայոց սուրբ և կատարեալ զայս խորհուրդս բաղադրել հացիւ ըստ սահմանաց հռոմէական եկեղեցւոյ: վասն զի հաստատեաց զնա քրիստոս յառաջնում աւուրն բաղադրականացն, ըստ մատթ. և մարկոսի, և ղկաս. յորում աւուր արգելեալ էր ամենայն յուդայեցւոյ՝ ի տունս իւրեանց զխմորեալ հացն. որպէս ասէ՝ ի յելից. ԻԲ. կոդ" գինւոյ ընդեմն և ոչ պարտ իցէ անարգել զայսոսիկ. որ ըստ սահմանաց եկեղեցւոյ իւրեանց՝ ի նիզ առնուն՝ ի

խոր

pant, quia talis panis ſpecie non differt ab azymo, ſed tantùm accidentaliter; & ideò eſt etiam apta huius Sacramenti materia, vt definiuit Concilium Florentinum.

Reſpondetur circa formam cum eodem Concilio; illam eſſe verba Saluatoris, quibus hoc confecit Sacramentum. Quarè cùm Sacerdos in perſona Chriſti ſuper panem dicit: *Hoc eſt corpus meum*. & ſuper vinum: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, &c. virtute horum verborum ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem ipſius conuertuntur, remanentibus ſolùm panis, & vini accidentibus.

Quantùm ad Armenos, (vt ea tantùm de more dicamus, quæ illorum ad rem faciunt, & non amplius) profert quidem eorum Sacerdos, cùm in Miſſæ Sacrificio hoc perficit Sacramentum, eadem omninò Domini verba, dicens ſuper panem: *Hoc eſt corpus meum, quod pro Vobis, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum*. & ſuper vinum: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro Vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum*. Verùm an hæc verba ſint huius Sacramenti forma, nec ne; nihil certi vniuersùm ſciunt, & triplex in hac re apud eos opinio circumfertur.

Prima eſt imperitorum quorundam Magiſtrorum, qui à me de hac re interrogati, reſponderunt; inchoari conſecrationem Corporis, & Sanguinis Chriſti ab Oblatione, quæ fit in Miſſa; & continuari de-

inceps, donec per reliqua verba, quæ paſſim à Sacerdote in tota actione illa proferuntur, conſummetur. ad hoc dicendum inducti; quia, dum ante conſecrationem oblata munera circùm altare ſolenni ritu, tinnituque campanularum à Miniſtris deferuntur, Chorus canit: *Corpus Dominicum, & ſanguis ſalutaris coràm adſunt: Cœleſtes Spiritus inuiſibiles concinunt, ſine intermiſſione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Virtutum.* & populus ad eadem adoranda munera procidit, aliaque præcipui cultus indicia exhibet: ac non multò poſt iterùm Chorus canit: *Chriſtus in medio noſtrùm apparuit: qui Deus eſt, hìc reſedit,* &c.

At hęc ſententia tum inſipientię, tum impietatis arguitur: ac nullo alio nititur fundamento, niſi falſa opinione rudiſſimæ plebis, quæ ad adorandum ea, quæ adhuc conſecrata non ſunt, à ſonitu campanularum, & cantu verborum illorum decepta inducitur: cùm Sacerdos Armenus nulla eouſque temporis verba protulerit, quę ad Euchariſtiam conſecrandam apta videri poſſent, ſed ſolùm ea, quę pertinent ad munerum oblationem. Deinde conſtat, tranſubſtantiationem in Euchariſtia non fieri ſucceſſiuè, ita vt in ea conficienda aſſignari poſſint tempora inchoationis, progreſſionis, & conſummationis; ſed fieri totam ſimul in vno, eodemque inſtanti temporis immediatè poſt prolationem certorum verborum, quæ ex inſtitutione

Chri-

Christi eam efficere valeant.

Ad ea verò verba, quæ Chorus canit, dum oblata munera circumferuntur, respondeo; quamuis non dubitem, quin ab Armena Ecclesia intelligantur in significatione futuri temporis; tamen, vt excitetur populi desiderium, ac præparetur deuotio erga mox futuram Consecrationem, proferuntur in significatione præsentis, & præteriti: tamen, quia sic accepta, vt sonant, sunt erroris occasio, debere prorsùs Ecclesiasticos aut illa corrigere, aut è medio tollere, sicut etiam à quolibet campanularũ sonitu, aut alio externo cultu tunc abstinere, ne per hæc Armenus populus ad Idololatriæ speciem inducatur.

Secunda opinio est aliorum hæreticorum, qui asserunt. Consecrationem, seu transubstantiationem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ne tunc quidem perfici, cùm Sacerdos Armenus profert illa Domini verba: *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus:* sed potiùs, cùm multò post illa, & alia verba, quibus mentionem facit passionis Christi, hæc subijcit submissa voce: *Adoramus, & rogamus te, benignissime Deus; Vt mittas in nos, & in hæc proposita munera Spiritum sanctum tuum coæternum, & coëssentialem; quo panem hunc benedictum, corpus verè facias Domini, & Saluatoris nostri, Iesu Christi: & Calicem hunc benedictum, sanguinem verè facias Domini, & Saluatoris nostri, Iesu*

Chri-

Chriſti, tranſmutans Spiritu tuo ſancto (hic Rubrica, ab ijſdem hæreticis deprauata, ſic habet: *Ter hæc verba replicet: poſt quæ corpus, & ſanguis Chriſti perficitur. deindè dicat:*) *Vt fiat hoc nobis, & omnibus appropinquantibus, non in condemnationem, ſed in expiationem, & remiſſionem peccatorum.* (hìc iterùm inquit Rubrica: *Ne audeat deinceps Oblata ſignare, ſed reſpiciat illa, Vt Deum*).

Ita, præter alios, docet Vartanus lib. de Monitis, cap. 4. vbi Latinos etiam reprehendit, quòd aſſerant, Sacerdotem per illa præcedentia Domini verba hoc iam Sacramentum peregiſſe. tres autem pro ſe affert vanas ratiunculas: Prima eſt, quia non poteſt, inquit, panis, & vinum fieri corpus, & ſanguis Chriſti, niſi inuocetur etiam Spiritus ſanctus: nam Pater ſine Filio, & Spiritu ſancto, nihil ad extra facit. Secunda, quia nec idem fieri poteſt, niſi priùs fiat commemoratio paſſionis Chriſti: nam Dominus ait Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: & Apoſtolus explicat: *Quotieſcunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis*. Tertia, quia Chriſtus, poſtquàm dixit: *Hoc eſt corpus meum*: ſubiunxit: *Hoc facite* &c. ergo tunc à nobis hoc fieri videtur Sacramentum, cùm poſt præcedentia illa Domini verba enarrata, effectiuo modo loquimur, Deum rogantes, vt faciat panem corpus Chriſti; non au-

12

13

14

ſuum

ապասցէ զհացդն մարմին քո. և ոչ յոր ժամ պատմական կիրսիւն խօսիմք. Եւ ըրիստոս այդ ասաց և այդպէս արաց։

Ժե 15

Բայց կարծիքս այս է՝ չար աղանդ. հակառակ ամենայն առաքելոյն, և ոչխարիս վրդովմունքէ սրբոց հարցն, և աւանդութենէ ընդհանուր եկեղեցոյ. որպէս յետոյ ցուցանեմք, յորժամ և պատիւն առացուք վիրսգրեալ առարկութեանցն վասդանայ։

Ժզ 16

Աղաչեմ երբեմն կարծիքն է՝ այլոց ուղղափառ հայոց վրդովատաց. որք համաձայնելով արեւելական և հնագոյն վարդապետաց ժողովոյն, ուսուցանեն. Եւ յայնժամ կատարի այս խորհուրդս և լինի յեղափոխութիւն գոյութեան. յորժամ քահանայն ասէ զերբեմն պարզ հաց անկ բանն, որով կատարելոյ պատարագիս ներկայանայ իմաստաւոր էութիւն մարմնոյ և արեան տեառն մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի. որում ամենայնագործութիւն հաւանեցան առ հարսն ժողովքն չորք. լատին նացիք, յոյնք, և հայոց հրեշտակքն։ և զնոյն կրկին հաստատեաց յետոյ սբ ժողովն տէրնեցոց։

Ժէ 17

Աղաչեմ այս չէմարիտ բանս հաւանական ասաց նախ ցուցանել ի սուրբ գրոցն։ քանզի բնչ յայնժամ կատարեաց զայս խորհուրդս հաղորդութիւնն. յորժամ ասաց. աղ յէ մարմին իմ. աղ յէ արիւն իմ. որպէս և ինքեանք հայք յայտնապէս խոստովանեն։ և ոչ ասաց յայնժամ. արասցի կամեցեալ այս հացս մարմին իմ. և այս գինիս արիւն իմ. որպէս պատշաճ ունէնայր ասել առարանիչքն և պօղոս յառաջին կորնթացոց. Քա. գլխին։ առաւ ուրեմն զհաց

autem, cùm narramus, Christum ita feciſſe, & ita loquutum eſſe.

Verùm hæc opinio, quæ fuit etiam nonnullorum è recentioribus Græcis, quàm falſa ſit, & contraria traditionibus Sacræ Scripturæ, ſanctorum Patrum, & vniuerſalis Eccleſiæ, mox infrà demonſtrabitur, vbi & ad propoſitas Vartani obiectiones reſpondebimus.

Tertia demùm ſententia eſt Armenorum Patrum Catholicorum, qui cum Orthodoxa Eccleſia ſentiunt, hoc Sacramentum tunc effici, cùm à Sacerdote illa eadem Chriſti verba proferuntur, quibus ipſe Dominus illud confecit, vt ſuprà diximus. Ita definiuit Conciliũ Florentinum, ſeſſ. vlt. in Decreto pro Armenis, ipſis Græcorum Epiſcopis, & Armeniorum Legatis conſentientibus: idemque confirmauit poſteà Concilium Tridentinum in Catechiſmo.

Hæc ergo vera ſententia probatur primò ex teſtimonio ſacræ Scripturæ: Nam Chriſtus tunc conſecrauit, & perfecit hoc Sacramentum, cùm dixit: *Hoc eſt corpus meum: Hic eſt ſanguis meus:* vt Armenij ipſi fatentur; neque tunc dixit: fiat hic panis corpus meum, & hoc vinum ſanguis meus: vt patet ex Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. & Corinth. 11. Ergo virtute illorum tantùm verborum, quæ Chriſtus dixit, fit etiã à nobis huius Sacramenti conſecratio, & non, cùm dicitur: *Rogamus te Deus, Vt panem hunc facias corpus Chriſti.* nam ve-

ra forma Sacramentorum eſt illa, quam Chriſtus inſtituit; non illa, quam nos pro libito excogitamus. Dicit autem Sacerdos: *Hoc eſt corpus meum:* & non, hoc eſt corpus Chriſti: quia non in perſona ſua, ſed in perſona Chriſti conſecrat Euchariſtiam.

Præterea, poſtquàm Saluator hoc Sacramentum confecit, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem:* ergo iuſſit, nos ipſos hanc rem facere, imitarique actionem ipſius; & non tantùm rogare Deum, vt ipſe faceret, ac ſi dixiſſet: *Sic facite, ſicut & ego feci:* ſed ipſe tunc conſecrauit, cùm dixit: *Hoc eſt corpus meum:* ergo & nos Sacerdotes, cùm hoc idem in perſona Chriſti dicimus, conſecramus.

Probatur ſecundò ratione: quia ſimilis eſt ratio Baptiſmi, & Euchariſtiæ, vt docet Chryſoſtomus homil. 2. in 2. epiſt. ad Timoth. & Auguſtinus apud Gratianum, diſt. 2. de Conſecr. can. Vtrùm: Sed in Baptiſmo id, quod conficit Sacramentum, non ſunt preces humanæ, ſed illa Domini verba: *Baptizo te*, vel, vt Armenij dicunt, *Baptizatur per me ſeruus Chriſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* Ergo & in Euchariſtia id, quod facit Sacramentum, non ſunt humanæ preces, ſed verba Domini: *Hoc eſt corpus meum: hic eſt ſanguis meus.*

Præterea, preces humanæ non ſunt neceſſario impetratoriæ, præſertim ſi à malo Miniſtro fiant; niſi conſtet de promiſſione à Deo fa-

18

19

20

facta exaudiendi huiusmodi preces: at confectio huius Sacramenti est infallibilis, & certissima, à quocunque fiat ministro, dummodò sit Sacerdos: ergo non debet ab illa humana prece pendere: *Rogamus te Deus, vt panem hunc facias corpus Christi*: quia neque ex verbo Dei, neque vllo Ecclesiæ testimonio ostendi potest, hanc precem esse formam Sacramenti Eucharistiæ, seu annexam habere diuinam promissionem.

21

Probatur tertiò ex Ecclesiæ ipsius Armenæ testimonio: Primò, quia Sacerdos Armenus Eucharistiam conficrat non in persona sua, sed in persona Christi; seu, quod idem est, Christus per os eius consecrat, & sacrificat, repetitque primam illam consecrationem, quam fecerat coram Apostolis: sicut idemmet Sacerdos in sua Liturgia fatetur: nam in ea Oratione, quæ incipit: *Nemo est dignus*: ante consecrationem sic orat: *Fac me dignum, qui offeram tibi ego peccator, & indignus seruus tuus munera ista: tu enim es, qui offers, & offereris, qui suscipis, & donas, Christe Deus noster*: at sola illa verba, *hoc est corpus meum; hic est sanguis meus*, &c. dicit ipse in persona Christi, seu dicuntur à Christo per os eius: ergo solùm per hæc verba fit consecratio: nam alia posteriora: *Rogamus te Deus, vt panem hunc facias corpus Christi*, &c. non dicuntur ab ipso in persona Christi, sed in persona propria: ergo, si per ea consecraret,

22

23

falſum eſſet, quod anteà dixerat: *Tues, qui offers, & offereris*. ac præterea, ſi tunc, cùm ipſe in perſona Chriſti dicit, hoc eſt corpus meum, non fieret panis ille corpus Chriſti, ſed differretur præſentia corporis Domini vſque ad aliorum verborum recitationem; verba illa eſſent falſa, & tunc à Sacerdote mendacium diceretur.

Secundò, quia idem Sacerdos in eadem Oratione Chriſtum precatur, dicens: *Fac me Virtute Spiritus ſancti tui idoneum, cùm ſim Sacerdotis gratia indutus, aſſiſtere ſancto huic Altari tuo, & Sacerdotali operatione conficere immaculatum corpus tuum, & pretioſum ſanguinem tuum*. Ergo propoſitum, & intentio ipſius, cuiuſque Eccleſiæ, quæ hanc Orationem in Liturgia diſpoſuit, eſt; vt ipſe Sacerdos, in perſona tamen Chriſti, & virtute Spiritus eius, conficiat corpus, & ſanguinem Domini; & non, quòd ſolus Deus faciat ad interceſſionem ipſius: igitur non intendit conficere, neque conficrat per illa verba, *Rogamus te Deus, Vt panem hunc facias corpus Chriſti*; ſed potiùs quando dicit, *hoc eſt corpus meum*: nam tunc ipſe non eſt ſola cauſa impetratoria, ſed etiam operatiua, & effectiua illius, quanquàm inſtrumentalis; cùm primaria, & principalis ſit Chriſtus.

Tertiò, quia idem Sacerdos, quamuis ſecretò pronunciet verba illa, conſecrationem præcedentia: *Accipiens panem in ſanctas, diuinas,*

im-

immortales, immaculatas, & effectrices manus ſuas, benedixit, gratias egit, fregit, dediq; recumbentibus ſuis ſanctis, & electis diſcipulis, dicens: tamen clara, & alta voce ſubijcit: *Accipite, manducate ex hoc omnes: hoc eſt corpus meum, quod pro Vobis, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum.* Sic etiam, quamuis ſubmiſſè proferat: *Similiter & Calicem accipiens, benedixit, gratias egit, deditque recumbentibus ſuis ſanctis, & electis diſcipulis, dicens:* tamen alta voce ſubiungit: *Accipite, bibite ex hoc omnes: hic eſt ſanguis meus noui Teſtamenti, qui pro Vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum.* Quorsùm autem hæc pronunciandi diuerſitas? niſi vt oſtendatur, præcedentia verba narratiuè, ac hiſtoricè tantùm proferri; ſubſequentia verò etiam ſignificatiuè, & effectiuè; quaſi etiam per ſe ſola à Sacerdote enuncientur, vt eorum virtute Chriſti corpus, & ſanguis tunc efficiatur. Et, quòd ita ſit, patet præterea ex eo, quòd ad vtraque illa Domini verba, clara voce à Sacerdote pronunciata, Diaconus reſpondet: *Amen:* quæ eſt vox confirmantis, nec ſequi poteſt ad narrationem, quę ſit tantùm hiſtorica, & non etiam enunciatiua. quaſi dicat: verum eſt, quod tu enũciaſti, res ſcilicet illas eſſe corpus, & ſanguinem Chriſti. Tum quia poſt primum *Amen* ſmediatè ſubijcit idem Diaconus, dicens ad Sacerdotem: *Benedic Domine:* quaſi dicat: conſecra ſimiliter & Calicem:

quod ille ſtatim efficit, dicens: *Similiter & calicem* &c. vt ſuprà. Quòd ſi Sacerdos, proferens illa Domini verba, tantùm narraret, & non etiam efficeret; non diceret Diaconus, *benedic Domine:* ſed potiùs, narra Domine.

Quartò, quia idem Sacerdos, immediatè poſt eadem Domini verba pronunciata, dicit ſecreto: *Et hoc ſemper in ſui memoriam facere nobis mandauit Vnigenitus filius tuus, & benefactor noſter*, &c. Et accipiens ſancta Myſteria, ad ſe trahit, dicens: *Et nos Domine ſecundùm hoc mandatum offerentes Myſterium hoc ſalutaris corporis, & ſanguinis Vnigeniti tui, memoriam facimus paſſionis, quam iſte propter ſalutem noſtram ſuſcepit*, &c. Ac poſteà eleuans ambabus manibus eadem ſacra Myſteria, offert Patri, dicens clara voce: *Tua ex tuis tibi offerimus omninò, & pro omnibus*. hoc eſt, ex tuis creaturis, pane ſcilicet, & vino, offerimus tibi tua, nempè corpus, & ſanguinem Chriſti tui, quæ per conſecrationem habuimus. Ac ſubijcit: *Te Domine Deus noſter verè laudamus; & tibi quotidiè gratias agimus; quia admiſiſti noſtram indignitatem, & nos huius tam terribilis, & ineffabilis Myſterij miniſtros conſtituiſti*, &c. Quæ quidem omnia, tum verba, tum Cæremoniæ, manifeſtè declarant, conſecrationem corporis, & ſanguinis Domini iam completam fuiſſe, etiamſi Sacerdos nondùm ad Orationem illam peruenerit: *Rogamus te Deus*, &c.

Quin-

Ժ 30

ԺԱ 31

ԺԲ 32

նոյն բանից առաջ առնել կատարել լեցի մատուցս և ասելս ան է: Եւ թէ այս այսպէս լինի. յայտ է և ա՛լ բա նից առաքեալ ասին. զի առաքեալ այն զինի բանից էին՝ և բահանայ արտա քնելոյն. պատիւ հաստ ունի. այ՛ն ձայն առաքեալական և հաստատական. և ոչ կարէ հետեւել առ առաքեալն թէ. եբր թէ ասիցէ. հաշ յիշէ՛ իսկ ձ մեռեալ. այլ և դու առաքեացեր. եթէ այդ՛ մատուցին և ասին ան է: Եւ ա՛լ և զի նոյն առաքեալ ասին յետ ասելոյ զառա քին հաշտին. վերստաբերէ և ասէ. Օրհ նեա՛ տէր. եբր թէ ասիցէ. օրհնեա՛ համանապէս զքինին. և կատարեա՛ օրհնու թեամբ զաքեւն ան է: հաշտ թէ բահանայն ասելոյ էր զայն բանն ան միայն պատուիրով. և ոչ օրհնելով և գործելով զաքեւն ան. ոչ ասէր նմա առաքեալ ասին. Օրհնեա՛ տէր. այլ ան է ասէր. պատուիրեա՛ տէր: զի ոչ միայն պատուէ. զոչինչ օրհնէ կամ գո ծէ. այլ պատուէ զօրհնելոյն և զգոր ծելոյն:

Զայդ՛ զի նոյն բահանայն յետ ասելոյ՝ և ձայն զբանն ան է, անընդմի՛ ջաբար ասէ՝ և ծածուկ այսպ՛: Եւ զայն միշտ յիւրքիշատակ առնել պա տուիրեաց ան՛ անդրեացք մեզ բարերար գործ եղ միտ ան է. և այլն:] Եւ յե տոյ՝ կարելոյ զընծայն ոչ երկայնին ձե ռամբք, յառաջ մղել ասելով. Եւ տուր մեզ տէր զայս ամենայն պատ շաճեալս յառաջ բերելոյ զայս խոր հուրդ փրկականս մարմնոյ և արեան միածնին քոյ: յիշեմ՛ զքո՛ սուրբ զմ՛ մեր զիւրկապետն զՏարտասիոսն. և այլն:] զսուրբ բանիւ յայտնի ցուցանէ. Թէ ինչ կատարեալ էր զիսորհուրդ մար մնոյ և արեանն էին: Եւ ապա՛ միւս

ցու-

յոյժ-ցանկ զաւետեաց խորհուրդն, և
մատուցանել հօրն ասելով ի ձայն. 33
Օբյա՛ ի բոլոցս քէզ մատուցանեմք
զսա ասի և յիշդս սուրբս քո. յր. ի
բոլոց տանջ ուսուցոյն հայցէ և զի
նոյ քեզ մատուցանեմք զբոլս միա
միանեցուն. յր. զիւրսինս և զարիւնս
քէն բոլ. կոչ այժմ կատարեցաք: Եւ
յետոյ շարունակ ասէ ծածուկ. Օքեզ
աղաչեմք աէր ասի մէր գովեմք. և զքէն
գոհանամք հանապազ. որ զանց արա
քեզ զիւրով անարժանութէս. և զք
մեզ այսպիսի ահաւոր և անպատում
խորհրդոյս կատարել սպասաւո- ՀԸ
րս: } Հաշտ ասի բանիս այսոքիկ յայտ 34
նապէս յուշանայ. զի կատարեալ
էզև փոխարկուածն հացին և գինւոյն
ի մարմին և յարիւնն քէն. Ի նմին քա
հանայն ասէ և ցայժմ ոչ էհաս յա
նել զայն աղօթեն. Հաշտեմք և ինս
դրեմք ի քէն և այլն:

Եւ հետագրէ՞ զի նոյն ինքն գրի
գոյ առաքեացին ի գերս հարցմանց
հաստատէ զնոր վարդապետութիւն
զայս: զի Ի նմի՛ ի մէջ այն գրոցն
սերմանելոյ՛ զարանն անհատաբ մե
ղուքէց, և հայհոյութէց, և յի
մարութէց, և նախանձուց ընդ ՀԹ
դէմ առնեզբարեան եղելոյս ու զրա 35
գիտ բնութենէն: Հանկայն փոխեաց
ի նոյն գերն զբաբի ինչ վարդապե
տութէ ի գրոցն գտանկաց. զոր
Հարպեմանեցին հայք նախնեմանց
զսա առնեն մանաւանդ զայն բանն.
զոր ինքն ասէ ի գլխս յիշդս հաղորդու
թէ այսմ: Հաշտ՞. քանի ևս գոյա
ցականք պատարագին: Գիտելի. ա
ռեալ Ի՛ չգոյս. զի Ի՛ մինն պակաս
լինել. խորհուրդ ոչ կատարի: առա
ջինն՝ քահանայն: երկրդ՞ առնակ հա

ցին

Quintò denique, quia vel ipſemet hæreticorum Armenorum Signifer, Gregorius Dattieuenſis, in tract. de Sacram. cap. de Euchariſtia, ſic habet: *Interrogatio: Quot ſunt Euchariſtici Sacrificij ſubſtantialia? Reſponſio: Dicimus, eſſe quatuor; ex quibus ſi vnum deficeret, myſterium nequaquàm perficeretur. Primum eſt Sacerdos: ſecundum, panis, & vini ſpecies: tertium, intentio conſecrantis: & quartum verba illa Domini, hoc eſt corpus meum; &, hic eſt ſanguis meus.* Et idem replicat cap. de Matrimonio, dicens: *Sicut verba illa Dei ſunt, quæ perficiunt Euchariſtiam: hoc eſt corpus meum; &, hic eſt ſanguis meus; ita ſimiliter*, &c. Nec vſquàm meminit illius Orationis: *Rogamus te Deus*, &c.

Sed dices: Cur ergo, poſt ea Domini verba, & prædictas alias cæremonias, iubet Armena Eccleſia, ſubijci à Sacerdote Orationem illam: *Rogamus te benigniſſime Deus, vt mittas in nos, & in hæc propoſita munera, Spiritum ſanctum tuum coæternum, & coeſſentialem; quo panem hunc benedictum, corpus verè facias Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; & calicem hunc benedictum, ſanguinem verè facias Domini, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, tranſmutans Spiritu tuo ſancto; vt fiat hoc nobis, & omnibus appropinquantibus, non in condemnationem, ſed in expiationem, & remiſſionem peccatorum?* Cur, inquam, Deum rogat, vt faciat, quòd iam anteà

erat

erat factum? & cur docet in Rubrica, in horum prolatione verborum fieri consecrationem, & non potiùs anteà?

ՀԱ 36

Respondeo ad appendicem Rubricæ; fuisse illam ab hæreticis nouissime superadditam, ad suum confirmandum errorem. Neque, quod dico, mirum Armenis videbitur; cùm probè sciant, multa in ipsorum Liturgia à suis vel Magistris, vel Patriarchis pro libito innouari solita. Quantùm ad illius Orationis verba respondeo, quòd Armena Ecclesia per eam Orationē non petit à Deo, vt faciat sacra munera corpus, & sanguinem Christi simpliciter, & absolutè; sed, vt fiat id omnibus communicantibus in salutem, & remissionem peccatorum. Hoc autem non est negare, eadem munera fuisse anteà corpus, & sanguinem Christi absolutè facta per ea Domini verba; sed, cùm vno simul tempore non possint omnia dici: ideò, quod omiserat petere tempore consecrationis (nimirùm, vt fieret id communicantibus in salutem), vt nunc petit, coniungit cogitatione, atque intelligentia hanc posteriorem actionem cum illa priore, ac replicat id, quod iam anteà erat factum: quasi dicat Sacerdos: rogo te, vt quod iam anteà per me fecisti, nunc confirmans, facias etiam, vt fit nobis communicantibus non in iudicium, sed in salutem. Quemadmodùm enim Latini Sacerdotes, quandò ante consecrationem similiter erant,

ՀԲ 37

ՀԳ 38

vt ipsis, hoc est, in sui ipsorum vtilitatem, talis consecratio fiat, dicentes: *Quam oblationem tu Deus in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, Vt nobis corpus, & sanguis fiat dilectissimi filij tui, Domini nostri Iesu Christi:* tunc quidem non petunt, vt per ea verba consecratio fiat; quam credunt mox per verba Domini efficiendam esse; sed, vt in suam, quod faciendum est, fiat vtilitatem: ita pariter, quando Armena Ecclesia post consecrationem hoc ferè idem dicit, tunc non petit, vt per ea verba consecratio fiat; sed iam anteà per verba Domini eam factam esse, credens, petit, vt illa ipsi vtilitatem afferat.

Verùm nihilominùs, quamquàm eadem Ecclesia Orationem illam ad hunc sensum exprimendum ibi posuit; tamen imperiti Sacedotes, tum ex externa eius significatione verborum, tum ex prædictæ Rubricæ, ab Hæreticis superadditæ, falsa assertione decepti, existimant, per eam absolutè peti, ac fieri consecrationem: quapropter, vt hanc certiùs habeant, ter eiusdem Orationis verba repetere solent. nec sciunt, repetionem istam omninò frustratoriam esse: nam, si talis Oratio esset forma huius Sacramenti, vt falsò putant; eius certè repetitio non modò frustrà, sed etiam cum peccato fieret: quippè formæ Sacramentorum (vt diximus §. 1.) si semel ritè proferantur, infallibiliter

liter suum sortiuntur effectum, ac proindè repeti nequeunt sine peccato. Sin autem non est huius Sacramenti forma, vt constat; etiamsi centies repeteretur, nihil efficeret.

Ne igitur tribuatur deinceps imscientibus erroris occasio, debet Armena Ecclesia Orationem illam vel ad alium locum transferre ante consecratoria Domini verba; vel (si noluerit, vt loco dimoueatur) corrigere, & ad clariorem Catholici sensus significationem perducere. Quod optimè quidem perficietur; si, nec multùm à priſtino verborũ contextu recedens, in hunc saltem modum illam pronunciauerit: *Rogamus te, benignissime Deus; mitte in nos, & in hæc proposita munera Spiritum sanctum tuum coæternum, & coëssentialem; & fac, Vt panis hic benedictus, Verum corpus Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi; & Calix hic benedictus, Verus sanguis Domini, & Saluatoris nostri Iesu Christi, fiat nobis, & omnibus appropinquantibus, non in condemnationem, sed in expiationem, & remissionem peccatorum.*

Eòque magis hanc ipsa emendationem adhibere deberet, quòd particula illa, *facias*, quæ in eius sententiæ medio posita fuerat sic: *quæ panem hunc benedictum, corpus Verè facias Domini*, &c. in Liturgia Chrysostomi, ex qua orationem illam mutuata est, non stat in medio, sed in principio, ad hunc modum: *Et fac hunc panem, pretiosum*

եւ ապրեցնէ զմեզ, այլ հատուցանէ, եւ յետոյ լինելոյն այս ի նմանէ բանիցն առնէ; նմանապէս եւ հայոց քահանայքն յորժամ զկնի սրտաբուղխ բողոքին ասեն զի ապրեցո՛ մեզ, յայն ժամ ոչ իսկ եւ պատշաճէ խնդրել, զի ի նեա՛ն այն աղօթիցն կատարեա՛ն խորհուրդն եւ փոխարկումն դոյացութեան, այլ հատո՛ւցանելով, եւ այս յառաջ կատարեցեալ զօրութեա՛ն սահելոյ բանիցն առն; խնդրեա՛ն, զի նոյն հաստատեալն առ ի յետուստ ի ան հանցն իցէ:

Բայց՝ եթէ լինիցի ըստ այսմ ուղղել զիսոյն մատոյս; զոր այժմ մեկնեցեալ, իմաստասէրն հայոց իմանայ զայն ա՛ղօթեա՛ն, սակայն այլ քահանայքն ոչ իմանան այսպէ՛ս. այլ չարամիտս՝ եւ խարեպատիր ասիցեն; եթէ զօրութեա՛ն նոյն աղօթից կատարի մարմնին եւ արեանն քրիստոսի, ապա ես ցուցանեմ առաւ օրէնքն այսոցա բացին: զի որոյ եւ երբեք ունկատ կրկնեն զբանն աղօթիցն, եթէ ընդ ա՛նդ ինչ բանք իցեն. որովք կատարեցան փոխարկումն դոյացութեանն: եւ այն կրկնեն՝ ի տպիտանել ինոյն. քանզի բանքն այնոքիկ եթէ էին ձեւ խորհրդոյս եւ ունէին զօրութեա՛ն փոխարկել զհացն եւ զգինին՝ ի մարմինն եւ յարիւն քրիստոսի, արդարեւ՝ ի մի անգամ ասէին եւ ա՛ռնէին զօրութիւն անդ ի բաց ա՛ղօթել. եւ կրկնէին միւսանգամ ընդ միայն եւ ի զատ՝ զանազատ զօրութիւն բնութեան խորհրդոյն. սակայն այսոքիկ ձեւք խորհրդոցն ոչ կարէին կրկնել առանց ա՛ղաչից: զոմն եթէ ոչ ինչ ձեւ խորհրդոյն, եւ ոչ ունէին զօրութիւն կատարելոյ զփոխարկումն. նոյնպէս կրկնէին եւ երեցս եւ հարիւրիցս՝ այլ ոչ օգտէ. եթէ ոչ միայն առ ի

sum

ſum corpus, &c. Et quod ibi dicitur, *fac*, clarius explicatur in Liturgia S. Clementis (ſicut & in alia S. Baſilij), vbi non dicitur, *fac*, ſed *oſtende*, in hæc verba: *Et mittere digneris ſanctum Spiritum tuum ſuper hoc Sacrificium, teſtem paſſionum Domini Ieſu; Vt oſtendat panem hunc, corpus Chriſti tui, & Calicem hunc, ſanguinem Chriſti tui; Vt qui eum percipiunt, confirmentur in pietate, & remiſſionem peccatorum conſequantur:* hoc eſt, vt oſtendat nobis per effectum ſalutarem, panem iſtum ſanctificatum non eſſe panem vulgarem, ſed cæleſtem. Liturgia quoque Baſilij habet ſic: *Vt oſtendat panem quidem iſtum, ipſum pretioſum corpus Domini, & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti; quod autem eſt in hoc Calice, ipſum pretioſum ſanguinem Domini, & Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui effuſus eſt pro Mundi Vita*, &c. Ex quo cōſtare poteſt Armenijs, quòd Oratio illa fuit inſtituta, vt peteretur à Deo, non conſecratio munerum, ſed æmolumenti perceptio à muneribus conſecratis.

Probatur quartò Catholica ſententia teſtimonio ſanctorum Patrū, qui formam Sacramenti Euchariſtię haud eſſe aliam, docuerunt, niſi Dominica verba. Iuſtinus Martyr in Apologia 2. ſic ait: *Per orationem Verbi Dei ab ipſo Euchariſtiam factum cibum, ex quo ſanguis, & carnes noſtra per mutationem aluntur, illius incarnati Ieſu & carnem, & ſanguinem eſſe, edocti ſumus.* Quæ

ſit autem oratio illa Verbi Dei, mox explicat dicens: *Apoſtoli enim in Commentariis ſuis, quæ Euangelia dicuntur, ita ſibi Ieſum præcepiſſe, tradiderunt; eum acceptopane, cùm gratias egiſſet, dixiſſe: Hoc facite in meam memoriam; hoc eſt corpus meum. dixiſſe etiam accepto calice, cùm egiſſet gratias: Hic eſt ſanguis meus, ipſiſque ſolis dediſſe.*

Irenæus, lib. 5. aduerſus hæreſes, cap. 2. *Quando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit verbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis, & corporis Chriſti.*

Cyprianus in Serm. de Cœna Domini: *Hoc eſt corpus meum: manducauerant, & biberam de eodem pane ſecundùm formam viſibilem: ſed ante verba illa, cibus ille communis tantùm nutriendo corpori commodus erat, & vitæ corporalis ſubſidium miniſtrabat: ſed ex quo à Domino dictum eſt: hoc facite in meam commemorationem, hæc eſt caro mea, & hic eſt ſanguis meus: quotieſcunque his verbis, & hac fide actum eſt, panis iſte ſubſtantialis, & calix, benedictione ſolemni ſacratus, ad totius hominis vitam, ſalutemque proficit, ſimul medicamentum, & holocauſtum ad ſanandas infirmitates, & purgandas iniquitates exiſtens.*

Ambroſius lib. 4. de Sacr. c. 4. *Quomodò poteſt, quod panis eſt, corpus eſſe Chriſti? conſecratione. Conſecratio igitur quibus verbis eſt, & cuius ſermonibus? Domini Ieſu. Nam reliqua cùm dicuntur, laus Deo offertur, &c. Vbi venitur, vt conficiatur ve-*

ապաքիչ առ նմոյ յիշատակի. այս է՛ մարմին իմ; և առնուլ զբաժակն ևս ոգ հայրսն, և ասայ. այս է՛ արիւն իմ; և ՚Ի՛ զայն ևս ոգայ մեղայ մեծի:]

Եւբն Եղիազար ՚ի հինգերորդ՚ գիրս, ոչ ընդ պէս հերձուածոց ասէ: Յոր ժամ խառնեալ բաժակն և բեհեզ հացին ընդունի զբանն աւր. լինի գոյացութիւն ՚ի մարմնոյն և արիւնն ընդ:]

Եւբն հիպոլիտոս ՚ի Ճառն՝ զգոն ընթացից աւր ասէ: Յառաջ քան զբանն ընդ այն հացատրակ կիրակուն յարմար էր մեզ ուտել զնորին և զմարմնական կեանս: Իսկ յորմէ հնչէ ՚ի աւրէ աստուած՝ զոյն ապաքիչ առ նմոյ յիշատակի. այս է՛ մարմին իմ. և այս է՛ արիւն իմ: քանիցս ան դամ այսպիսի բանիւ և հաստատուն ապաքեալ լինիցի. գոյացական հացս այս և բաժակս հանդիսի օրհնութիւք սրբացեալ լինի. և օգուտ առ՚ի նմանէ և փրկութիւն ամենայնի. զի լոյս բժշկութիւն և աղջամիկս առ՚ի բժշկիլ զանկատութիւնս, և սրբել զանօրէնս նոցին:]

Եւբն ամբրոսիոս ՚ի չորրորդ՚ գիրս, ոչ յիշէս խորհրդոցն, ասէ: Օհաւրէ հացն լինել մարմին քն. Եթէ ոչ օրհնութիւն: և օրհնութիւն որպիսի բանիւ լինի. եթէ ոչ աւն յն, բանիւ յորմէ այլ բանիւն ասէն, զորմէ ի մատուցանի աւր: իսկ երբեմն բահանայն ինքն կատարել զխորհուրդն պատուհասի. ոչ ՚ի դորն արժանէ զբանս նոցա, այլ զբանս քն:] և զոյն ասէ սուրբն ՚ի յայլ բազում տեղիս:

Եւբն գրիգոր նիւսացին ՚ի բանն կատեխիսական ՚ի յ. ՚ի. երդ՚ գլխոն ասէ: բայց ոչ ոչինչ հաւատամք. եթէ ոչ աստուածոյ հոգին, ոչ այլ բան

Venerabile Sacramentum, iam non 51
suis sermonibus Sacerdos, sed Vtitur sermonibus Christi. Idem asserit in lib. de Mysterijs initiandis, cap. 9. & in Psal. 38.

Nyssenus, in Orat. catechetica, cap. 37. *Rectè igitur etiam nunc Dei Verbo sanctificatum panem in Dei Verbi corpus credimus immutari.* Et paulò post: *Panis statim per Verbum in corpus mutatur, Vt dictum est à Verbo: hoc est corpus meum.*

Chrysostomus, homil. 2. in epist. 2. ad Timoth. *Quemadmodùm enim Verba, quæ loquutus est* 52
Christus, eadem sunt, quæ Sacerdotes nunc quoque pronunciant: ita & Oblatio eadem est: eademq; Baptismi ratio est. Item in sermone de Proditione Iudæ, tom. 3. *Hoc est, inquit Sacerdos, corpus meum: hoc Verbum proposita in alium rhytmum, seu formam, conuertit.*

Eusebius Emyssenus in serm. 5. de Paschate: *Inuisibilis Sacerdos Visibiles creaturas in substantiam corporis, & sanguinis sui Verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens: accipite, & edite, hoc est corpus meum:* 53
& sanctificatione repetita, accipite, & bibite, hic est sanguis meus. Et in Serm. de Corp. & Sang. Domini: *Quandò benedicenda Verbis Cælestibus, creatura sacris Altaribus imponuntur, antequàm inuocatione summi Numinis consecrentur, substantia illic est panis, & Vini; post Verba autem Christi, corpus, & sanguis est Christi:*

Augustinus, Serm. 28. de Ver-

bis Domini: *Ante verba Christi, quod offertur in Altari, panis dicitur. Vbi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur.* Similiter docent reliqui Ecclesiæ SS. Patres, & Scriptores, maximè posteriores.

Nunc ad tres illas Vartani obiectiones, allatas num. 13. & seq. respondeamus. Ad primam igitur, qua dicebat: Non potest panis, & vinum, fieri corpus, & sanguis Christi, nisi inuocetur etiam Spiritus sanctus: nam Pater sine Filio, & Spiritu sancto nihil facit ad extra: Respondeo; quòd, cùm in huius Sacramenti forma, quam Christus instituit, & Apostolis tradidit, nempè in illis verbis: *hoc est corpus meum: hic est sanguis meus*, &c. non fit inuocatio Trinitatis; ideò nec debemus nos in illius confecratione Trinitatem inuocare; sed facere, sicut fecit, & fieri iussit Christus, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*: id est, facite hoc, quod ego feci. cùm tota Sacramentorum ratio in sola Christi voluntate, & institutione nitatur. Deindè, ex ipsa ratione, quam Vartanus profe subijcit, Consequentia deducitur contra ipsum. Nam, si quicquid ad extra facit vna diuina persona, necessariò faciunt illud idem etiam aliæ: ergo ad Eucharistiam conficiendam non necessariò omnes tres personæ sunt inuocandæ: quia cùm Christus filius per Sacerdotē hoc facere intelligitur, necessariò intelliguntur etiam Pater, & Spi-

Դ 54

Եւ 55

Զ 56

Spiritus ſanctus hoc idem cum Chriſto facere. Adde, quòd neque in illa Oratione, quâ vult Vartanus eſſe formam Euchariſtiæ, Trinitas inuocatur. Non enim ibi dicitur: fiat hic panis corpus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Sed rogatur Deus, vt per Spiritum ſanctum faciat panem corpus Chriſti: vndè ad Chriſti filij corpus faciendum nec Pater explicitè, nec ipſe omninò filius ibi inuocatur.

Ad ſecundam, vbi dicebat, non poſſe confici conſecrationem Euchariſtiæ, niſi priùs agatur memoria paſſionis Chriſti, quæ in Armena Liturgia fit poſt verba Dominica; antè verò illam Orationem, *Rogamus* &c. Reſpondeo, talem memoriam (quæ certè non requiritur ad eſſentiam, ſed ſolùm ad integritatem Euchariſtici huius Sacrificij, iuxta illam Apoſtoli explanationem, *mortem Domini annunciabitis*) pluriès fieri in omnibus Liturgijs, non modò immediatè poſt verba illa Dominica, verùm etiam antè: maximè in Armena, vbi commemoratur etiam Domini paſſio tum antè, tum poſt oblationem panis, & vini; ac rursùs deindè immediatè ante ipſa Domini verba conſecratiua, cùm dicitur: *Propter noſtram, & totius Mundi ſalutem Veniens Voluntariè ad paſſionem Crucis, accepit panem in ſanctas*, &c. vndè ex hac etiam parte Vartani ratio corrueret. Verùm nihilominùs, etiamſi ſemel tantùm hæc paſſio-

ընդ. 57 58 59

paſſionis commemoratio ibi haberetur, ſubſequi illa potiùs deberet, quàm præcedere conſecrationem, primò, quia priùs ponendum eſt id, quod pertinet ad eſſentiam, quàm quod ad integritatem: ſecũdò, quia Chriſtus ante inſtituit hoc Sacramentum, quàm pateretur: tertiò, quia idem Dominus ita fecit, cùm conſecrauit: priùs protulit verba, ad conſecrationem eſſentialiter neceſſaria; deindè verba Paſſionis cõmemoratiua. Inquit enim: [a] *Hoc eſt corpus meum, quod pro Vobis datur:* [b] *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur*, &c.

a Luc. 22.

b Matth. 26.

Ad tertiam, in qua dicebat: Chriſtus iuſſit, dicens: *hoc facite*, &c. ergo tunc illud à nobis fit, cùm poſt præcedentia illa Domini verba enarrata, effectiuo modo loquimur; Deum rogantes, vt faciat, &c. non autem, cùm narramus, Chriſtum ita feciſſe, & ita loquutum eſſe: Reſpondeo, hoc potiùs argumentum contra ipſum procedere. nam Chriſtus iuſſit, nos ipſos id facere, quod ipſe fecerat, & non Deum rogare, vt ipſe faciat. Demonſtratum eſt autem num. 28. & ſeq. quòd verba illa, *hoc eſt corpus meum; hic eſt ſanguis meus*, non dicuntur ſolùm recitatiuè ab Armeno Sacerdote, narrante Chriſtum ita dixiſſe; ſed etiam enunciatiuè, ac practicè, ſeu effectiuè: & ideò, cùm ad ea peruenit verba, vocem cleuat, vt populus audiat, ipſum tunc enunciare, & efficere in perſona

60

61

62

ſona Chriſti id, quod enunciat; atq; etiam, vt ille reſpondeat, *Amen*, ſcilicet, verum eſt, quod tu nunc enunciando aſſeruiſti.

Sed dicet aliquis: Quid, ſi Armenus Sacerdos, hæc neſciens, opinetur, Conſecrationē non fieri tunc, cùm hęc Domini verba ab ipſo pronunciantur; ſed poſteà cùm dicitur illa Oratio? an hic etiam cōſecrabit? Reſpondeo; quòd, cùm talis Sacerdos in tota illius Sacrificij actione intēdat facere, quod Chriſtus iuſſit; etiamſi ignoranter, ac falsè opinetur, ſe non conficere, cùm verba Domini profert, ſed cùm profert alia ſequentia; adhuc tamen in prolatione verborum Domini conſecrabit: quia vniuerſalis illa intentio corrigit errorem mentis particularem, vt alibi dictum eſt. Quòd ſi haberet poſitiuum intentionem, ac propoſitum non conſecrandi tunc, cùm verba Domini profert; certè neutiquàm conſecraret.

DE AQVA Miscenda in Calice.

Sectio II.

QVæritur secundò: Vtrùm vino sacri Calicis miscendum sit paululum aquæ?

Negant Pseudomagistri, Vartanus libro de Monitis, cap. 4. Stephanus Siunienſis libro 2. contra Diaphysitas, cap. vlt. Gregorius Dattieuenſis in lib. Interrog. tract. de Sacram. capite de Euchariſtia, alijq; conſectanei, aſſerentes, offerendum eſſe in ſacris Myſterijs vinum purum iuxta ritum, qui iam anteà decreto Conciliabuli Manaſchiertenſis in Armenam Eccleſiã introductus fuerat à Ioanne Oznienſi Patriarcha, ne deinceps per illam vini, & aquæ mixtionem ſignificare viderentur Armenij duas naturas in Chriſto. Rationes, quibus hoc ſuadere conantur, examinabimus infrà.

Affirmant verò, vnà cum vniuerſali Eccleſia, Armeni Patres Catholici; atque docent, adeò neceſſarium eſſe, miſceri vinum ſacri Calicis aqua, vt Sacerdos, qui in ſuo Sacrificio hanc admixtionem omittit, grauiſſimè peccet, ac Cenſuris ſacrorum Eccleſiæ Canonum, qui mixtionem hanc præceperunt, ſubiaceat.

Probatur Armenijs hæc Orthodoxa ſententia, primò auctoritate, ac doctrina ſuæ ipſorum Eccleſiæ,

quæ

ՏԱՂԱՓՍ

Խառնելոյ զկաթ ինչ ջրոյ ի սուրբ բաժակին.

Երկրդ" գլուխ.

Երկրդ" հնդիւրքինն. սի՞ն պարտ եղե խառնել ի գինի սրբ բաժակին սակաւ ինչ ջրոյ.

Բայսանեն սուրբ վարդապետք. յորժամ ի ջրոյն գինին խրատուցին: անհնարին ի յեռնին գլխոն երկրդ" գրոցն որ ընդ դէմ երկաբնակաց: տամ եւսկին ի գիրս հաւատոյն ի գլուխն իջոյս հաղորդութե. եւ այլք ոմանք ի հայոց. բարդիլով. Եթ պարտ է մատուցանել ի սբ խորհուրդ պարզին գինի անխառն, քան աւանդութե յոհան նոյ ձձնեցոյն. որ ի ժողովել մանազ հիւրսէ եբարոյ ի սբոյ բաժակէն հայոց գինաւնուն ջրոյ. զի սի՞ դշնամ հնալ լինի նոքա ի քն դատաւորի երկուց միասն ասել բնութեանս քոյ զպատճառս, որովք հաստատեն զայս ազանգս, քննեսցուք ի վայր:

Հայր սուրբնան այլ ուղղափառ հաւքն հայոց. եւ ուսուցանեն ընդ առնելգանան ընկալեալոյն առ այլոց բրիստոնէից. Եթ քահանայք, որ ոչ խառնեն ջուր ի գինի սբ բաժակին ի պատարագ իւրեանց, հանգստանին առաքելական կանոնացն. եւ մահու չափ մեղանչեն. եւ նզովելոյ լինելոյ ի ընդհանուր եւ ի մասնաւոր սուրբ ժողովոյն:

Հայք ցուցանեն այս ճշմարիտ հինաւնաւնութիւն առքելն ընկերոյ հայոց: քանզի սա ընդհանրապէս ժողովել ի յերկուս հանդիպոյ

յոյ

quæ bis ad rem hanc excutiendam in duobus Concilijs ſuis, Siſenſi, & Adanenſi, generaliter congregata, poſt accuratam ſacrorum librorum inſpectionem, ac diſputationes cum Aduerſarijs habitas (in quibus ſingulas eorum nugas doctiſſimè ex ſacris Scripturis, Patribus, & Concilijs improbauit) ſub diriſſimis Cenſurarum pœnis decreuit, vt ritus ille offerendi purum vinum in Sacrificio ab Armenis Eccleſijs penitùs tolleretur. Quapropter valdè miramur, cur idem abuſus, à tot, tantiſque Armenis Patribus bis Synodicè reiectus, ac ſtrenuè refutatus, in Armena ipſa Eccleſia hactenùs perſeueret?

4 ի

Probatur ſecundò ex vſu, & traditione Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ; quæ hanc Calicis mixtionem, ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis acceptam, ſemper à principio tenuit; traditumque conſtanter habuit, quòd Chriſtus vinum aqua dilutum in vltima Cœna conſecrauit: quod etiam ex ipſis Euangeliſtis, & ex Paulo colligi poteſt. Siquidem iſti, cùm hanc rem commemorant, dicunt, fuiſſe à Chriſto acceptum, & Apoſtolis propinatum, non purum vinum, ſed Calicem, id eſt, poculum, vndè bibi ſolet vinum aqua temperatum: tum quia erat hoc maximè ſolitum in ea calidiſſima regione, vbi vina ſunt fortia: tum etiam, quia non eſt credibile, in frugali Domini menſa morem fuiſſe, vinū bibi, quod aqua

5 Ե

7 6 Ի

temperatum non eſſet.

Probatur tertiò teſtimonijs ipſorum Apoſtolorum, aliorumque veterum ſanctorum Patrum, qui vel in ſuis Liturgijs, vel alibi manifeſtè teſtantur, Chriſtum in vino aquæ permixto Euchariſtiam inſtituiſſe; ac proinde ſimiliter eam à nobis conficiendam eſſe. Iacobus enim Apoſtolus in ſua Liturgia ſic habet: [a] *Similiter poſtquàm cœnauit, accipiens calicem, & permiſcens ex vino, & aqua, & aſpiciens in Cælum, &c.*

a Bibliot. Patrum, tomo 6.

Petrus Apoſtolus in ſua Liturgia: [b] *Quandò commiſcet ſanguinem, & aquam, dicit: Vnus militum lancea latus eius pupugit, & exiuit ſanguis, & aqua, Mundi ſalutis ſcaturigo.*

b Apud Cocciam in Theſauro tom. 2.

Marcus Euangeliſta in ſua Liturgia: [c] *Similiter & calicem, poſtquàm cœnauit, accipiens, factaque vixi, & aquæ commixtione, ſuſſiciens in Cælum, gratias egit, &c.*

c Bibliot. Patrum, tomo 6.

Clemens Papa, & Apoſtolorum diſcipulus, in ſua Liturgia: [d] *Similiter & calicem, poſtquam miſcuit ex vino, & aqua, & ſanctificauit, dedit diſcipulis, dicens, &c.*

d libro 8. Conſt. Apoſt. cap. 12.

Iuſtinus Martyr, qui Apoſtolorum diſcipulos vidit, in Apologia 2. ad Antoninum Pium Imper. pro. pè finem: *Deindè ei, qui præpoſitus eſt fratribus, panis offertur, & poculum, aqua, & vino temperatum: quæ cum accepit, &c.* Et rursùs infrà: *Concluſiſque noſtris precibus, panis, iam vt dixi, vinumque, & aqua offeruntur.*

IrenæusMartyr, diſcipulus Polycarpi, Apoſtolorum diſcipuli, lib.

Հ 7 նոյնիկ: Եւ ա. զինչ վայելչական էր ժա-
ժողովոցն եւ զպատուականն էր եւ
սրբոց առաքելոցն քարոզել ի յաշքառա
նիզանն ի բնանց զգինի մատուցանել
ընծայ:

Եբրդ՝ ցուցանեմ վկայութիւնք ինքն
անց առաքելոցն եւ այլոց հինն սբ հարց
ցն. որք ի պատարագանատացս ե-
բնանց եւ նոյնպէս ի նոյլ գիրս վկայեցին.
Եէ ըստ այսպէս ասացեալ. եւ Եէ պարտ
է եւս մանրագոյնս առնել: քանզի
սբ խնդիր առել ի պատարագացն
երկուս առ: Եւ նախ առաջին եւ գլխ
ւոր առեալ զբաժակն. եւ խառ-
նեալ զգինի ի գինւոյ եւ ի ջրոյ. եւ զա
ղ հանդերձեալ յերկինս. եւ այլն.]

Եբրդ պէտ պարտ առել ի պատարագ
առացին երկուս: Յորմէ առաջինն
նէ զաբեանն ընդ ջրոյ առեալ. ի գին
նոյնպէս անգամ խոյնոյ գինոյնոյ
ւոյ եւ ել գաղտ գաղակի պրեան եւ ջրոյ.
բղխուն գերկոյն Եէնան աղաղակի:]

Եբրդ մատուցանի առաքեալն ի պատարագացն երկուսն: Եւ նախ առեալ եւ զբաժակն գինւոյ ընդ ջրոյ առեալ եւ ապաքեալ խառնեալ գինւոյ եւ ջրոյ. զայն հանդերձեալ յերկինս. ղ 9 գոհացեալ. եւ այլն:]

Եբրդ նղէմէս առեալ ազանի բան եւ պատն ի պատարագացն երկուսն: Եւ նախ առեալ զբաժակն գինւոյ եւ ջրոյ, սբ ոյն. եւ նոյնպէս բաւեցն առեալ. եւ այլն:]

Եբրդ յոհաննու մարգարէ, որ եւ զառաքեալ աշակերտեան կոչէ. բանն առ Եիրն անառնեան ասէ: Եւ յե այլ նման, որ ի առաքելոցն երկուսն առեալ լինեն հացն եւ բաժակն խառնեալ ի գինւոյ եւ ի ջրոյ: զոր երբեք

հաս.

եւս. եւ այլն։] Եւ ապա դնէ ասէ։ Եւ յետ կատարելոյ զաղաչանսն մերս. սկսաւ ցնծալ լինել հացն. որպէս ասաց է. եւ դիմէն ընդ Լոյս։]

Լիքն երինոս մաքսերտս, եւ աշակէրտս արբոյն պուլիկարպոսի, առաքելոյն աշխարհիսն. ի ՃԷ. երդ" գլխեն չորդ" գրոցն ասէ։ Լուիր դնատ. Նուաճ բաժակին եւ բոյ արիւն հատ առաւեաց։] Եւ ի յառաջին գլխեն հինգերդ" գրոցն դ-դնէ ասէ։ Հորժամ խառնեալ բաժակն եւ բնկեալ հացն ընդունի զբանն Աստ. լինի գոյացութի արեանն եւ մարմնոյն քրիստ։]

Լիքն աղէքսանդրոս պապն ի սկիզբան Ս-Պաներդ. ի յառաջին Թուղթն նոր ասէ։ Մէկ արժան. ի բաժակին ամն գինի միայն, կամ զջուր միայն մատուցանել. այլ որպէս եւ ի հարցն առ անդրանիկեց ուսաք, գնոք իրքին խառնեալ. զի երկրքին երկին ի քրիստոսէ կողէն միմի հաւէին։]

Լիքն հինգերհատս ի յերդ" Թուղթն երկրդ" գրոցն ասէ։ Իր մատուցումն բաժակին պահելոցն առ անդրանիկին ամն. եւ զայն միք արատցուք. զոր ինքն առնուն առ արար միք։ զի բաժակն, զորդուքրնիմ առ ի տրամ յի չառաքեն, խառնեալ գինեաւ լինի։] Եւ յետոյ դարձ գնոյն ասէ. Տեսան զոյ զբանն ազատանին. արբէք զգինի եմ. զոր խառնեցայ ձեզ։]

Լիքն յոհաննու պապն ի Թուղթն նոր ասէ։ Պատշաճ է մատուցանել զբաժակին ամն գինեաւ եւ ջրով խառնել ըստ հրամանի կանոնացն։ զի ջրովն ցնդանակի ժողովուրդ. եւ գինեաւն արիւնն քրիստոսի. ապա յորժամ իբաժակին խառնեալ լինի գինի ընդ Լոյս. նշանակի ժողովուրդ միաւորելոյ ընդ քրիստոս։

Լիքն

lib. 4. cap. 57. *Dominus temperamentum Calicis sui sanguinem confirmauit.* & lib. 5. cap. 1. *Quando mixtus calix, & fractus panis percipit Verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis, & corporis Domini.*

Alexander 1. septimus post Petrum Romæ Pontifex, in epist. 1. ad omnes Orthodoxos: *Non debet (Vt à Patribus accepimus, & ipsa ratio docet) in calice Domini aut Vinum solum, aut aqua sola offerri, sed Vtrūque permixtum; quia Verumq; ex latere eius in passione sua profluxisse legitur.*

Cyprianus lib. 2. epist. 3. *Admonitos nos scias, Vt in calice Domini offerendo Dominica traditio seruetur: neque aliud fiat à nobis, quàm quod pro nobis prior fecit; Vt calix, qui in commemorationem eius offertur, mixtus Vino offeratur.*

Iulius 1. Papa, apud Gratianum de Consec. dist 2. *Calix Dominicus, iuxta Canonum præcepta, Vino, & aqua permixtus debet offerri: quia Videmus, populum in aqua intelligi; in Vino ostendi sanguinem Christi: ergo, cùm in calice Vino aqua miscetur, Christo populus coadunatur.*

Basilius in sua Liturgia: *Similiter calicem de genimine Vitis accipiens, miscens, gratias agens, benedicens, sanctificans; dedit discipulis suis, dicens*, &c.

Chrysostomus in sua Liturgia, Erasmo interprete: *Ad infusionem Vini dicit Sacerdos: & Vnus militum lancea latus eius aperuit, & exiuit sanguis. Et addens aquam, dicit: & aqua.*

Ecclesia Æthiopum in sua Liturgia: *Oratio, quando ponitur Vinum, & aqua in calice à Diacono: Christe Deus noster, &c.*

Theodoretus in Dialogo 1. *In Mysteriorum traditione Christus corpus panem appellauit, & sanguinem id, quod in calice infusum, & commixtum.*

Proclus, Episcopus Constant. in tract. de traditione diuinæ Liturgiæ: *Per has igitur preces Spiritus sancti aduentum expectabant, Vt eius diuina præsentia propositum in Sacrificium panem, & Vinum aqua permixtum, ipsum illud corpus, & sanguinē Saluatoris nostri Iesu Christi efficiat.*

Ambrosius in sua Liturgia: Oblatio vini aqua mixti in Calice: *Suscipe clementissime Pater hunc calicem aqua mixtum, Vt fiat Vnigeniti tui sanguis, &c.* Item lib. 4. de Sacram. cap. 4. *Ergo didicisti, quòd ex pane corpus Christi fiat; & quòd Vinum, & aqua in calicem mittitur, sed fit sanguis consecratione Verbi cælestis.* Idem affert lib. 5. cap. 1.

Hieronymus in Marci cap. 14. *Accepit Iesus panem, & formans sanguinem suum in calicem, Vino, & aqua mixtum; Vt alio purgemur à culpis, alio redimamur à pœnis.*

Augustinus, tract. 120. in Ioan. *Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare illud temperat populum: hæc & lauacrum præstat, & potum.*

Germanus, Episcopus Const. in Theoria rerum Ecclesiasticarum;

Vi-

Եկեղեցին Եթովպացւոց ի պատարագին իւրում ասէ: Աղօթք, յորժամ դնի գինի եւ ջուր ի բաժակի ի պատարագին իւրում ասէ: Եւ ես ոչ գիտեմ ի գրեանս սրբոց, զի Քրիստոս ասացեալ իցէ զայս, այլ միայն զհացն եւ զբաժակն: Եւ ի պատարագին իւրում ասէ: Եւ դարձուցանես զբաժակն զայս եւ զհացս զայս ի մարմին եւ յարիւն Քրիստոսի քո: Եւ ի ջուր եւ ի գինի: Եւ ի պատարագին իւրում ասէ: Եւ զհացն զայս եւ զբաժակն զայս դարձուցանես ի մարմին եւ յարիւն Քրիստոսի քո: Եւ ի ջուր եւ ի գինի:

Եղիազեանն Եպիսկոպոսն ի պատարագին իւրում ասէ: Տուր ժամ սպասումն այն դնել ի բաժակն զինեալ եւ զջուրն. ասէ քահանայն զայս ասելով. քո ումն է եւ այլն:

Եղիոպիացին ի յաւուրն սուրբ հանգստեանն ասէ: Քո՛ ի խորհրդոյ աստուածութեանդ զհացն կոչեալ մարմին եւ զայն, զոր խառնեալ լինէր ի բաժակն, արիւն:

Մարկոս ի գիրս յիշատակացն պատրիարգն ասէ: Ի ձեռն այսպիսի ապաշխարութեան գալստեան հոգւոյն սրբոյ, որպէս զի ամենայն դարձ նորա զառաքեալն եղեալ հոգւոյ սրբոյ զհացն եւ զգինի ջրով խառնեալ, զոյ կէնոյն ինքն մարմին եւ արիւն միշտ չինն մերոյ յիւ քէ:

Մարկոս ասէ ի պատարագին իւրում ասէ: Տարցուք քահանայն մատուցանէ զգինին ջրով խառնեալ ի բաժակն, ասէ զայս աղօթս: Ընդունիցի տէր բարեխաւսութեամբ քահանայիս այսմ ջրով խառնեալ, որպէս զի նմանցի արիւն միածնին քոյ եւ այլն: Եւ գրեալ ի ջրոցդ պերս յիշատակ խորհրդոյն ա՛ ոչ. աշխարհ ուսար. Եւ ի հացէն լի՛ նի մարմին քէ. եւ Եւ գինին եւ ջուրն

Եկե-

եղեալ ի բաժանի լինեն արիւն նորա օրհնութիւն երկնային բանին։]

ԺԶ 16 *Vinum declarat ſanguinem ex latere Chriſti fluxum: eſt autem & myſticum vinum, quod dedit diſcipulis in cœna: aqua verò demonſtrat eam, quæ fluxit ex latere Chriſti: vinum ſimul, & aqua: ſunt egreſſi ex latere eius ſanguis, & aqua.*

ԼԲՆ յԵրանելոյն մարիոսէ առէ. Ժդ. գլխոյն մարիոսէ առէ։ ձաղարք յԱ գիտացին մարիոսին ի ջ. և հաստատեաց արիւն իւր ի բաժանի գինեաւ և ջրով խառնեալ։ զի միուիս ի եղէ ցուր ի մեղաց. և միաւորիչ փրկիչ քեմբ ի պատմոց։]

ԼԲՆ օգոստինոսէ ի մեկնութենէն յովհ. ի. ճի. երդ" ձառն առէ։ ձաղարք ոչխարնն հեղեալ եղև ի ողորկի մեղաց։ այս ջուրն խառնեալ լի նի ի փրկարար բաժակն. և մեղ պարգեւէ գաւազան և զբմայելի։]

ԼԲՆ գերմանոս եպիս հոռոմոս նուագելն ի ձառն յիգս եկեղեցական արարողութեաց առէ։ էք ինչն զարհուռն նշանակէ, որ եղ ի կողինն քին. և ի խորհրդականն գինեն, զոր նա չա աշակերտացն ի յընդրկոն։ և ջուրն նշանակէ զայն, որ եղ ի կողինն քեն։ նակ գինեն խառնեալ ընդ ջրոյ նշանակէ զարհուռն և զջուրն, որք եղեն ի կողինն նորա։]

ԺԸ 18 *Sed & Apoſtoli, & Succeſſores illorum Sancti Patres numquam mixtionem hanc agnouere: tu verò eam didiciſti, & exerces, & eorum execrationibus ſubiaces.* Quàm, inquam, inſidijs plena ſit, & doloſa, fabuloſaque iſtorum loquacitas, quis nunc Armenius non perſpiciat? Siquidem omnes, iam à nobis adducti, Patres, quos ipſi citant, ſed eorum verba non proferunt, ante tempora Chalcedonenſis Concilij

եղբարք յաստուածոցս յայտնի լինին արատութիւնք և խորամանկութիւնք խաբեայ մոլորչացուցչին, սեանք ցուցին, և ատելացուցին, և այլոցն. որք նմա տգիտացին ի գիրսն նորա. Ի առաքելոյն և հինն ոչ հարքն մերմէ ցին գիտացուն ջրոյ ի սուրբ խորհրդոյ պատրգին մինչ և ի ժամանակս քաղկեդոնին ժողովոյն։ Ասաւ ասէ սուրբ գիրքն գիտեն զայս։ Ի հարքն ոչ ընդունեալ զայդ պիտոյ խառնուածս քեն, այլ միայն հաց և ջուր, որ յառ նաւորութեան չեղաւոակի։ և զայս աւանդեցին մեզ մինչ և ի ժողովն քաղկեդոնին։] Եւ ասէ և այս

exti-

extiterunt, excepto Germano; & ſacram hanc mixtionem fieri debere, atque ab ipſo Saluatore factam fuiſſe, tradunt ſummo conſenſu. Cæterùm, ſi illi, pro ſuo Illuminatore, magnum illum Gregorium martyrem intelligunt, idem ipſis mendacium exprobramus: nam Armenia, à S. Gregorio inſtituta, iugiter in vino aqua permixto Sacrum fecit ad vſque Manaſchiertenſe Conciliabulum. Sin verò Pſeudopatriarcham illum, Ioannem Oznienſem, eiuſdem auctorem Conciliabuli: non Illuminator, ſed lucifugus hic, & tenebrio fuit Armeniæ.

Probatur idem quartò ex Concilijs, quæ in diuerſis Mundi partibus à Catholicis habita ſunt. Concilium Carthaginenſe III. in Africa celebratum longè ante ſacrã Synodum Chalcedonenſem, (in quo etiam S. Auguſtinus interfuit), Can. 24. ſic ait: *Vt in Sacramento corporis, & ſanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm quod ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis, & vinum aqua mixtum.*

Concilium Aurelianenſe IV. actum in Gallia circiter annum Domini 545., cap. 4. *Nullus in oblatione ſacri calicis, niſi quod ex fructu vineæ ſperatur, aqua mixtum, offerre præſumat; quia ſacrilegium iudicatur aliud offerri, quàm quod in mandatis ſacratiſſimus Saluator inſtituit.*

Concilium Antiſiodorenſe, in Burgundia habitum anno 590. capite 8. *Non licet, in Sacrificio diuino*

[illegible] 22

uino aliud poculum, extra Vinum cum aqua mixtum, offerre.

Concilium Bracarense III. actũ in Lusitania anno 675., cap. 1. *Calix Dominicus Vino, & aqua permixtus debet offerri: quia Videmus, in aqua populum intelligi; in Vino verò ostendi sanguinem Christi.*

Concilium Trullanum, coactum in Thracia apud Constantinopolim ante annos nongentos septuaginta, Armenios de hoc errore, qui recens in eos irrepserat, reprehendit, dicẽs Can. 32. *Quoniam ad nostram cognitionem peruènit, quòd in Armeniorum Regione Vinum tantùm in sacra mensa offerunt, aquam illi non miscentes, qui incruentum Sacrificium peragunt; &c. Si quis ergo Episcopus, Vel Presbyter, non secundùm traditum ab Apostolis ordinem facit; nec aquam Vino miscens, sic immaculatum offert Sacrificium, deponatur, Vt imperfectè, ac simpliciter Mysterium annuncians; & que tradita sunt, innouans.* Integer hic Canon asseritur in 1. parte, cap. 17. num. 11.

[illegible] 23

[illegible] 24

Concilium Triburiense, celebratum in Germania ante annos 770., Can. 19. *Cuius rei Veritatem* (hoc est, veram traditionem de mixto calice) *in hac sancta Synodo confitemur, credimus, & confirmamus; ne Vllus sine commixtione Vini, & aqua Mysteria sacra perficiat.*

Concilium Florentinum, habitum in Italia, sess. vlt. in doctrina de Sacramentis præcipit Armenis, vt deinceps in calice sacro vinum aqua temperent; quia omnes aliæ Ecclesiæ Latinorum, & Græcorum

ita

ita semper fecerunt: & addit: *Aqua ideò admiscetur Vino; quoniam iuxta testimonia sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ creditur, ipsum Dominum in Vino aqua permixta instituisse hoc Sacramentum: deindè, quia hoc conuenit Dominicæ passionis repræsentationi.*

Concilium denique Tridentinum, actum in Rhætia, sess. 22. cap. 7. sic inquit: *Monet deindè sancta Synodus, præceptum esse ab Ecclesia Sacerdotibus, Vt aquam Vino in calice offerendo misceant; tum quòd, Christum Dominum ita fecisse, credatur; tum etiam, quia è latere eius aqua simul cum sanguine exierit; quod Sacramentum hac mixtione recolitur: & cùm aquæ in Apocalypsi B. Ioannis populi dicantur, ipsius populi fidelis cum capite Christo Vnio repræsentatur.*

Probatur vltimò rationibus, quas huius mixtionis reddunt sancti Patres: ex quibus potissimæ sunt hæ tres, allatę, vt modò vidimus, à Cõcilio Tridentino. Quarta adducitur à Gregorio Nysseno, & Clemente Alexandrino: quia scilicèt Eucharistia, quę est cibus, ac potus spiritualis, dari debuit sub specie cibi, & potus corporalis: potus autè corporalis maximè naturæ humanæ conueniens, est vinum aqua commixtũ; nam sic aptius est ad eius temperandos humores. Quinta, quam afferunt Ambrosius, & Eusebius Emissenus, est; quia calix Eucharisticus figuratus anteà fuit non solùm per vinum, quod cum pane

Nyssenus, apud Eutym. tit. 21. Panopliæ.

Clemens, lib. 2. Pædagogi cap. 2.

Ambrosius lib. 4. de Sacram. cap. 4. & lib. 5. c. 1.

Eusebius, Serm. 5. de Pascha.

Mel-

եղե՛ւ զսա՛ռն բոցակուռ-ի՛սկ յաւիտեան եան. ՃՀ. ՛ի յանէնդ" կանանչին ասէ. ՃԼ՛ արժան մատուցանել՛ ի սէ պա տարագին զայլ բաժակ. եթէ ոչ միայն զգինի զսով խառնեալ:]

ԼԼ՛ Ժողովն բռնակոյտ. որ եղե յաշխարհն պոռտակէացն յամին սան ՃՀ. ՛ի յառաջին կանանչն ասէ. Զայսպէս ի՛ մատուցանել զբաժանին սան պինամբ և զսով խառնեալ: զի զսով աշխատակի ժողովուրդն. և գինամբ արիւնն քի:]

ԼԼ՛ Ժողովն վէրգէորդ՛ առնէլիոս կան. որ եղե՛ ի կոստանդնուպօլիս ՛ի սէ զսով ասաւ զսան գինն հա բեր և եթ անասուն սուս. ՛ի յ. ՃՀ. ՀԿ" կանանչին կրաստէ ի՛ հայոց. գին սո բառէս մատեալ է՛ ի սէ Քրիստոս այս չաշ աստուածին. և ասէ այսպէս: Ծ աշ նուցեալ եղե սէզ. եթէ որք առնուն զպատարագն՛ ի յաշխարհին հայոց. մատուցանեն միայն զգինի ոչ խառնելով ընդ նմա զսո: և այլն:] Ես յետոյ՛ ի սէ կրէն ասէ: վասն որոյ եթէ եղեալ ոք, կամ զսահանայ, ոչ առնէիցէ զսա սէ անպատ եթեան առաքելոյն. և ոչ մատուցանիցէ զպատարագն տէրն խառնելով զսո ընդ գինւոյն. զի մատուցանէ զխաչհատ զն անկատար. և նորայն զբանդն ալան:]

ԼԼ՛ Ժողովն ասէրթոն. որ եղե՛ ի գէրմանիայ՛ ի յաշխարհն ալէմանաց ոչ յառաջ զսան զաս. ՀԿ. ի. ՃԼ. Հրդ" կանանչին ասէ: Յայսմ առաջ սինն հռոմոս խառատանեմբ, հաճատա մբ, և հատատառեմբ զայն ճշմարիտ սէ անդամ Քրիստոս. որ վասն խառնեալ լոյ զբաժանին: զի մի՛ ոք կատարեալ զատաբ խորհուրդ պարծիցի առանց

խառն

խառնման կինաւոյ և ըմպել։]

ԼԸ Ա՛Բ ժողովն գլօրեանցիոյ տիեզերա
28 կան. որ եղև յաշխարհն Իտալիոյ.
և սահմանադրութիւն էր հայոց հրա
ժարել զայն. զի ի յոյժ հեռի ըմբ
խառնելոյն ընդ գինեւոյն սէր բաժա
կին. վասն զի այսպէս մեկնա ասորին՝ և
սիղբեանն՝ ամ եկեղեցիքն յունաց և
լատինացւոց։ և յետոյ ասէ այսպէս։
Ասակս այսորիկ խառնն ըմբ ընդ
գինեւոյն. զի ըստ միոյ աւրէնք
հարց և վարդապետաց եկեղեցւոյ հաս
տատեալ. Քէնդն տէրն մեր հաստա
տեաց զայս խորհուրդս՝ ի գինի ըմբ
ԼԹ խառնեալ։ Եթէ և զի այսպէս պատ
29 շաճի վասն նշանակութեան տէրունական
չարչարանացն։]

Ա՛Բ ժողովն տէրնՅոյ տիեզերա
կան. որ եղև յաշխարհն Նիւսիոյ՝ ի
ԼԲ. կրկ՚ գրտնպղծեան. և հրեշեան
երկ՚ կանոնին նորա ասէ։ Օգուտ
գտանէ այս ազգս սկսեալոցս. Թէ
եկեղեցի հրամայէ քահանայիցդ. զի՝ի
մատուցանելն բաժակին Տեառն ընդ գի
նեւոյն խառնանոցին։ վասն զի հաս տատ
եալ. Թէ այսպէս ասաց տէրն մեր յիւ
ր ն։ և զի՝ի կողից նորա ելին արիւն
և ջուր. ոչ յինքեանէ լինել այսպէս
ՀՀ զեղ խառնմամբ։ նա և զի այսպէս եր
3 ևեցուցանեմք զհինաւուրսն Թէ հաս
տատեալ ժողովքդեան ընդ էի կիսոյն
նորա. քանզի՝ ի տեսլեանն սրբոյն
յոհաննու ժողովուրդքն Տեառնէ կոչին։]

Եւ հինգերորդ յունացան պատմա
ւոքն, զոր բերին ոչ հարքն վասն խառ
նման այսորիկ։ Եւ երկրորդ պատմա
ւոր էնաղան, զոր բերէ սբ ժողովն տե
րնՅոյ. ասէ ելիզեոյ այժմ տեսաք։
խոկ չորրորդ պատմառն առաքելի՝ ի
գլխագրէ նեստորի՝ ոչ և՝ ի հղեմայ ա
ղէք

Melchiſedech obtulit; ſed etiam per aquam, quæ fluxit ex petra, vt notauit Apoſtolus 1. Cor. 10. Sexta demùm, quia talis mixtio luculenter prænunciata fuerat à Spiritu ſancto per Salomonem Prou. 9. his verbis: *Sapientia ædificauit ſibi domum, excidit columnas ſeptem, immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, & propoſuit menſam ſuam.* Et paulò poſt: *Inſipientibus loquuta eſt: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miſcui vobis.* Quod exponens S. Cyprianus, inquit: *Vinum mixtum declarat, id eſt, calicem Domini, aquâ, & vino mixtum, Prophetica voce prænunciat: vt appareat, in paſſione Dominica id eſſe geſtum, quod fuerat antè prædictum.* Cyprianus lib. 2. Ep. 3.

Cùm ergo vini, & aquæ mixtio in ſacro Calice à Chriſto, vt oſtendimus, inſtituta ſit; ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis tradita; à ſanctis Patribus iniuncta; à tot Concilijs confirmata, atque præcepta; ab omnibus denique Mundi Eccleſijs iam indè à principio vſu recepta, & iugiter conſeruata; non video, qua ratione poſſint Armenij illam reijcere.

Reſpondent: Ante annos ferè mille celebratum apud nos fuit Manaſchiertenſe Concilium, quod nos vetuit hanc facere mixtionem, ac iuſſit in Sacrificio vinum purum offerri. Præterea, non eſſe vino Calicis aquam miſcendam, validiſſimis deindè rationibus confirmarunt in ſuis libris Doctores noſtri,

Stephanus Siunienſis, Vartanus, Gregorius Dattieuenſis, & alij.

Sed hæc reſponſio nullo fulcitur rationabili fundamento: Primò, quia nequit Nationale Concilium, inducere illum ritum, quem Synodi Generales, Sancti Patres, & tota ſimul Chriſti Eccleſia damnant. Secundò, quia Synodus Manaſchiertenſis nec fuit Concilium, inter Armenos vniuerſaliter, ac ritè celebratum; ſed paruum Conuenticulum hæreticorum Epiſcoporum, in gratiam Homaris, Sarracenorum Ducis, præcipitanter actum, vt Armenam Eccleſiam à Cathotica ſepararet: quapropter à ſubſequentibus Armeniorum Synodis, & Patribus damnatum, ac reiectũ fuit; vt latè oſtendimus in 1. tom. huius 2. Partis, tract. 1. quæſt. 1. §. 4. Tertiò, quia vini, & aquæ mixtio, in calice ſicienda, præcepta fuit Armenijs non ſolùm ab Vniuerſali Eccleſia, verùm etiam à ſuaipſorum in duobus poſtremis Concilijs, Siſenſi, & Adanenſi, quæ hunc præſertim ad finem canonicè, ac generaliter apud eos habita ſunt, vt ſuprà diximus. quarè, ſi voluerint Armenij iuſſa exequi ſuorum Patrum, & Conciliorum, vel hæc eis proponimus magna cum abundantia.

Adde, quòd etiam, antè prædicta duo Concilia, Synodus Armena Tarſenſis, in Reſponſione ad 9. petitionem Græcorum, eandem mixtionem acceptauerat per hæc verba: *Quòd ſi tantam vobis humi-*

Ղ
13

ղէբսանդրացոցն. որ ասեն Թէ խոց հաւթ հաղորդաւէն է կնոքանց և ըմպելի հոգեւոր. զոր պարտ էր առ առաքեալ կերակուր և ըմպել լոյս մարմնաւոր, նոյ մարմնաւոր ըմպելին, որ յարեամբ և պատշաճեալ է որ նոյ առաջ առնէ մարդկային բնութեան, և գինի զոյժ խառնեալ: զի այսորիկ այսպէս հաստատեալ ըն զայս խորհուրդս ի հոգեւոր առ պիտ է: Հինգերորդ պատճառն է այն. զոր բերէն ամբրոսիոս, և եւսեբիոս եմեսացին. որք ասեն. Թէ որ բաժակն առն նշանակեալ եղև յաւետ ոչ միայն ի Հէռն պիտոյ, զոր ընդ հայցին մատոյց մելքիսեդեկն. այլ և ի Հէռն զոյն, որ ել ի վիրէն. որում վիճակ պօղոս յառաքելն կրնդի ցուցին: Եւ վիճերորդ պատճառն է այն զոր բերէն կիպրիանոս և այլ սքբ. որ ասեն. Թէ այսպիսի խառնուածնա խաղաղարարեալ եղև ի հոգւոյն սրբոյ բերանով տղամանին. որ ի յառաքեալսն ասաց: [Համատուտ Թէն շինեաց ի տուն. և կանգնեաց սեղան Հէռն. գինի պղնձեայս եւթ և խառնեաց ի խառնարանս պղինձ իւր. և պատրաստեաց ղանդան իւր:] Եւ յետոյ գինի: Եւ յարակատարիսս ասէ Հիւղէ կնոջէ ի հայել իմոյ. և արբէք ղգինի իմ, զոր խառնեցի Հձէզ:] Յորոյ վերայ ասէ սքբ հիպոլիտոս այսպէս: Օգինի խառնեալ յայտնէ յիւր զբաժանիւն տէրն գինեաւ և զոյժ խառնեալ՝ մարդարէական Հայելի նշանակէ: զի երեւեսցի, Թէ ի չարչարանսն տէրն կատարեալ եղև այն. որ յառաջ մարգարէացաւն:]

Հ

Հաւթ ուրեմն՝ զանգի խառնուածիս գինւոյ և ջրոյ ի սքբ բաժակն հաստատեալ եղև ի քէ. որպէս ցուցաք. և

ի

humilitatem Deus conceſſerit, vt hac in re nobiſcum conueniatis (hoc eſt
ՇԴ 34 in azymo pane vſurpando in ſacris Myſterijs); debitum nobis erit, ne quid obſtaculi Eccleſiæ Vnitati opponatur, aquam puro vino miſcendi, ad gloriam Dei. Et Gregorius Siſenſis, Armeniæ Patriarcha, vnà cum Suffraganeis quibuſdam Epiſcopis, hoc idem decreuerat, ac præceperat, ſic ſcribens in epiſtola ad Haytonem Regem; *Iam nos vſq. adeò donec numeroſius cogatur Concilium, vnà cum aliquibus noſtris Epiſcopis*
ՇԵ *vbicunque prouidentes, noſtro mandato irritam declaramus excommunicationem, quam contra diuinorum librorum, & Eccleſiæ Catholicæ doctrinam per inſcitiam, & iniquitatem*
35 *erroneis Canonibus pronunciauerat Conciliabulum illud iniquum* (ſcilicet Manaſchiertenſe) *aduersùs eos, qui in Miſſæ Sacrificio aquam vino miſcerent. ac inſuper cum benedictione, mandamus tam tuis, quàm Regis filij tui, tuorumque fratrum, ac Procerum Sacerdotibus; vt iuxta Eccle-*
ՇԶ *ſiæ Romanæ conſuetudinem aquam*
36 *dictam vino in Miſſa permiſceant. Sed id, quoadusque generale Concilium congregetur, quando liberiùs exerceri poterit, nimis cautè fieri iubeas neceſſe eſt, omnes priùs inſtruendo, noſtræque huius epiſtolæ teſtificationes illis oſtendendo, ne ſcandalizentur.*

Quod autem ſpectat ad rationes allatas in oppoſitum à Stephano, Vartano, & Dattieuenſi: quamuis eæ omnes, ac ſingulæ ab ijſdem Armenis Concilijs, Siſenſi, & Ada-

nenſi relatæ, ac reſolutæ fuerint, vt videre eſt in actis ipſorum, adductis in 1. Parte, cap. 28. & 29. tamen, vt earum falſitas clariùs innoteſcat, luculentiorem hic ad præcipuas reſponſionem exhibeamus. ՀԷ 37

Obijciunt primò: Chriſtus, cùm hoc Sacramentum inſtituit, nullam fecit aquæ mentionem, ſed ſolius vini, dicens poſt conſecrationem: *Amen dico vobis; non bibam de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouum in Regno Dei:* ergo Chriſtus vinum purum conſecrauit.

Reſpondetur, quòd Chriſtus, cùm Euchariſtiam cõſecrauit, mentionem non fecit neque vini, neque aquæ, ſed tantùm calicis, vt referunt Euangeliſtæ, & Paulus 1. Corin. 11., dicentes, eum accepiſſe calicem, ac dixiſſe: *Hic eſt ſanguis meus*, &c. Quòd autem in eo calice fuerit vinum aqua permixtum, hoc vniuerſæ conſtat Eccleſiæ ex Apoſtolorum, eorumque diſcipulorum traditione, quam ſuprà oſtendimus. ՀԸ 38

Ad illa verò verba: *Non bibam de hoc genimine vitis*, &c. Reſpondetur primò, ea non fuiſſe à Domino dicta de calice Euchariſtico, ſed de altero calice, quem Chriſtus dedit Apoſtolis poſt eſum agni Paſchalis ante conſecrationem Myſteriorum, vt expreſsè teſtatur Lucas, cap. 22. qui, rem hanc fuſiùs, ac diſtinctiùs refert, quàm alij duo Euangeliſtæ, Matthæus, & Marcus; ac duorum horum calicum meminit. Tum quia, quod erat in calice poſt conſecrationem, non erat ՀԹ 39

am-

յր. սբոյ և առաքել. որք էին Յուդայեք ընդհանուր հայոց, և ուղղափառ ուխտիւք արարեալք ի բաբելացւոց գրոյ և կարգաց նոցա, և ի բաղմաթիւ խնամոտն նախկոյ և վերայ ասաց հայոց:

Եւս և զինչ ինձ զասացեալ էր կոս Յուդայեն սբոյ և առաքել. եղև հայոց Յուդայեն տարբանի. որ ընկալան զերոյն խառնուածն Քրոյն. և այսպէս պահեն եաւտ եներտոյ խնդիրքն յոտնոյ: ազգ՝ ԼՈՀ տայէ ձեզ ուծխանարհել. և այսու՝ ի մեր առհասարակ հաւատոյդ. յր. պատարագելոյ բաղձ հացին: պարտական եմք, զի մի՛ ինչ կարճին լիցի մեզ ուսուցանել նկնդեցւոց, խառնել ընդ անապակ գինին Քրոյ՝ ի վտառս ոյ:] Եւ հայոց կաղկեդն առ գրիգոր՝ ի սբոյ հանդերձ եպիսկոպն եւթովք զոյն հրամայեալ էր հայոց. և գրեալ էր՝ ի Թուղթն առ հեռաս Թղթ այսպէս: ՀՀ որոյ մեք այժմ մեր նախնեաք, մինչ և ամենայն յաղագս զոյն՝ աղոթիւն և զանէծքն, որ անգիտութ և անիրաւութ՝ ի յառնելոյ Յուդայեն մանաւանդ և ծուլ կանանեն՝ ի գրոց ընդ դեմ ամենայն գրոցն և կոմառելիկ նկնդեցւոյն՝ ի մի այնոցիկ, որ Քրոյ կոս խառնեն՝ ի պատարագն: և հրամանն կոս առաքել և կոս բհնեալք որ ձեր նկնդեցոյն Քրոյ խառնեն՝ ի նոյն սբ խորհուրդն. որպէս և հաւատոյ նկնդեցին, առնդակէս և ասացեն և Թղթին նրիցուսքն և ձեր եղբայրն և իշխանացն: ապա խնամ պարտ կնշտասալ առնել զայդ. և յառաջն զամենայն ասացեալ. որ չգոյնաւկինն. և զինչ Թղթին մեր ասացեալ. մինչ հաստատական Յուդայ լինեն, որ ընդ նմանս:] ԵՀ

ampliùs vinum, ſed ſanguis Chriſti; ergo falsò vocaſſet illud Dominus genimen vitis. Reſpondetur ſecundò, quòd etiamſi verba illa fuiſſent à Domino dicta de Calice Euchariſtico, vt efferre videntur verba aliorum Euangeliſtarum, qui alterius calicis mentionem non faciunt; tamen non ex eo, quòd feciſſet Dominus vini mentionem, excluſiſſet ab illo vino mixtionem aquæ: nam etiam vinum, aqua modica temperatum, vinum communiter dicitur, ac verè eſt.

Obijciunt ſecundò contra rationem illam de ſanguine, & aqua, quæ de Chriſti latere profluxerunt: quia aqua illa non permixta cum ſanguine, ſed ſeorsùm exiuit, ad Baptiſma ſignificandum; ſicut ſanguis exiuit, vt ſignificaret Euchariſtiam; & ſic duo diuerſa Sacramenta: ergo eadem aqua non pertinet ad hanc mixtionem aquæ cum vino in Euchariſtia.

Reſpondetur, quòd ratio principalis, cur aquam vino miſcemus in calice, eſt Chriſti exemplum, & vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudo, ab Apoſtolis introducta: reliquæ verò rationes adducuntur à Patribus ad hanc rem confirmandam, & declarandam. Itaque dicimus, quòd, ſicut de latere Chriſti ſeorſim exiuit ſanguis, & aqua; quæ, ſi in vas aliquod recepta eſſent, non niſi permixta in illo fuiſſent: ita ſimiliter, quia in calice repreſentamus id, quod fluxit de Chriſti latere: vndè Chryſoſtomus, *Quid eſt*, inquit,

in

Chryſoſt. hom. 24. in epiſt. 1. ad Corinth. Auguſt. lib. 3. de Trin. cap. 11.

in calice? quod ex latere fluxit. Et Auguſtinus ait: *De latere Domini percuſſo ille liquor effluxit, qui eſt in calice:* ideò in eundem calicem primùm infundimus vinum, deindè aquam; quæ duo, ſimul in eo recepta permiſcentur. Quarè aqua illa, licèt ſeorſim à ſanguine conſiderata, ſignificet Baptiſmum; tamen ſimul ſumpta cum ſanguine, pertinet etiam ad Euchariſtiam, vt idem docuit Auguſtinus, dicens: *Aqua illa ſalutare illud temperat poculum: hæc & lauacrum præſtat, & potum.*

Եւթ 43

Obijciunt tertiò: Nos ſacrificamus vnà cum Latinis in pane azymo, vt ſignificemus & Chriſti corpus conceptum ſine corruptione, quæ denotatur per fermentum; & ſynceritatem Fidelium, quæ ad vſum huius Sacramenti requiritur, iuxta illud 1. Cor. 5. *Itaque epulemur, non in fermento malitiæ, & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis, & Veritatis:* ergo propter eandem rationem ſacrificare debemus in vino puro, ad ſignificandum Chriſti ſanguinem purum, & incorruptum, quia vinum per aquæ mixtionem corrumpitur; tum quia eadem mixtio ſignificat fraudem, ac dolum, iuxta illud Iſaiæ 1. *Vinum tuum mixtum eſt aqua.*

Եւթ 44

Reſpondetur, quòd ratio primaria, quare Latini vtantur in hoc Sacramento pane azymo, eſt; quia eodem pane vſus eſt Chriſtus, cùm illud inſtituit, ſicut dictũ eſt Sect. 1. num. 2. & ſequen. ergo propter eandem

Եւթ 45

եղեալ ի նմանէ : նոյնպէս և սբ հիկղէ
գին դնէ ի բաժակն զաւազաբար նախ
պղինձ առանձինն , և ապա զկապա
ռիսկ ջրոյ . որ ի բաժակն եկեալ խառ
նին : և այսպէս երևեցուցանէ զայն ,
որ ելն ի կողինն էր . որպ գրէ սբն ոս
հէբերտն ի Յոհ . զդ" ներբուլեանն
իմն. ա. Թղթոյն կրնթացեալ ասելով.
Եթէ զինչ է այն , որ գոյ ի բաժակին .
եթէ ոչ որ ելն ի կողինն :] Եւս սբն
օգոստինոս ի յերդ" գիրքն յիգս եղ
բորդումէն ասէ . Ի խոցեալ կողինջն
ձն այն ըմպելին է հիւսել . որ գոյ ի
բաժակին :] ուստի ջուրն այն Թէպետ
ի գաւս խորհրդեալ՝ նշանակէ զհիւղ
ստուծին . ասկայն ի միասին առեալ
ընդ արեանն՝ պատշաճի առ խորհուրդ
հաղորդումէն . որպէս և ուսոյց
նոյն սբն օգոստինոս , ասելով : Հաւ յն
ջուրն խառնեալ լինի ի փրկարար բա
ժակն , և մեզ պատրաստէ զաւազան ,
և զըմպելի :]

Երդ" առարկեն . Թէ մեք ոչ առաս
քաղեմք բաղադրել հացին ըստ լատի
նացոց սովորութեան . վն նշանակե
լոյ զմարմնաւ յիշատակին մարգեղէն
առանց ուրման ապականութեան , որ
նշանակի ի հետն խմորոյն . և ևս վն
նշանակելոյ զառաքելոյն հաւա
տացելոցն . որ ինդրի առ ի հաշակել
զմարմնին քն , ըստ այմ . Թէ այսո
հետև արատաւոր ածա . մի՞ ի խմորն
չարութէ և անպզամութէ . այլ յան
խմորն առանց թէ և ջնարատութէ :]
ապա ոչ բնաւ յիշատնոյն պատճառին
պարտ է մեզ պատարագել անապական
գինեամբ . վն նշանակելոյ զմարմնաւ և
դանապական արիւնն քն : քանզի գինի
խառնմամբ ջրոյն ապականի : Հան
և վն դի նոյն խառնուածիւ նշանակէ
զհաւա-

Եաղ 46 eandem rationem vti debemus vino aqua diluto iuxtà Saluatoris exẽplum . Ad illas verò significationes respondeo, esse disparem rationem de fermento , & aqua : nam fermentum ex sua natura significat corruptionem , cùm sit massa iam acida , & quasi corrupta ; non sic autem aqua , quæ , si in parua quantitate misceatur , non corrumpit vinum , sed temperat : vndè admixta non solùm cum vino sacri calicis , verùm etiam cum farina in ipso pane Eucharistico , significat populum cum Christo adunatum . Եաէ 47 Et quamuis aquæ mixtio , facta vino ad illud vendendum , malam habeat significationem, iuxta quod accipitur illud: *Vinum tuum mixtũ est aqua :* tamen , si fiat ad bibendum , significat sobrietatem , & temperantiam; & ideò dicitur, Prouerb. 9. *Bibite Vinum , quod miscui Vobis .*

Obijciunt quartò: Chrysostomus in Matth. caput 26. expendens illud , *non bibam amodò de hoc genimine Vitis* , &c. sic ait: *Quamobrèm non aquam bibit , cùm surrexit , sed Vinum ; improbam aliam hæresim radicitùs extirpans : quoniam enim nonnulli aqua in Mysterijs Vsi sunt . ostendens , quòd & quandò Mysteria tradidit , & quandò , post quàm resurrexisset , absque Mysterijs solam , & nudam mensam apposuit , Vsus est , inquit , Vino ex genimine Vitis . Vitis autem Vinum , non aquã generat .* Igitur iuxta verba Chrysostomi hæreticum est, aquam vino mi-

miſcere in ſacris Myſterijs.

Reſpondetur, quod miror equidem Pſeudomagiſtrorum cæcitatē, dum hac in re Chryſoſtomum nobis obiectant, quem in ſua Liturgia aquam vino miſcendam tradidiſſe, compertum eſt. ſed hęc eorum obiectio ſoluta iam fuit ab ipſis Armenis Patribus primùm in Concilio Siſenſi, deindè in Adanenſi, in cuius decreto hæc verba ſunt: *Sciant*, qui talia Chryſoſtomi verba obijciunt, *ſacrum illum Doctorem, propter eos, qui ſolam offerunt aquam, id ſuiſſe loquutum. non enim ait: ſunt nonnulli, qui Vino aquam miſcent; ſed, qui aqua in Myſterijs Vtuntur.* Ad eandem Armenicam obiectionem longè antè reſponderat, ac magis diſertè, Synodus Quinſexta Trullana, Can. 32. vbi ſic loquitur: *Adducentes Armenij Eccleſiæ Doctorem, Ioannem Chryſoſtomum, hæc dicentem in interpret. Euang. ſecundùm Matth. Quamobrèm non aquā bibit, &c. ex eo, aquam in ſancto Sacrificio adiunctionem Doctorem ſubuertere, exiſtimant. Verùm, Vt non ab hoc tempore in poſterum ignorantia teneantur, Patris ſententiam orthodoxè aperimus. Cùm enim improba Hydroparaſtatarum, hoc eſt, eorum, qui aquæ defenſionem ſuſcipiebant, antiqua eſſet hæreſis, qui pro Vino ſola aqua in proprio Sacrificio Vſi ſunt: refellens hic Vir Diuinus iniquam eiuſdem hæreſis ſucceſſionem; & oſtendens, quòd directè Apoſtolicæ traditioni aduerſatur; id, quod iam dictum eſt, confirmauit. Quoniam*

խե 49

ց 50

դ 51

զիաբէուեն, զսա այնմ զոր ասէ ևա այնաս յառաքին գլուխն. Ե՛ գինով էս խառնեալ է՛ ջուր:]

Պատ՛ասխ. Ե՛ հակառակեալքն պատճառեն զիւ որով լատինացիքն պատարագին բաղարջ հացի՛. է՛ զիւ զի ասէն մեր բաղարջ հացի՛ հաստատեալ զոյս խորհուրդս որպէս յառաքին գրեալին: ապա ուրեմն և յիշգանոյն պատճառեն պարտիմք խոնարհիլ ջուր՛ ի գինին զսա օրինակի փրկչին մերոյ: ևշդ՛ ասա այսպիսի պատասխանի առնեմք. Ե՛ ոչ է՛ ասէ պատճառ զիւ խմորոյ, և զիւ ջրոյ: զի խմորն զսա ինքեան բնաւ ունի՛ զաշխատակիչ գաղափարսն Ե՛ի: զի՛ զան հուռած ինչ բացակաեալ և եթէ Ե՛ պակասեալ: Ըսակ ջուրն ոչ է՛ այդպիսի: այլ ևՀ՛ ասիւ՛ն մի ջրոյ խառնէ, ոչ պակասի, այլ պատրաստի զինին, և մեռանցանէ զգինեսուն ազգս: ասասի խառնեալ ոչ Ե՛ մեռոյն ընդ գինոյ բաժակին, այլ ևս ընդ աչքն սբ հացին՝ պատակ գիտէ զիւրդ ընդ քի մեռանելոյ: Եւ Ե՛ պէս խառնուածն ջրոյ, որ լինի ընդ գինեսուն ասա՝ նիւանաեալ զիւսն, ոչ ևՀ՛ պատասխանի Ե՛. զսա օրում խնամի ևՀ ացևաչն նոայեալ. Ե՛ գինով քահանայ է՛ ջրով:] սակայն ևՀ՛ լինի այս խառնուածս ասա՝ ի յերկոսիցն զգինեցն. Ըզան պակ զգգասասա Ե՛ և գիտ՛ելա Ե՛, զսա որում խնամի ասացեալն առղմանն. Ե՛ ասրէք զգինի նմ, զոր խառնեցի՛ ձեզ:] Ըսակ յիշդս բնաւին ապականաս Ե՛՝ գիտացին հայք զի գինին Ե՛ ջուա՛, նաև Ե՛ ան ջուրն ապականացաս էր՛. և անջուրն և ապականի և բացակ չինի:

Ջորդ՛ առասխանն. Ե՛ սբ՛ն ոսկե

բեր

niam autem & ſuæ Eccleſiæ, Vbi eſt illi Paſtoralis adminiſtratio tradita, aquam Vino miſcendã tradidit, quando incruentum peragi Sacrificium oportet; expretioſo, ac honorabili noſtri Redemptoris latere ex ſanguine, & aqua contemplationem oſtendens, quæ in totius Mundi iuſtificationem effuſa eſt, & peccatorum redemptionem: & in omni etiam Eccleſia, Vbi ſpiritalia lumina refulſerunt, hic ordo diuinitùs traditus ſeruatur: nam & Iacobus, Chriſti Domini ſecundùm carnem frater, cui Hieroſolymitanæ Eccleſiæ thronus primùm eſt creditus; & Baſilius, Cæſarienſium Eccleſiæ Archiepiſcopus, cuius gloria omnem terrarum Orbem peruaſit, myſtico nobis in ſcriptis tradito Sacrificio, ita tradendum in ſacro Miniſterio ex aqua, & Vino ſacrum caliecm, ediderunt: & qui Carthagine conuenerunt ſancti Patres, adeò apertè, & præcisè mentionem fecere, Vt in Sanctis nihil plus, quàm corpus, & ſanguis Domini offeratur, Vt ipſe Dominus tradidit, hoc eſt, panis, & Vinum aqua mixtum. Si quis ergo Epiſcopus, &c.

Obijciunt vltimò: Ritus temperandi vinum calicis aqua non extabat primitùs in Eccleſia, ſed introductus fuit à Concilio Chalcedonenſi, vt ipſius decretum de duabus Chriſti naturis per huius mixtionis ſignificationem firmiùs in ipſa Eccleſia redderetur: ergo &c.

Reſpondetur, Pſeudomagiſtros, cùm nihil ſolidi haberent, quod aduersùs rem propoſitam dicerent,

hanc confinxiſſe fabellam ad populum ſuum decipiendum. ſed hoc impudens, ac toti Eccleſiæ manifeſtum mendacium, tum ex ijs, quæ hucuſque dicta ſunt, tum ex actis eiuſdem Concilij, vbi nulla de hac mixtione fit mentio, Armenijs conſtare poteſt.

§§

գինն : ապա՝ զի մի յայտ հնասէ տգէտս ազգիս մերոյ զանձին. զիաւրի է՝ նոցայ. զի ի նախկին ժամանակս էին ոմանք հերձուածողք . զոմանսգանձողք զոչընչացեալք. որ զոր միայն առանց գի նոյ ի կիր արկանէին ի պատիկս: ոմն այն այլոց այ ոանիէլ բարձեան յանդիմանէ զայնպիսին մոլորուածին . և ցուցանէլով, թէ նա հակառակ էր առքելեան աւանդուածիս. գրեաց զբանս զայսոսիկ : բայց նոյն սքն աւանդեալք ի ս-ոմ եկեղեցւոյն , զոյց առաքելոդուածի ինքն անձն . թէ պարտ էր խառնել ջուր ընդ գինւոյ ի սբ պատիկն առ ի նշան արեանն և ջրոյն , որք ելին ի պատուհանս կողից փրկչին մերոյ ի կիւսարարուածի սամ աշխարհի և ի Յորդանի գետոց: Եւս և յիւրաքանչիւր եկեղեցի , յորում հոգեւոր ընծայք արբոյ փայլատակեցան, այնպիսի ևս չին աւանդուածս գտանի պահեալ: քանզի և յակոբ սուրբ քի եղբայրէ ըստ մարմնոյ , որում անձնեալ եղև նախաթոռ տեառն Եմոյ. և բասիղիոս մարհուկին կեսարու , որոյ վարքն ի ժամ ալեալ ընդ աշխարհս սամ. գրեցին ի պատուիրատուէն իւրեանց , և մեզ աւանդեցին . թէ նոյնպէս պարտ էր մատուցանել ջրաժամն խառնեալ ի գինւոյ և ի ջրոյ : Եղև և սրբ ժողովեցան ի կար Թաղինէ սուրբ հարքն՝ յայտնապէս և յատկապէս յիշատակեցին զայս . և հրամայեցին , ոչ զայլ ինչ մատուցանել ի սուրբ խորհուրդս . քան թէ միայն գինւոյ և ջրոյն առ ի նշան արեան և ջրոյն , որպէս և նոքա ետուն մեզ աւանդեալս մեզ . Յր. հիւսոյ և պինախ խառնեալ ջրով : Վայ որոյ է թէ եղիցի ոք , կամ քահանայ , և այլն :] զայս քան զինեցուդ սբ ժողովն :

Ընդդէմ առարկեն , թէ սովորուածքն խառնելոյ ջուր ի գինի սբ բաժակին ոչ ոք յառաջ եկեալք . այլ մեծաւ եղև ընդ ի ժողովոյն քաղկեդոնի , որպէս գի հաստատեսցէ զդաւանութիւն երկուց բնութեանցն ի միում անձն Քրիստոսի :

Պատասխանի . թէ առաքելական , ոչ ունելով պատճառ ինչ հաստատ ընդ դէմ սբ խառնմանդ այսորիկ , հնարեցին զայդ առասպելս թէպ ի մարելոյ գիտեալ ուրեք հայոց : Բայց սրատես թէոդորոս յայտ լինի ի նախատեսելոցն. և ևս ի սահմանադրս թէոդորոսի գտանին սբ ժողովոյն զի ի նոսա մի միով ինչ եղեալ ինչ չինի այսպիսի խառնմանդ : զի յայնժամ ոչ միայն գրաւանիք և յոյնք և այլ ամ ազգք բրնատնէից , այլ և նոյն հայք խառնէին ջուր ի գինի սբ բաժակին . և այս ի սկզբանէ նոքա առաքելոցն , որք այսպէս ուսուցին առնել սամ եկեղեցեացն :

ՅԱՂԱԳԱՍ Ա

Հաղորդելոյ ինքնըսոյ երկոցունց տեսակացն :

Երրորդ գլուխ.

Ե՞րդ՝ ինդիրք լինի. եմի՞թե ամենայնիւ հրամանաւ Հաւրկո Էորին ընծաւնեալք ճաշակել զսուրբ հաղորդութիւնն ինքնըսոյ երկոցունց տեսակացն հաւատք և դաւանիմ :

Պատասխանեմ սուրբ վարդապետքն առ հասարակ՝ առորսունելով, ոմանք վարդապետքն ի չերրորդ գլխին խրատուցն ասեն. Զհրամանէ զիս բեանց ժողովրդեն հաղորդեն ի մարմնոյ տեն. և յարմնէ առնգլխին. վասն որոյ ըստ բանին քրիստոսի ժողովուրդն նոցայ ոչ ունիցի զկեանս յաւիտենից] Եւ ոմանք այլոց ի գլխոյն չիգտ հաղորդութեն ասէ. Հաւրցան եմ ըզ ձեզ անօրէն ազգ գրանկաց. զինչ էր պատճառն զրկել ի հաղորդութենէ արեանն քրիստոսի. և այլն :] Իսկ որով պատճառաւ ըստ նմանոյ ոչ հաղորդեն ըզ մոլորութենէն նենգեանց, ցուցանիցեմք յետոյ :

Արդ՝ մեք պատասխանիմք ընդ ուղղափառ. եկեղեցւոյ. Թէ հաղորդիմք ի նեբրոյ երկոցունց տեսակացն՝ ոչ հրամայեալ եղեւ աստ-ուածային պատուիրան նաւ : այսպէս սահմանեաց սուրբ հոգին ժողովոյ տէրնեան. որ ի. Քրա. գրուածս և յառաքելն հանտսին նոյ ասէ : Եթէ ոք ասիցէ : Թէ աստ-ուածային հրամանաւ, և հաւրկաւորութենէ փրկութենն պարտաւական է ի բարձանչիւր ըստ իւրումնեայ ճաշակել զերկոսին տեսակս աստնաւոր խորհրդոյ հաղորդութեն. նզովեալ եղիցի :]

Եւս ցուցանեմ այս ուղղափառ պատ

DE COMMVNIONE

Sub vtraque ſpecie.

Sectio III.

QVæritur tertiò: Vtrùm populus Chriſtianus teneatur ex diuino præcepto Euchariſtiam ſumere ſub vtraque ſpecie, panis ſcilicèt, & vini?

Reſpondent Pſeudomagiſtri cõmuniter, affirmatiuè: quare Vartanus in Monit. ad Arm. cap. 3. inquit: *Latini, cùm tribuunt ſuis populis corpus Domini, & non ſanguinem, priuant illos Vita æterna.* Et Dattieuenſis, cap. de Euchariſtia: *Quæro abs te*, inquit, *iniqua Natio Latinorum: cur communione ſanguinis Chriſti populum priuas?* Quibus autem rationibus errorẽ hunc ſuum confirmare conentur, videbimus infrà.

Reſpondendum interim eſt cum Eccleſia Catholica, Communionem ſub vtraq; ſpecie non præcipi diuino mandato, Ita definiuit Concilium Tridentinum, ſeſſ. 21. Can. 1. his verbis: *Si quis dixerit, ex Dei præcepto, vel neceſſitate ſalutis omnes, & ſingulos Chriſti fideles Vtramque ſpeciem Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti ſumere debere; anathema ſit.*

Probàtur primò hæc reſponſio ex verbis illis Ioann. 6. quibus ipſe docet Saluator, Euchariſtiam ſub vna ſpecie ad ſalutem ſufficere, dicens: *Hic eſt panis, de Cælo deſcendens, vt ſi quis ex ipſo manducauerit,*

non moriatur. Et iterùm ait: *Ego ſum panis viuus, qui de Cælo deſcendi: ſi quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternùm.* Et rursùs tertiò: *Qui manducat me, viuet propter me.* Ac denique idem replicat quartò: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Igitur, ſi Domino toties afferenti credendum ſit, communio ſub altera tantùm ſpecie ſufficit ad vitam æternam conſequendam; ac proindè non tenemur ex diuino præcepto, ſub vtraque ſpecie hoc ſumere Sacramentum.

Ioan. cap. 6.

Probatur ſecundò ex eo, quòd ipſe Dominus hac doctrinam confirmauit ſuo exemplo: quia, non dicam, multiplicatis panibus ſaturauit populum, nullum et potũ tribuens; ſed poſt reſurrectionem dũ recumberet cum duobus diſcipulis, Cleopha, & ſocio eius, *Accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat eis, & aperti ſunt oculi eorum, & cognouerunt eum:* nam quòd fuerit hic panis vel ipſa Euchariſtia, vel ſaltem illius figura, per quam Chriſtus hoc exemplo indicare voluerit vſum, atque vtilitatem huius Sacramenti ſub vna ſpecie, non ſolùm colligitur ex effectu illuminationis, & modo, quo Dominus eundem panem porrexit; verùm etiam affirmatur apertè ab Auguſtino, lib. 3. de conſenſu Euangeliſtarum, capite 25. Chryſoſtomo, in Matth. homil. 16. Hieronymo, in Epitaphio Paulę; Hiſchio Hieroſol. lib. 2. in Leuit. cum, c. 9. Beda, & Theophilacto, in c. 24. Lucę; & ab alijs Patribus.

Luc. 24.

Pro-

Probatur tertiò ex vsu, & traditione Apostolorum: etenim Eucharistiæ communio sæpè ab Apostolis sub vna solùm specie panis dabatur, præsertim toti fidelium multitudini: vt colligitur ex illo actorum, cap. 2. *Appositæ sunt in illa die anima circiter tria millia: erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus.* vbi Textus Syrus habet: *In fractione Eucharistiæ:* & de Eucharistico pane intelligunt communiter Expositores tum hunc locum, tum etiam illum Act. 20. *Vna autem Sabbati cùm conuenissemus ad frangendum panem:* quem locum exponens, præter alios, Venerabilis Beda, sic inquit: *id est, die Dominico, qui est primus à Sabbato, cùm ad Mysteria celebranda congregati essemus*, &c. Et Paulus, cùm vtriusque speciei meminit 1. Cor. 10. inquit: *Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis, quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? quoniam Vnus panis, & Vnum corpus multi sumus, omnes, qui de Vno pane participamur.* Vbi differenter loquitur de calice, & de sacro pane: nam Calix semper quidem benedicebatur; sed non semper, aut omnibus distribuebatur, vt panis Eucharisticus.

Probatur quartò ex consuetudine veteris Ecclesiæ, in qua non solùm idem Apostolorum ritus perseuerauit, vt colligitur ex eo, quod

ait

ait ſanctus Ignatius in epiſtola ad Epheſios: *Obedientes Presbytero, & Epiſcopo, impræuaricabili ſenſu frangentes panem, qui eſt medicamentum immortalitatis, antidotum non moriẽdi*: verùm etiam Euchariſtia ſub ſola ſpecie panis aſſeruari diù ſolebat tum in Templo ad infirmos, ac peregrinantes communicandos, tum etiam in domibus priuatis, ad quas illam fideles de Templo acceptam deferebant, vt opportuno tempore ſumerent. Huius autem aſſeruationis multa ſunt teſtimonia:

Concilium Nicęnum I. can. 63. Arabico, inquit. *Oeconomus Eccleſiæ habeat curam loci, in quo ſancta Euchariſtia ſeruatur*: intellige, ſub ſola ſpecie panis: nam vini ſpecies in parua quantitate conſeruari diù non poteſt, quin aceſcat, & corrumpatur.

Baſilius Magnus in epiſtola ad Cæſariam Patriciam: *Illud autem*, inquit, *in perſecutionis temporibus cogi quempiam, non præſente Sacerdote, aut Miniſtro, Communionem propria manu ſumere, neqquaquàm eſſe graue, ſupernacaneum eſt demonſtrare: propterea quòd longa conſuetudine hoc ipſo rerum Vſu confirmatum eſt. Omnes enim, in eremis ſolitariam Vitam agentes, Vbi non eſt Sacerdos, Communionem domi ſeruantes, à ſeipſis communicant. In Alexandria Verò, & Aegypto Vnuſquiſque eorum, qui ſunt de populo, Vt plurimùm habent Communionem in domo ſua.*

Auguſtinus, Serm. 252. de Tem-

Ժ անսխ հին Եկեղեցւոյն, յորում ամէն անդամ Քհն առաքելոյն պահեցաւ ի բեհանէն ժողովրդեան զԵ հացն միայն, որպէս ասէ սիքն նիկոդեմոս ի Քրիստն առ եփեսացիս այս պիսի բանիւ: Հնագոյնդ լիրուք քրիստ հանապէ և նպէսի ի բեհանեին հացեին, որ է բժշկութիւն անմահութեան:] Ելոյ և սովոր էին պահել երկար ժամանակաւ յեկեղեցին զհաղորդութիւն ոչ թացեալ սիք արեամբն. որպ հոյլ առնեն. այլ չար ինեցոյ առասկի հացին միայն, մի հաղորդեցուցանելոյ զհիւանդսն և դուխառսոս: և յիշխ սոքին գասանին բազում վկայութիւք. և մանաւ անգ սոքա, որ հետևին:

Հաւատքն սուրբ ժողովն նիկեոյ ի կպ. րդ" կանոնին ասէ: Մի առնիս նկ եղելոյ հոգա սենեցի առեղծն, յոր ամ պահեալ լինի սուրբ հաղորդութիւն:] Իոյն դաս. ի տներըդ առնես նկ հացին միայն. զի առասկն գինոյ յորժամ առիսի է, ոչ իարբ երկար ժամանակաւ պահիլ առանց ապականութե և բացախի լինելոյ:

Մբն բասիլիոս ի Քրիստն առ կայսրին ազնուական ասէ. Յանի լրդ ինձ է ցոյ ցանել. Թէ ի ժամանակս հալածանաց, յորժամ ոչ ներ կայ է քահանայ կամ այլ ոք սպասաւոր. պարտ է իւրաքանչիւրոյ առնուլ ձեռօք իւրովք զհաղորդութիւն: քանզի երկար սովորութիւ այս հաստատեցաւ: զի ի յանապատս, ուր ոչ կոյ քահանայ, ամ միանկեց պահեն իւր զհաղորդութիւն, իւրաքանչ ձեռօք հաղորդին: այլ և ի յայլ քաղաքս եկեղեցոյն իւրաքանչիւր ոք պահէ զհաղորդութիւն ի տանն իւրում:]

Մբն օգոստինոս ի. մ ծ բ. կդ"

Կա-

Tempore: *Mulieres*, ait, *quomodò nitidum exhibent linteolum, vbi corpus Christi accipiant:* Intellige, illud domi seruaturæ, & opportuno tempore suscepturæ. ideò subijcit: *Sic corpus castum, & cor mundum accipiant, vt cum bona conscientia Christi Sacramentum suscipiant.*

Hoc idem testatur Tertullianus lib. 2. ad vxorem; Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromatum; Cyprianus Serm. de lapsis; Hieronymus in Apologia pro libris contra Iouinianum; & alij prisci Patres.

Præterea Serapion, senex ægrotus, Eucharistiam in sola specie panis accepit; vt scribit Eusebius Cæsariensis lib. 6. hist. cap. 36. Idem etiam egit S. Basilius paulò antè, quá vitâ decederet; vt testatur Amphilochius in Vita illius. Ac idem egisse S. Ambrosium, narrat Paulinus in eius Vita, his verbis: *Honoratus Sacerdos, descendens, obtulit S. Ambrosio Domini corpus; quod vbi accepit, emisit spiritum, bonum Viaticum secum ferens.* Igitur in Ecclesia veteri, quam, non est credibile, aliquid vnquàm egisse contra diuinum mandatum, Communio sub vna specie licita erat. Et, si loquamur de Ecclesia posteriori, constat, ante annos ferè mille administrationem Eucharistiæ sub sola specie panis in Occidentali Ecclesia publicam, & communem fuisse.

Probatur quintò ex incommodis, quæ sequerentur ex vtriusque speciei necessitate: Et primò irreuerentia, quæ sæpè contingeret in effu-

effuſione ſanguinis Domini : nam fieri vix poſſet, vt ad illum bibendum de manu alterius ſine frequenti effuſione accommodare ſe noſſet vniuerſa populi multitudo, præſertim ſenes, ægroti, ac ruſtici. Secundò, impoſſibilitas implendi legem iſtam in ijs Regionibus, vbi vinum non prouenit, & vix tantum reperiri poteſt, quantum ſufficiat ad Sacrificium. Tertiò, pleriſque in Pagis, vbi eſt vnus tantùm Sacerdos, & populus numeroſus, non poſſet vnus vtramque ſpeciem toti populo miniſtrare. Quartò denique, quia multi abhorrent à vino, præſertim abſtemij; vndè non poſſent ſine nauſea, & incitatione ad vomitum illud guſtare. Igitur non eſt credibile, rem adeò difficilem, ac penè impoſſibilem, fuiſſe vnquàm omnibus diuino mandato præcipiendam.

Ig 16

Ih 17

Probatur vltimò: quia nunc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus, ſicut fuit tempore mortis eius: igitur ſub ſpecie panis non ſolùm eſt corpus Chriſti ex vi Sacramenti, ſed etiam ſanguis ex reali concomitantia, ſicut & anima, & Diuinitas: & ſub ſpecie vini non ſolùm eſt ſanguis Chriſti ex vi Sacramenti, ſed etiam corpus, anima, & Diuinitas per concomitantiam: & hoc ex profeſſo ipſi quoq; docent Armeniorum Magiſtri: ergo, qui alterutram tantùm ſpeciem ſumit, & corpus ſimul ſumit, & ſanguinem: non eſt igitur ad ſalutem vtraque ſpecies neceſſaria; ac

Ii 18

pro-

proindè vtramque ſumere non tenemur diuino mandato.

Sed contra nos obijciunt primò Vartanus, & Dattieuenſis, in locis citatis: Chriſtus in vltima Cœna guſtandam dedit Apoſtolis Euchariſtiam non ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini, ac dixit: *Hoc facite in meam commemorationem*: igitur & exemplo ſuo docuit, & præcepto, ſumendum à nobis eſſe hoc Sacramentum ſub vtraque ſpecie.

Reſpondetur, Chriſtum per hoc, quòd in vltima Cœna dedit Euchariſtiam Apoſtolis ſub vtraque ſpecie, dicens: *Hoc facite in meam commemorationem*: inſtituiſſe illos Sacerdotes, eiſque præcepiſſe, vt hoc Sacramentum conficerent; ac propterea inſinuaſſe, Presbyteros, qui ſuccedunt Apoſtolis, teneri propter perfectionem huius Sacramenti, vtramque ſumere ſpeciem, cum Euchariſtiam conficiunt. Cæterùm, ſi velint etiam Aduerſarij, ea Chriſti verba, *hoc facite*, pertinere non ſolùm ad Sacerdotes conficientes, ſed etiam ad Laicos communicantes: reſpondeo, in duplici loco verba illa commemorari; nempe in Lucæ cap. 22. vbi, *hoc facite*, ſemel tantùm ponitur poſt datam Euchariſtiam ſub ſpecie panis: poſt datum autem calicem non repetitur: vndè hìc magis confirmaret noſtram ſententiam. Ponitur etiam bis in 1. Pauli Epiſt. ad Cor. 11. primùm abſolutè poſt panis cõſecrationem; & iterùm deindè repetitur poſt ca-

licem, ſed ſub conditione in hunc modum: *Hoc facite, quotieſcunque bibetis, in meam commemorationem:* quæ quidem verba non ſignificant, vt calix neceſsariò dari vel ſumi debeat; ſed vt, ſi bibatur, id fiat in memoriam Dominicę paſſionis: ergò & hic nihil facerent contra nos. ՚Ե 22

Obijciunt ſecundò: Dominus inquit, Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis Vitam in Vobis:* igitur, ad vitam ſpiritualem habendam, Domini præcepto iubemur non ſolùm corpus ipſius ſumere, ſed etiam ſanguinem; ac proinde vtramque ſpeciem. ՆԲ 23

Reſpondetur, ſub qualibet ſpecie ſiue panis, ſiue vini verè ſumi vtrumque, & corpus ſcilicèt, & ſanguinem; quia ſub qualibet per concomitantiam eſt totus Chriſtus cum corpore, ſanguine, anima, & Diuinitate, vt ſupra dictum eſt. vndè etiam illi, qui ſub vna ſpecie hoc percipiunt Sacramentum, plenè præcepto Domini ſatisfaciunt.

Sed inſtant: Chriſtus per illa verba præcipit, vt ipſius ſanguis ſumatur, non quomodocumque, ſed bibendo: at proprie bibi non poteſt ſub ſpecie panis, ſed tantùm ſub ſpecie vini: ergo, qui ſolam panis ſpeciem ſumunt, Chriſti mandato minimè ſatisfaciunt. ՆԴ 24

Reſpondetur primò, falſam eſſe primam propoſitionem: quia vis Dominici eius præcepti, *niſi manducaueritis, & biberitis*, non conſiſtit in modo ſumendi, ſed in re ipſa,

quæ

Ե՛ս միայն բահանայից պատգաղացան, այլ եւս վա այնոցիկ որք հաղորդին: սակայն ոչ եւս լինէին հակառակք մեզ ոչ վէճ պատուէրն: քանզի այն բանքն չեշատակեցան միայն եղուկասու, եւ ՚ի պօղոսէ. եւ ըստ ղուկասու՝ զայս ա բասքինքն դնէ մի անգամ յետ առեալ հացի առնակին միայն. եւ ոչ կրկնի յետ առեալ բաժակին: ուստի առաքել հաստատէք զասացեալն մեզ: նոյն ՚ի պօղոսի Թուղթն առ կրնթացս՝ երկու անգամ դնէ զայս արասքինքն գինեն եր կոցունդ առնակացն. բայց զանա զան կրկնի: զի գինի առեալ ոչ հա յինն պատրաստ եւ բացարձակաբար ա սէ. զայս արարէք առ Իմոյ չեշատակին:] այլ գինի առեալ բաժակին ոչ ասէ այս բացարձակապէս. այլ վերա բերու Թ՛ շրջակայն առուք, ասելով զայս արարէք, քանզի այնպամ Թէ ըմպիցէք առ իմոյ չեշատակին:] որով բանիւ ոչ հրամայէ. Թէ պարտ է հաւ հաւորապէս ըմպել զբաժակն. այլ Թէ քանիցս անգամ կամիցի ոք ըմպել զնոյն զայս արասցէ առ չեշատակի անն: եւ այս ոչ հակառակ սասցելոյն մեզոյ:

Երկրորդ առաքինին. Թէ քո՛ւ ի յոյ հաւ վերեալ գլուխն ասաց: Եթէ ոչ ևբնիցիք զմարմինն որդւոյ մարդոյ. և արբիցիք զարիւնն նորա. ոչ ունիցիք կեանս յանձինս:] ապա ուրեմն ի՞նչ հնչոյ զհոգևոր իմանալ, պարտ է մեզ այն-պէս հրամանաւ՝ ձայնակել ոչ միայն գմարմինն, այլ եւս զարիւնն քո՛ւ:

Պատասխանի. Թէ ի նոյն իրողութեան չիւր առնակին Թէ հացի, կամ Թէ գինւոյ, ձշմարտապէս ձայնակիսք զնո կոսինն ՚ի միասին, այ. զմարմինն եւ զարիւնն: զի ի նոյն իրողութեան այ ՚ի առնակացն գոյ բոլոր քո՛ւ մարդ

Քրիստոս,

ճաշակ, ագնաւմբ, հոգւով, ամ-ոնիբ. 25
որով եղիցի ապացոյց: ոչ սոսկ եւ նո-
քա, որ զմի անուանկն առնուն. լինայ
միաւորին հրամանին ամն:

Քայց կրկին ընդդիմաբանեն ասե
լով. եթէ քա այնու բանիւն հրամայէ
ոչ ճաշակիլ զարիւնն նորա, ոչ պիտ
էր եւ մեզ եթէ կերպիւ, այլ միայն ըմպե
լով: որպ ոչ կարեմք խոհապէս ըմպել
զնա՝ ի՛նչպէս առնուին հացն. այլ մի
այն ի՛նչպէս առնուին գինւոյ: ա-
պա ուրեմն ոչ ոչ զառնուին հացն մի
այն առնու. ոչ միաբէ ամ այնն հրա- 26
մանին:

Առաջ պատիւն է. եթէ զօրութիւն ան
քակտական հրամանին, եթէ ոչ կերիջ
իչ եւ արբիջիք. ոչ կայանայ եթէ կերպն
ճաշակիլդ. այլ եթէ երթն, որ ճաշակն.
զիարդ եւ մեզ կերպոն ճաշակիլդ զնա.
եթէ ոչ բերանով ճաշակն եւ կլանն:
զի ոչդ եւ ոչ հարկաւ որնցուցանէ
զմեզ այն հրամանն, եթէ ոչ միայն
առ ի ճաշակել եւ կլանել զինն: Եւ
պատճառ սորին է այս քանզի այն
հրամանն եղեալ զի ոչ թիչ
իցուն ինչ առ ի պահել զինեանն, 27
զոր առեալ էաք միաւորելն: եւկ բը
ձիչուն այս ոչ կայանայ ի առնա
ին հացն եւ գինւոյ. եւ ոչ ի կերպն
ուտելոյ եւ ըմպելոյ. այլ ի կլանուն
ձարկեսոյն եւ արնանն քիւ զի՝ եթէ մար
մինաւորա ձրմարիտ կերպակուր է, եւ
արիւնաւորա ձրմարիտ ըմպելի է. զի
արդ եւ եթէ կերպիւ կլանեցին եթէ ի
նչպէս միով առնաւին, եթէ երկոցունն
չին. ձրմարտապէս անուանեանն եւ արա
հին զիարդ որ կենանան: զոր օրինակ
եւ այլ կերպակուրքն՝ որ ինչ կերպիւ
ճաշակիցին, եւս հալելոյք բան կերպի
ըմպելեաց. եւ այլ ըմպելիքն՝ որ ինչ
կերպ

quæ ſumitur, quomodocunque ſu-
matur, dummodò ore ſumatur, &
deglutiatur: vndè non obligat, ni-
ſi ad ſolam rei ſumptionem. Et ratio
eſt, quia præceptum illud ad hoc
datum fuit, vt ſcilicet exhiberetur
nobis remedium conſeruandæ vi-
tæ, per Baptiſmum acceptæ: hoc
autem remedium non conſiſtit in
ſpeciebus panis, & vini, neque in
modo manducandi, & bibendi;
ſed in ipſa ſumptione corporis, &
ſanguinis Domini: quia, cùm cor-
pus Chriſti verè ſit cibus, & ſan-
guis eius verè ſit potus; quomodo-
cunque ſumantur, ſiue in alterutra
ſpecie, ſiue in vtraq;, verè nutriunt
reficiuntq; vitam ſpiritualē: quem-
admodùm & alij cibi, quomodo-
cunque ſumātur, etiam per modum
potus; & alij potus, quomodocun-
que ſumantur, etiam per modum
cibi, verè corporalem vitam nutri-
unt, ac reficiunt.

Confirmatur primò hæc reſpon-
ſio ex alijs verbis, quibus ipſe Do-
minus id, quod ante dixerat, *Niſi*
manducaueritis, & biberitis, mox
explicauit, dicens: *Qui manducat*
me, viuet propter me: igitur idem
eſt, manducare Chriſtum (quod
ſit ſub ſpecie panis) quod eſt, man-
ducare ſimul carnem eius, & eius
bibere ſanguinem.

Confirmatur ſecundò à ſimili:
Nam ad illud Saluatoris præceptum
implendum, *Niſi manducaueritis,*
& biberitis, non requiritur, vt caro
eius proprijſſimè māducetur; quod
fieret, ſi priùs dentibus mandere-

tur; immò eſſet hoc potiùs irreuerentia: ſed ſufficit, ſi voretur, & integrè deglutiatur: ergo ſimiliter, ad idem præceptum implendum, non requiritur, vt proprijſſimè ſanguis eius bibatur; quod fieret ſub ſpecie vini: ſed ſufficit, ſi in corpore eius incluſus deglutiatur; quod fit ſub ſpecie panis.

Confirmatur tertiò ex vſu ipſorummet Armeniorum, qui dum communicant ſub vtraque ſpecie, non propriè bibunt ſanguinem Domini; ſed tantùm ſumunt particulam panis Euchariſtici, Chriſti ſanguine madefactam, quam Sacerdos, è calice deſumptam, duobus digitis in os eorum immittit, immò ſæpè, cùm de tali Euchariſtia, diu in Eccleſia, ſeu in domibus Sacerdotum aſſeruata, & iam propterea penitùs exſiccata, communicant, ne ſub vini quidem ſpecie ſumunt hoc Sacramentum; ſed tantùm ſub ſpecie panis.

Reſpondetur ſecundò, quòd etiam ſi vis eius præcepti, *Niſi manducaueritis, & biberitis*, conſiſteret in modo manducandi, & bibendi; adhuc tamen non obligaret ad ſumendam vtramque ſpeciem: quia Coniunctio illa, *&*, vocat poſt ſe præcedentem negationem, & facit hunc ſenſum: ſi neque manducaueritis carnem filij hominis, neque biberitis eius ſanguinem: vndè accipitur ibi, ſicut & in alijs ſacræ Scripturæ locis, pro particula diſiunctiua, *Vel*, in hunc modum: Si non manducaueritis, vel non biberitis.

Եր 28

Եր 29

Ե 30

Quemadmodùm intelligitur etiam illud, Act. 3. *Argentum, & aurum non eſt mihi*: hoc eſt, neque Argentum, neque aurum eſt mihi: tuè, argentum, vel aurum non eſt mihi. Et illud, Ioan. 15. *Si non Veniſſem, & loquutus fuiſſem eis; peccatum non haberent*: id eſt, ſi neque veniſſem, neque loquutus fuiſſem: aut, ſi non veniſſem, vel non loquutus fuiſſem. Oſtendit ergo Dominus per illa verba, ſatis eſſe, ſi ſub alterutra ſpecie Euchariſtia ſumeretur à populo: & hoc ſubindè clarius explicauit, dicens: *Qui manducat me, Viuet propter me*. Et itèrùm: *Qui manducat hunc panem, Viuet in aternum*.

ՔԱՌԱՍՈՒՆ ԵՐԿՐՈՐԴ

Պաշտամունք հիւսդրդութեան առջեւ ոչ առնուլոյ կատարեալ բանաւորութեան.

Ջորդ՚ գլուխ:

DE COMMVNIONE

Puerorum ante perfectum vſum rationis.

Sectio IV.

ՔՎերիտուր քարտ՝ ի՞ւրդ՝ ի հաղորդութիւն առնուլ պարտաւորին հրամանաւ աստուածային

QVæritur quartò: vtrùm ad Euchariſtiam ſumendam obligentur ex diuino præcepto

cepto etiam paruuli, qui diſcretionis vſum non habent?

Reſpondetur negatiuè, contra Pſeudo magiſtros communiter, & præcipuè Gregorium Dattieuēſem, qui in Tract. de Euchar. ſic loquitur; *Latini Euchariſtiam pueris non tribuunt, niſi ad duodecimum ætatis annum peruenerint: quapropter iſtorum plerique ſine illius ſuſceptione moriuntur, & Salute priuantur.* Fuit autem noſtra Reſponſio de Fide definita in Concilio Tridentino Seſſ. 21. can. 8. his verbis: *Si quis dixerit, paruulis, antequàm ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem; anathema ſit.*

Et probatur: quia Euchariſtia non eſt ad ſalutem neceſſaria ſimpliciter, ſeu neceſſitate medij, ſed tantùm neceſſitate præcepti: at paruuli, rationis vſu carentes, non tenentur ſeruare præcepta neque humana, neque diuina; vt conſtat, cùm non ſint præcepti capaces; aut certè excuſantur, cùm non poſſint illud implere: vndè non tenentur honorare parentes, non occidere, non furtum facere, &c. ergo neque ſumere Euchariſtiam; atque adeò decedentes ſine ſumptione illius, non pereunt. Maior probatur: quia illa Sacramenta ſunt neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem neceſſitate medij, quæ per ſe præſupponunt hominem priuatum gratia Dei, & mortuum per peccatum læthale ſiue originale, ſiue actuale, vndè per ſe ordinantur ad illum reſuſci-

Ե
2
Ե
4

երէկաւոյ և տղայոյ, որ ոչ ունին կա-
տարեալ բանաւորութիւն:

Պատնեշ ընդ սը ժողովոյն առէն
Թոյ բացատրելով: Եւ բանք տիզերա-
կան սը ժողովոյն ի յուԹիւդ կանո-
նին. Նա. ժողովմանն ՝ ևս այսպիսի:
ԵԹԷ սը ասիցէ. ԹԷ մանկանցն, յա-
ռաջ քան զհասանելն ի յասն բանա-
ւորութեան. հարկաւոր լինի սը խոր
հուրդ հաղորդուԹիւն. ապրիլաւ էին
ցն:] Եւակայս ուղղափառ վարդապետս
հակառակէցին սուտ վրդովմանն, ա-
ռաջի անդ պրիդոս առԹուացին. որ ի
գլուխն յիշս հաղորդուԹէ այսպէս
ասէ: Օմանկուսնս ոչ հաղորդին գրա-
նէք. մինչ և լինին նիկոտասան ամե-
այ: և բազումք անհաղորդք մեռա-
նին, և գրկին ի քրիստ:]

Հաստատ պատճառութիւնս այս
ցուցանեմ: քանզի հաղորդութիւն ոչ
է հարկաւոր զի փրկուԹէ ըստ բնչ-
ան, և հարկաւորութիւն միջոցի.
այլ միայն հարկաւորութէ հրամա-
նին, զոր նոր քն. ոչպէս յետոյ ցուցա-
նեմք: Եւակ մանկունք, որ ոչ ունին
գրաւոր բանաւորութիւն, ոչ պարտաւոր ունին
պահել զհրամանս ոչ գիտացեալս,
և ոչ գործելոյս. որով յայտ է. քան
զի ոչ ևն ընդունակք հրամանաց, և
ոչ կարեն պահել զնոսա: վասն որոյ և
ոչ պարտաւորին պատուիրեալքն ընծայել
իւրեանց. կամ հրաժարիլ ի գործո-
ԹԷ, ի մարդասպանութէ, և յայ
լոց նմաց, զոր արդելուն ած-այնն հզ
ցամանքն. զի ոչ կարեն գիտակք լինել
նոցա: սպան ուրեմն և. ոչ պարտա-
կան պահել զհրամանն հաղորդու-
ԹԷ: ուստի անհաղորդ մեռանելով
ոչ գրկին ի փրկուԹէ: Եւ զոր առաջ
առաջին բանն ցուցանեմ. զի այն խոր

հուր-

ſuſcitandum, & iuſtificandum per primam gratiam, ſine qua non poteſt acquiri ſalus: qualia ſunt Baptiſmus omnibus, & Pœnitentia lapſis: ſed Euchariſtia per ſe præſupponit hominem, à quo ſit ſumenda, eſſe ſpiritualiter viuum, & in gratia Dei, ac proindè hæredem gloriæ; quarè per ſe ordinatur tantum ad augumentum gratiæ illi conferendum: igitur Euchariſtia non eſt ad ſalutē neceſſitate medij neceſſaria.

Hinc eſt, quòd in aliquo caſu ſaluari poteſt etiam adultus ſine Euchariſtia, & ſine voto illius; ſi V. G. vel neſciat inuincibiliter hoc præceptum; vel ſciens, ſtatim, & improuisò poſt Baptiſma ſuſceptū moriatur. at ſine Baptiſmo vel in re, vel in voto in nullo caſu poteſt ſaluari; ſicut nec etiam ſine pœnitentia, ſi poſt Baptiſma peccauerit. Et ratio eſt, quia in ijs, quæ ad ſalutem ſolùm requiruntur neceſſitate præcepti, excuſat impoſſibilitas, aut inuincibilis ignorantia: ſecùs autem in ijs, quæ neceſſitate medij neceſſaria ſunt.

Probatur ſecundò: Ideò iubentur adulti Euchariſtiam ſumere, vt poſſint per eam conſeruare ſibi vitam ſpiritualem, in Baptiſmo acceptam; hoc eſt, expiari à culpis venialibus, & acquirere augmentum gratiæ, ac robur ad ſuperandas tentationes, & ita præſeruari à mortalibus, ne vitam illam amittant: ac ſic intelligitur illud: *Niſi manducaueritis, &c. non habebitis vitam in vobis*; id eſt, non poteritis eam

eam retinere, sed amittetis. At hæc non habent locum in paruulis; qui, cùm sint rationis expertes, nequeùt tentationibus subiacere, nec peccatum vllum committere; ac proindè vitam, & gratiam Baptismalem neque ex toto, neque ex parte amittere possunt. Igitur non est, cur Eucharistiam sumere teneantur.

Obijciunt Dattieuensis, alijque Pseudomagistri: Dominus inquit Ioan. 6. *Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem; non habebitis vitam in vobis:* ergo, nisi paruuli sumant hoc Sacramentum, vitam, ac salutem non consequentur.

Respondetur, præceptum hoc fuisse à Domino positum, non pro paruulis, sed tantùm pro adultis: Primò, quia paruuli, vtpotè rationis vsu carentes, non sunt vllius præcepti capaces. Secundò, quia finis talis præcepti fuit vitæ spiritualis conseruatio, quæ non est necessaria, nisi in quibus vita iã acquisita minui, aut amitti potest; quales non sunt infantes. Tertiò, quia idem præceptum non fuit à Christo prolatum per modũ generalis Constitutionis: non enim dixit: Nisi quis manducauerit, &c. sicut ait de Baptismo: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. sed dixit: *Nisi manducaueritis*; dirigens sic sermonem ad audientes, scilicèt ad eos tantùm, qui essent capaces discretionis, & suscipiendi obligationem talis præcepti; cùm hi soli, ne vitam amittant, indigeant Eucharistia: Sicut etiam

ը Հարկաւոր միայն հարկաւորս
Ք հրամանն. կարէ պատճառել զան
կարողս Քին եւ կամ զիւրն ան
զիտս Քին առանց մեղաց. եւ ոչն
լուզառաքին չարչրան, փրկեալ լինի:
Բայց՝ յորժամ պահանջ ըստ այմ,
որ ի հարկաւորս հարկաւորաբ մի
նորդ. յիշ. որ բնիկ մեղ զառաքին չա
րչր. Քնկէտ պատճառիցէ զանկարո
զութիւն կամ զանգիտութիւն իւր. ա
կայն ոչնչ օգտէ. զի ոչ ունելով զիւ
րիաւորս միջնորդ զՔ փրկու Քիւն. յիշ.
զառաքին չարչր այ. կորնչի:

Ը Եւ կրկի՞ ցուցանի մեր պատճառն;
քանզի առիս այսորիկ հրամայեաց ը
Տէր առաքելոցն առնուլ զհաղորդու
Քիւն. զի կարծիցին ի ձեռնադրա պա
հել յանձինս զհոգեւոր ևնական, զոր
առեալ էին յառաջ ի միտս Քենէ,
կամ յապաշխարու Քէ. յիշ. քան
ի՛ նուիրելն մեզ, և շահել զաճա
շարոյն և զօրու Քիւն յաղԹելոյ
զինուձու Քիս, և հրաժարելոյ ի մա
հու չար մեզաց. զի մի՛ կորուսանցէ
զոյն կեանն: և ըստ այմ մեռցու
նիմանն ոչն բանն. եԹէ ոչ կերիջիք և
այլն. ոչ ունիցիք զկեանս յանձինս.
յիշ. ոչ կարիցէք պահել զկեանս ի ձեզ
այլ կորուսանիցէք զինս: Բայց՝ ոչս
բնիկ ոչ ունին անդի ի մանկուն. զի
դորա ոչ առնելով զբանաւորու Քիս,
ոչ կրնն զիւրձու Քիս, և ոչ կարին
մեղանչել. վասն որոյ և ոչ կարին կորս
ուանել զկեանս և զնարհս զոր առեալ
ի միտս Քենէ: ապա ուրեմն ոչ պէտ
հրամանդ ոչ եղաւ վասնորայ:

Իսկ առաքել աւանդեցին և այլ
զա՛ս առաքելոցդ ոչոր ոչ ունէին ի
մեծն ի յորս վկայիցդ. զիշխս, եԹէ
ոչ կերիջիք զմարմին որդւոյ մարդոյ.

և

և սրբոյիք զարիւն նորա. ոչ ունիցիք
կեանս յանձինս : սպա ուրեմն եթէ
մանկունքն ոչ առնուն զայս խոր
հուրդս . ոչ շահիցեն կենանս և զիւր
կուրծին :

Պատնէշ . Եթէ զայդ հրամայեաց
քո ոչ իւր փոքր մանկանց . այլ միայն
պատուոյ , որ ի կատարեալ հասակ և
ի միտս ժամանեցին : Նախ՝ զի մանր
կունքն՝ ոչ ունելով զբանաւոր ուսո
ւեան, ոչ են ընդունակ հրամանին ու
րուք : Երկրորդ՝ զի այդ հրամանդ նո
րա՛ւ կամ պահելոյ կոգևոր կենանս, ա
պա մանկունքն , որք ոչ կարեն մեղան
չել և կորուսանել զայն կենանն , ոչ
կարօտին այնպիսի պահմանն և հրա
մանին : Երրորդ՝ զի քո ոչ հրամայեա
կենաց զնոյն հրամանն ընտ կերպին հա
ւատակ ինչ օրինաց ի նոսա ամենեցուն.
զի ոչ ասաց . Եթէ ոչ ուք կերիցէ զմարմ
ին և այլն . որպէս ասաց ի նոսա մեռ
անիցին . Եթէ ոչ ուք ծնանի ի ջրոյ :
այլ ասաց . Եթէ ոչ կերիցիք . ուղղ
լոյ զբանս զայս առ չարչարս . յի , առ
նասն , որ էին ընդունակք բանաւո
րուքն և այնը հրամանին . զի դորա
միայն կարօտանան հոգևորուքն ,
զի սի կորուսանացեն զկենանս : որպ և
յորժամ ասաց ի գիշեր . Յգ. բդ՝ գլխն.
Եթէ ոչ առաջիկայիցիք . ամենեքեան
նոյնպէս կորնչիցիք :] ոչ իւր ամենեցուն
զայս ասաց . այլ միայն իւր մեղա
րաց . զի դորա միայն կարօտին ապաշ
խարուքն , զի սի կորնչիցին : Եւ
Երրորդ՝ զի խօսելով ընդ յիգս ուսուցոյ
զհասոյն խորհրդաւորն . ոչ կարաց խո
սել իւր երէխայիցն . զի դորա ոչ են ա
զօր և ոչ կարեն ուսուել զհասոյն , այլ
հացիւ զկաթն ձուլանել :

Երկրորդ՝ առ այնմ ասելով . Եթէ

Ցա 11 etiam , cùm dixit Luc. 13. *Niſi pœnitentiam egeritis , omnes ſimiliter peribitis* , non omnes adultos eſt alloquutus, ſed duntaxàt peccatores; cùm hi ſoli , ne pereant , indigeant pœnitentia. Quartò denique , quia dum loquitur de manducatione panis Euchariſtici , ſeu de carne ſua ſub ſpecie panis , certè non pro infantibus loquitur , qui non ſolent , nec poſſunt pane veſci , ſed lacte.

Obijciunt ſecundò : Dionyſius Areopagita , lib. de Cæleſt. Hier. c. 2. par. 2. dicit, tradendã eſſe baptizatis ſacram Cõmunionem. Item Auguſt. alijq; Patres dicunt, verba illa Chriſti eſſe etiam intelligenda reſpectu paruulorum : immò ex neceſſitate Euchariſtię colligunt neceſſitatem Baptiſmi cõtra Pelagianos.

Ցբ 12

Reſpondetur, Dionyſium ibi loqui de Baptiſmo Adultorum , non puerorum: loquitur enim de ijs, qui ad Fidem conuerſi, petunt baptizari: quibus, ait , poſt Baptiſma non modò ſacram Communionem , ſed etiam ante hanc Chriſmatis ſacramentum conferendum eſſe ; vt mos eſt etiam apud Latinos.

Ցգ 13

De Auguſtino autem , alijſq; Patribus dico; eos, cùm extendunt hoc Domini præceptum etiam ad paruulos , exponere tunc illa eius verba , non iuxta ſenſum literalem de manducatione reali Euchariſtiæ , (nam , quandò de hac loquitur Auguſtinus , præſertim lib. 4. contra Pelagianos , cap. 22. apertè noſtrę ſententiæ ſuffragatur. dicens: *Nec illud cogitetis, paruulos vitam habere*

non poſſe, qui ſunt expertes corporis, & ſanguinis Domini:) ſed iuxtà ſenſum myſticum de manducatione ſpirituali, quæ fit à paruulis in Baptiſmo per myſticam vnionem cum corpore Chriſti, iuxta illud Gal. 3. *Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis*. Tunc enim paruuli fiunt membra corporis Chriſti, & communicant corpori, & ſanguini eius ſpiritualiter per votum, non quidem explicitum, cuius ſunt incapaces, ſed implicitum in ipſo Baptiſmate, hoc eſt, per habitum Fidei, Spei, & Caritatis, in Baptiſmo acceptum vnà cum gratia iuſtitiæ originalis; & tunc ius acquirunt ad Euchariſtiam ſuo tempore reali manducatione percipiendam, quippè, ſicut qui naſcitur, naturaliter incipit cibum appetere; ita etiam illi, hoc ipſo quod renaſcuntur in Chriſto, appetunt per votum illud implicitum, vt modò iam dixi, cibum hunc ſacrum corporis eius, & ſic quodammodo ſpiritualiter illum manducant. De hac itaque ſpirituali manducatione corporis Domini, quæ fit per Baptiſma, intelligit cum alijs Patribus Auguſtinus, cùm hoc præceptum extendit ad paruulos; & ex neceſſitate illius neceſſitatem Baptiſmi colligit contra Pelagianos: de ipſa verò ſic loquitur in Epiſt. ad Bonifacium: *Nulli eſt aliquatenùs ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis, ſanguiniſque Domini participem fieri, quandò in Baptiſmate membrum corporis Chriſti eſficitur; nec alienari ab illius pa-*

Յհ 14

Յէ 15

Յզ 16

աբէն դիտէսիս ապնապատոյին ի յիս կրօ՛ գլխոյ յիշս նկնդեցական գահոյ պետու-Թեն ասէ. Թէ արժան է՛ տալ գիտաղորդու-Թիւն մկրտելոցն:

Պաճխն, Թէ աբէն դիտէսիս անդ խօսի յայտնապէս զի՛ նոցայ, որք ի կատարեալ հասակին մկրտին, և ոչ զմնոցայ, որք մկրտին ի յերէկայու-Թեն: զի խօսի յիշս ապնոցին, որ դա րձան ի հաւատս քրի, և խնդրէն զմկ բատու-Թիւն և ասէ. Թէ պարտ է՛ տալ դոցայ զկնի մկրտու-Թեն նախ զխորհ ուրդ գաշնին, և յետոյ զհաղորդու-Թիւն. որպէս և սովոր է՛ և առնել աբէն եկեղեցին հռովմայ:

Թ-երես ասիցէ որ Թէ մանկունք արգելուլ ոչ էղիւն արգելօք ի խորհր դոյս հրամանաւն եայ և ոչ զիշաս ինչ բնութ-եանցայ հաղորդու-Թի, այլ յաւէտ զաճու-ցն մկրտականն շնորհացն տալ ընդ-էր յարեւմտեանն եկեղեցին հաստատեաց ոչ հաղորդեցու-ցանել զնոսկայս:

Պաճխն. Թէ բարւոք կացու-ցիալ էղե ոչ տալ մանկանցդ զհաղորդու-Թիւն յառաջ քան զհասանիլն նոցայ ի հա տարեալ բանաւո՛ր-ու-Թի: և այս եղև մ-ն եկեղ-ց պատճառաւ: Զոմն՝ զի այդպիսի մանկունքն ոչ կարէն ձանա չել զբարձրու-Թիւն պատու-ական սբ խորհրդոյս, կամ ունել առնա զնշ անգո-ու-Թի ինչ սեպոյ կամ հաւ ատոյ, որպէս պատշաճէր այժմ՝ նա՛ ձայնակոչացն, ըստ այմ. Թէ փորձեսցէ մարդ զանձն իւր. և ապա՛ ի հացէ առնու կերիցէ, և՛ ի բաժ ակէն սբցէ:] Եւ երկիր զի մի՛ այս բան մեծ-ամեծ խորհու-րդս ածէլ լինի յանապատու-Թի, և մանաւ՛ անդ ի կար ծել զոր պատու-ըմանս: բայզի եկեղեցի

բա-

panis, caliciſque conſortio, etiamſi, antequàm panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc ſæculo in Vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat. Hoc ipſum docet in libro 1. contra Iulianum; & lib. 3. de Peccatorum meritis, & remiſſ. cap. 4. & in Serm. ad Infantes, quem citat Beda in Comment. 1. Cor. 10. & addit, hoc modo infantes per ſuſceptionem Baptiſmi implere præceptum de ſumptione Euchariſtiæ.

Dicent: Euchariſtia diuino ſaltem iure prohibita pueris non eſt; & ſi daretur, augeret illis gratiam Baptiſmalem: ergo non eſt ratio, cur eis denegari debeat ab Eccleſia Occidentali.

Reſpondetur, conuenientiſſimè conſtitutum eſſe in Occidentali Eccleſia, vt pueris ante perfectum vſum rationis non cõferatur Euchariſtia; idque duplici de cauſa: Primùm, quia tales pueri cognoſcere non poſſunt, nec potuerunt vnquàm excellentiam tanti Sacramẽti; neque concipere erga illud deuotionem vllam, aut fidem, ſicut expediret dignè ſumentibus, iuxta illud 1. Cor. 11. *Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat.* Deindè, ne ſic exponatur hoc Sacramentum manifeſtæ irreuerentiæ, ac præſertim periculo expuitionis, ſicut potiſſimè experiuntur Armenij, qui ad illud ſuſcipiendum adducere frequenter ſolent infantes, etiam faſcijs inuolutos, ac vident, eos Euchariſtiam ori ſuo intruſam expue-

re. propterea, cùm non ſit hoc Sacramentum illis neceſſarium ad ſalutem, non debet ob dictas cauſas conferri.

Petes hic primò: In qua ætate incipit obligari fidelis diuino præcepto ſumendi Euchariſtiam? Secundò: quotiès in vita tenetur illam accipere? Tertiò: quo tempore obſtringitur hoc implere præceptum?

Reſpondeo iuxta communioré, & tutiorem Theologorum ſententiam: Ad primum, incipere hanc obligationem in ea hominis ætate, in qua incipit is eſſe capax diſcernendi hunc ſacrum cibum ab alijs, & concipiendi erga illum fidem, ac deuotionem; vt ex dictis colligitur: qua in re ſtandum eſt arbitrio prudentis Confeſſarij.

Ad ſecundum; non ſatisfacere diuino præcepto fideles, qui in tota, & longa vita ſemel tantùm communicant, ſicut plerique ſolent in Oriente. Nam ideò Chriſtus ad vitam hominis ſpiritualem alendam, & conſeruandam, hoc inſtituit Sacramentum per modum cibi, & potus; vt ſcilicet innueret, quòd ſicut vita corporalis, quæ naturali calore conſumitur, non ſemel tantùm, ſed pluriès cibo corporali reficienda eſt; ſic etiam, ad vitam ſpiritualem, quæ aſſiduis tentationibus ſubiacet, longo tempore conſeruandam, deberemus non ſemel duntaxàt, ſed pluriès cibum Euchariſticum ſumere: igitur, cùm ſuo præcepto Chriſtus nos obligauerit ad huius cibi perceptionem, certè non

Ք
20
Քէք հասած է ու ականատես. պատա
ճ՛մեղ ոչ տակաւ՛, այլ բազում անգամ
մուռացանել ու զօրացուցանել զիւր ձայ
ակնելով զհոգեւոր աւուրբ կերակուր
Երբո՞ հարցուածն. Ընդհակառակ
նախկին ուծ-այնմ հրամանն պարտաւո
բեցուցանէ զմարդն առնուլ զհաղոր
դութիւն: Պատասխ. Թէ պատրաստ է մար
դոյ՝ առ՛ի միանալ ուծ-այնմ հրամա
նին, հաղորդութիւն հարկաւորապէս.
նախ ու մանաւանդ՝ ի յամենամկին
մահուանն. յորժամ առաքինապէս կո
չի փոյթ ու պատեհ բազում առաջ
նայի. ու միգուցէ ի չեանէն կարճ կեր
յաւ խոչընդոտեան մահու կամ միկու
թեան: միան որոյ յայնժամ յաւելի
պետս առնելմէ այսր զօրացուցիչ ու
միկաբար աւուրբ կերակրոյս: Իսկ
միան այլոց ժամանակաց՝ ոչ հասատ
ուեաց յո քո զայլ յաւուրն ժամանակ
առնլոյ զհաղորդութիւն, այլ եթող
զայս՝ խնդուս եկեղեցւոյ. զի նա հաստա
տեաց զայս, ըստ որում հարկաւոր
հիմնիլ: Սակս այսորիկ ոչ եկեղեց
ըստ զամազանութիւն պահանջէ ի ոչ
բոյ ու ժամանակաց՝ զամարդն առն
մանաւանդ ի ամ արտ խնդրոյ առին,
որպէս զի կարասցին հաւատացեալ
քն զայս հրամանս քի կատարել: Ու
ասի՝ ինամեցուցանէ եկեղեցին. յո
րում մեզ էր ընտրանաւորութի բազ
ատեից, հաստատեալ եղե. զի յում
օր հաղորդեսցիս բազմանեայցն. ու
զայս վկայեաց յատուցին Պաւղոս
ի ոչ ոն ամակիսաս պարտ առելով
այսպէս: ի հաւատալն ոչ այ պատ
րաստին զհաղորդութի առցին ամե
նեքեան. Եթէ ոչ կամիցին ձգիլ ար
տաքոյ եկեղեցւոյն. զի այսպէս հաս
տատեցին առաքեալքն, ու պահել ոչ
եկե-

non

non semel tantùm in vita multorũ annorum, sed pluries nos illum sumere iussit.

Ad tertium; teneri fideles ex diuino præcepto hoc Sacramentum suscipere, determinatè quidem in tempore mortis, quando ad decernendum de tota re vltima imminet, & grauissima luctа cum hoste, ac proindè maxima tunc est salutaris huius cibi necessitas: pro alio autem tempore non determinasse Christum tempus sumendi, sed hoc reliquisse ab Ecclesia determinãdum.

Quapropter hæc pro diuerso ipsius statu diuersa edidit decreta ad istud Christi præceptum exequendum. Nam in primitiua Ecclesia, quando magna quidem erat fidelium deuotio, statutum fuit, vt quotidiè fideles commnicarent: vndè Anacletus Papa in Epist. 1. sic scribit: *Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.* Deindè frigescente deuotione fidelium, Fabianus Papa indulsit, vt, si non frequentiùs, saltem ter in anno communicarent, scilicèt in Paschate, Pentecoste, & Natali Domini. Postremò Innocentius III. in Concilio Lateranen. si præcepit annuam Communionẽ semel saltem in anno, hoc est, in Paschate. Cæterùm in lib. de Eccles. Dogmatibus, cap. 53. exhortantur fideles, vt singulis diebus Dominicis Eucharistiam sumant.

Habetur de Conf. dist. 1. cap. Epis.

De Conf. dist. 2. cap. Etsi non frequentiùs.

Extat liber hic inter Opera D. Augustini tomo 3.

Quapropter monemus Armenios,

nios, vt tum in hoc obſeruando præcepto, tum in reuerentia tanto Myſterio exhibenda, maiorem curam, diligentiamque adhibeant. in vtroque enim ita palàm, & impunè ab eorum pleriſque delinquitur, vt cæteri ſuammet criminentur Eccleſiã, quòd abuſibus nõ proſpiciat. Nam, quod ſpectat ad primum, quamuis communionis infantium curioſiſſimi ipſi ſint, ac ſæpenumerò apud eos illa repeti ſoleat, tametſi nec præcepta, nec neceſſaria eſt: tamen Adultorum Communio, ex Eccleſiaſtico, & diuino iure mandata, adeò paruipenditur, vt etiam multi Sacerdotes, ne in Paſchate quidem, immò ne poſt plures quidem annos, Sacrum non faciant, neque communicent. Eſtque id in more poſitum non tam Plebis, quàm Cleri, magis autem apud Epiſcopos, ac maximè omnium apud Magiſtros, qui penes Armenos, tanquàm ſummi Sacerdotes, & Eccleſiæ Doctores, atque Primates, Epiſcopis præferuntur, alijſque ſanctiores exiſtimantur. ex his enim plurimi ſunt, qui rem diuinam vix vnquàm in toto vitæ curriculo celebrare videntur: perindè quaſi indecens ipſorum dignitati foret, ſi, quod cuilibet ſimplici Sacerdoti licitum eſt, Deo cæleſtem hoſtiam immolarent; aut, quod conceditur etiam Laiis, Euchariſtiam ex aliorum manibus ſumerent. Vndè ſatis muneri ſuo facere putant, ſi ſolùm Sacrificio adſint, conciones ad populum habeant, & de ciuium con-

tro-

ՀԾ 29

trouerſijs iudicent.

Porrò neſciunt iſti, quotuplici ob id ſcelere maculantur. Primò enim repudiãt Chriſti conſortium; & ingrati, dum illius tam ſingulare beneficium reſpuunt, iniuriam beneficio faciunt. Secundò, Dei præceptum tranſgrediuntur, quod Eccleſiæ ſaltem in Paſchate exequendum iubet. Tertiò, ipſius Eccleſiæ iuſſui non obtemperant. Quartò, ad vtramque contumaciam populos ſibi ſubiectos exemplo ſuo inducunt. Denique ab officij ſui præſcripto deflectunt: nam vnuſquiſque vti tenetur gratia ſibi data, iuxta illud 2. Cor. 6. *Exhortamur, ne in Vacuum gratiam Dei recipiatis:* ergo debet Sacerdos poteſtatem, quam accepit offerendi Deo Sacrificium, exercere ſaltem in præcipuis feſtis, quando cæteri fideles communicare ſolent; maximè cùm hoc ſit principale Sacerdotis munus. vndè in lib. 2. Machab. cap. 4. reprehenduntur Sacerdotes, quòd *circa Altaris officia dediti non eſſent, ſed neglectis Sacrificijs*, operam rebus alijs darent. Hinc & Apoſtoli, quamuis ad fidem per Orbem terrarum diſſeminandam omni cogitatione incumberent, à quotidiano tamen Sacrificio non vacabant; & ipſe Romanus Summus Pontifex aſſiduè, ac plurimùm quotidiè ſacrificare non negligit, quanquàm in totius Orbis Chriſtiani mole regenda operoſiſſimus eſt.

Z 30

ՀԿ 31

Audiamus autem, quid pro ſe iſtorum nonnulli, qui plùs alijs hoc la-

laborant morbo, respondeãt: *Humilitatis*, inquiunt, *& reuerentiæ studio ab Eucharistia sæpè sumenda, vel sacrificanda continemur: ea quippè nos haud dignos esse, cognoscimus.* O plenam hypocrisi responsionem! idcircò ne verò non sæpiùs in tota vita, quam semel, aut iterùm, vel tertiò ad summum, accedimus ad Eucharistiam, quia digni non sumus? certè quidem nemo tam sanctus, qui pro sua dignitate vel semel ad Christi corpus sacrificandum, aut sumendum accedere meretur. quid ergo? nemo propterea vnquàm accedat? Cur vos, cùm digni non sitis, semel, atq; iterùm accessistis? cur in primitiua Ecclesia etiam Laici *erant perseuerantes in communicatione fractionis panis, & orationibus?* Itaque, si vobis non dignis, sed peccatoribus, iustificatis tamen per Pœnitentiam, accedere semel licuit, cur non liceat etiam quotidiè? aut, si hoc præuæ vitæ vestræ ratio minus ferat, cur non saltè singulis hebdomadibus? cur non minimùm singulis mensibus? At quales, quæso, non dico Sacerdotes, sed Christiani sunt, qui nec in Paschate, quando vrget præceptum, nec in tota penè vita, nisi vix aliquandò, communicare videantur? En vt Ambrosij verbis vester ille indignitatis, & humilitatis obtentus strenuè refutatur: * *Graue est*, inquit Ambrosius, *quòd ad mensam Domini mundo corde, & manibus innocentibus non venimus; sed grauius est, si dum peccata metuimus, etiam*

Act. cap. 2.

* Ambrosius apud D. Thomam 3. parte quæst. 82. ar. 10.

ՀԱ

32

ՀԳ

33

ՀԴ

34

[illegible]

ղբահանայական պաշտօնն : Մա-րբ
հայց այս, ասէ օրսամեամս, հանապա-
ղորդ է. ձաշակեսի հանապազ յիւր օր-
սոյն զի օրհու-ս բնդ լեզեր այսպիսի վա
ղուց կենաց . որպէս զի արժանի եղիցիս
յիւր օր ձաշակել :]

Item lib. 4. de Sacramen. cap. 6.

etiam ſacrificium non reddamus. Et
35 rursùs ait: *Si quotieſcunque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere: qui ſemper pecco, debeo ſemper habere medicinam.*

Deindè, ſi vos, qui talia reſpondetis, verè diligitis humilitatem, & vos ipſos reuerà indignos agnoſcitis; quarè non anteà ob indignitatem, humilitatemque hanc veſtram à Sacerdotio, Epiſcopatu, vel Magiſterij gradu abſtinuiſtis? At quomodò humiles, qui Eccle-
36 ſiaſtico, diuinoq; præcepto obtemperare contemnitis? quomodò indignos vos ipſos agnoſcitis, qui ad digniores Eccleſiæ veſtræ gradus aſcendere ſtuduiſtis? Siquidem ergo digni olim fuiſtis habiti, qui ad Sacerdotium proueheremini; nunc vt Sacerdotis munere haud indignè fungi mereamini, ea viuito vita, qua dignum deceat Sacerdotem. *Iſte panis*, clamat Auguſtinus, *quotidianus eſt: accipe quotidiè, Vt quotidiè tibi proſit: ſic Viue, Vt quotidiè*
37 *mereari accipere*.

Aug. Serm. 28. de verbis Domini. tom. 10.

Denique, ſi vobis, qui vitam regularem, ac celibem profitemini, Summique Sacerdotes, & veſtræ Primates Eccleſiæ eſſe ducimini, minùs expediat, ratione adſertæ indignitatis, ad Euchariſtiam ſingulis ſaltem annis accedere; quanto quidem minùs eandem ob cauſam id expedire deberet ſecularibus, maritiſque veſtris Presbyteris? quantò etiam minùs inferioribus alijs Eccleſiaſticis, ac reliquæ Plebi? ſtatus

enim veſter dignus certè plùs eſt, quàm iſtorum omnium. & tamen complures in Armenia ſunt vel Laici, vel Clerici, vel Sacerdotes tum Seculares, tum Regulares, qui plùs ſemel intra annum, depoſita per Pœnitentiæ Sacramentum indignitate, cõmunicant, aut Sacrum celebrant. cur ergo vos non idem faltem facitis digniores? Ego quidem cauſam aperiam: nam aperire licet ad veſtram correctionem. Et verò cauſa (vt à veſtratibus ijs, qui mente integra, & perſpicaci curioſiùs eam exploraſſe, accepi) multiplex eſt: Prima, quia præcipuis dediti muneribus, ea videri facere indignamini, quæ à Miniſtris inferioribus fieri ſolent. Secunda, ne ob id ſæpiùs venire cogamini ad Pœnitentiæ Sacramentum, ſcilicet illa de vobis Confeſſario aperire facinora, quæ frequenter in Concionibus redarguitis. Tertia, vt populo inſinuetis, humiliores alijs eſſe vos, quòd non audeatis, niſi perrarò, Euchariſtiam tractare. Quarta, vt virtute præſtantiores exiſtimemini, quippe qui ſpirituali eo auxilio non ita, vt cæteri, ſæpenumerò indigeatis. Quinta demùm (quæ eſt aliarum fons, & origo), quia Chriſtum aut nihil diligitis, aut certè minùs alijs; idcirco negligitis eius conſortium. Itaque in rei cauſa non eſt humilitas, neque propriæ indignitatis cognitio, ſed ſuperbia, hypocriſis, vita facinoroſa, & defectus dilectionis in Chriſtum.

ՀԸ 38

ՀԹ 39

Ճ 40

յնքին՝ և յիանդոյ հնդստիոյ անուա
նոյ: Եւ յլ և առասք Եբէնէ. Եթէ մի
ոմն ըստհատուոյ էնդրէց ընդ ձանապա
րի զատ ըրբ հացդրդոյս Եկնու միոյ ձե
ռամբ. և մի առնիլ խաղայր և էտ ընդ
հատուէր ընդ ընկերացն: և Եթէ գաձա
ռանկան ձանուցարհոյդ տանէին զայ
ըստ Եկնու անագատե՛ն մէջ ընչիցն և
բերանց: և դայլ բազում յայլսպիսե
ացս առնասք. զորս ոչ միայն՝ ի պատ
մելն, այլ և ս՛ն խորհիլն զարհուրիմ
մէ: Էս գտրնացոյց. Եթէ պիտոյդ հատ՛
ատասցնն գորա զյս զս գոլ ձչմարիտ
ասե և առէք ընդնացք. Եբբ արդ ոչ պատ
ճառեն զայն մարմնոյն առնոյ: գի
զինէ պատուեն զատ Եստրանական
պէրքն, և գհատէ, և գտոյրբ սեղանն
զի. որչափ և ատաւե՛լ պատճառ էր նո
ցա պատե՛ն և գողոմն և Եկեղեցի
գոլ Քրիստոս մատուցանել ընչեանս զի,
ոչ առնն, և վաղկէին, և այլ սերոյ.
որ՛ն սիրէ սրբոյ հացդրդոյն Քրիստոսն զբ
տանի:

Tom 41

De reuerentia verò, tanto debita Sacramento, quid dicam? cùm illud viderim adeò irreuerenter apud Armenos tractari; vt nisi reflati seriò ipsi essent, credere se firmiter, esse in eo Christi corpus, & sanguinem, oppositam de sua fide sententiã habuissem. Seruatur enim illud non solùm in templo sine luminaribus, alioue indicio venerationis; verùm etiam (quod valdè doleo) domibus in priuatis, & incursibus ibi expositum quibuscunque, vt passim accidat, sacra fragmenta in terram vsque propelli, vbi vel pedum conculcationibus, vel esui bestiarum obnoxia fiunt. Hisce vidi oculis extra Ecclesiam Sacerdotem, vna manu deferentem Eucharistiam, altera cum socio pugnis contendere: vidi in itinere Mercatores eandem, suis intermixtam mercibus, hucilluc inhonoram dissectare: vidi alia id genus

Tom 42

incommoda, quę quidem vel cogitatu horribilia sunt: quæq; cùm probè sciam, nequaquàm ex ignorantia, & defectu fidei fieri, sed ex praua solùm consuetudine; non est, cur in ijs refellendis immorari debeamus. ad hos enim tollendos abusus, satis superque esse potest, nosse Armenios, Christum Dominum, & Deum nostrum, quem ipsi adesse credunt in Eucharistia, summa reuerentia dignum esse, sceluſque, ac sacrilegium, aliorum omnium maximum, ab eo admitti, qui talem illi deneget venerationem. Cùm enim exhibeant ipsi honorem, cultumque præcipuum Cruci, Altari, & Euangelio; quò magis colendus eis, reuerendusque sit ille in Eucharistia, cuius gratia ea omnia venerantur?

ՅԱՂԱԳՍ ԱՂԱՇԽԱՏՈՒԹԵԱՆ

ՊՐԱԿԸ. Գ:

Յայտ լինի մոլորութիւն վարդանայ.
որ ինչ այսր խորհրդոյն,

ՀԱՒԱՏՔԻՆ ՊԱՏՃԱ:

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ

§. IV.

Aperitur error Vartani.

SECTIO I.

QVanquàm de hoc Sacramento Armenij rectè nunc sentiunt, eoque utuntur haud aliter, quàm Catholica solet Ecclesia; vt planè, si quid prætereà desiderandum in eis hac de re videretur, id esset solùm maior in eodem Sacramento suscipiendo frequentia, in conferendo peritia: cuius vtriusque rei defectus apud omnes Christianos Oriētales idem ferè est, & communis: tamen ponimus hunc Paragraphum, vt sibi à Vartani doctrina de Pœnitentia caueant; quippe quæ tam mira fraude, atq; astutia dispositа est, vt nihil ad aliud spectare tandem videatur, (quamuis de industria id apertè non efferat), nisi ad Exomologesim, Sacramentalem scilicet confessionem, è medio suæ Nationis tollendam.

ՊԱՏՃԱՌԱԿԱՆ ՈՒՍՈՒՑԱՆՔ ԱՅՍՈՑ ՀԱՅՈՑ ԱՅԺՄԱԿ ԻՄԱՍՏՈՒԹԵԱՄԲ ԱՇԽԱՐՀԻՍ ՈՐՊԷՍ ԵՒ ՔԱՆ ԶԱՆԱԶԱՆ ԱՅԼ ԿԱՏԱՐԵԼԻՔ ՆԿԱՏԵԼՈՒՆ. ՍԱԿԱՅՆ ԻՆՉ ԱՌ ՔԱՆ ԱՅԺՄ ՄԱՍԻՆ ՈՉ ՃԱՌԱՅԵՄՔ Ի ՆՄԱ ՁԱՅԼ ԿԱՏԱՐԱԾՈՒԹԻՒՆ ԱՒԵԼ ՈՉ ՍԱԿԱՅՆ ՊԱՆԴԻՏՈՒԹԻՒՆ ԻՆՉ Ի ԽՈՍՈՎԱՆՈՒԹԻՒՆ ՔԱՆ, ՈՐՔ ՈՉ ԳԻՏԷՆ ՀԱՐՑԱՆԵԼ ՁԱՅԱՆ ՀԱՐՄԱՐ ՈՐ ՀՐՁԱԿԱՅԱՆ ՍԱՀՄԱՆՔ, ԵՒ ՈՉ ՔԱՆ ԶՈՐԻՆ ՄԱՍԻՆ ԱՌՆԵԼ Ի ՄԻՋ ՀԱՒԱՏԱՑԱՆ ՄԵՐՈՅ ՀԱՅՈՑ ՆՈՅՆ: ԵՒ ՁԻ ՍՈՒՏՈՒԹԻՒՆ ԻՆՉ Ի ԽՈՍՈՎԱՆԱՒՈՐԱԿԱՆ, ՈՐՔ ՍԿԻԶԲԱՆ ԱՆ ԶԱՅԼ ԽՈՍՈՎԱՆԻՆ. ԵՒ ՅՈՐԺ Ի ԻՐԵՆՑԿԱՐ ՅԱՒԱՐԱԼԻՆ ԶԱՅԼ ԱՌ ԱՅՆ ԱՐ ԽՈՐՀՈՒՐԴՆ ՀԱՅՈՑ ՈՐՈՇԵԱՑ: ՄԱՆԱՒԱՆ ԿԱՄԵՑԱՒ ԴՆԵԼ ԶԱՅԼԱՆ ԶԱՅՆ Ի ՍՏՈՒԹԻՒՆ ԽՈՍՔԻ ՀԱՅՈՑ. ՈՐՊԻ ԶԻ ԶԳԱՅՔ ԼԻՆԻՆ ՀԱՅՔ Ի ՄՈՐՈՒԹԵԱՆԱՆ ՎԱՐԴԱՆԱԼԱՍՈՒԹԵՆ ՎԱՐԴԱՆԱՅ: ՔԱՆԶԻ ԲԱՆՁՆ ՍՈՐՈՅ ՈՉ ՅԱՅՏ ՍԱՍՏԷ. ՄԻՆՉ ՀԱՍԱՐԱԿ Ե ԽՈՐՀՈՒՐԴՆ ՈՐՈՇԵԱՑ ՈՐՈՇՄԱՆՔ ՆԿԱՏԵԼՈՒՆ ՁԵՌՆ Ի

Si-

Siquidem hoc ipſum pridem fecerant Syri Neſtoriani, quorum Eccleſia decreto firmauerat, ne quiſpiam deinceps alteri, quàm ſoli Deo peccata ſua confiteretur: propterea quòd ex reuelatione cuiuſdã Confeſſionis, cuius ſecretum Spahanenſis neſcio quis Confeſſarius aperuerat, multæ inter ipſos Syros diſſentiones, & homicidia euenifſent.

Quòd autẽ neſtoria Vartani mens talis fuerit, hęc ſunt indicia: Primũ, quia in lib. de Monitis, c. 1. docet, verum Pœnitentiæ Sacramentum, eſſe Extremam vnctionem, eoquòd per eam remittantur peccata, iuxta illud Iacobi 5. *Etſi in peccatis ſit, remittentur ei*. Secundum, quia ibidem ſeptem enumerans Sacramenta, & nullam de Exomologeſi faciens mentionem, pro illa ſubſtituit in loco ſeptimi Sacramenti defunctorum funus): quos duos errores ſuprà iam refutauimus). Tertium, quia cap. 7. agens de Exomologeſi facienda, præſcribit ad illam, vt neceſſaria requiſita, conditiones tam arduas, atque difficiles, vt voluiſſe videatur eam aut effectu impoſſibilem reddere, aut adferere periculoſam; quò Armenij ad eam cogerentur concluſionem: melius eſſe, peccatorum remiſſionem per Extremam vnctionem, quàm per Exomologeſim quærere, maximè quòd hæc neque Sacramẽtum eſſe adſeratur. *Ille ſolùm*, inquit ibi Vartanus, *Veram facit Exomologeſim, qui ad idem peccatum de-*

*Quæſt. 3. §. 3. num. 8.

denuò non reuertitur: quòd ſi rursùs deindè peccauerit, & quod anteà confeſſus fuerat, exiget ab illo Deus. Et infrà: *Quid ergo peccatorum confeſſio proderit; ſi peccator, poſtquàm confeſſus eſt, ad eundem redeat Vomitum, & ſic odibilis Deo fiat magis, quàm anteà?* Quartum denique, quia licèt ſimulatè dicat, ſe non reprobare formam illam abſolutionis, à Catholicis Sacerdotibus vſurpatam: *Ego te abſoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* hoc ipſum tamen efficit indirectè, dum vanis ratiunculis, & exemplis ſuadere conatur; eum, qui verbis hiſce non abſolueret: *Deus remittit peccata tua*, (qua forma vtebantur plerique Armenij ſui temporis), Diabolo eſſe ſimilem, quòd ſibi diuinam auctoritatem aſſumeret. quibus verbis ſentire videtur cum Nouatianis, non fuiſſe à Deo collatam Presbyteris poteſtatem remittendi peccata.

ղ 6 ցանէ. Եւ սպասէ՝ խոստովանահօ
ր ոչ տալոյն ձեռօք բանին սրձակիլ:
եթե Աղօթս գլանցանս բն:] ասէլով.
Եւ որ ոչ ասէ. եա սրձակեմ զքեզ ի
մեղաց եւ այլն. սասանական նման է.
զի Քանայ գիւղ պատուէն յինչն յոյժ
առակել:] Երբոյ բանիւ ցոյ-ցանէ զին
ք՝ սիաքանդ լինել ընդ առքաստանան
հերձուածողաց, որք ասէին, Եէ ան-
ձինչ եա քահանայից զիշխանութիւն սր
ձակելոյ ի մեղաց:

Է 7 Հայոցն Հաստիչ և չարափոս
վարդապետ Եէ Քանայէ վարդան խոս
փանել է՝ ի բաց բառնալ յայգէն իր
ն զկարգհոգութ խոստովանութիւն. վա
րոյ սկսանէլին ոմանք ըստ առոյց
օրինակին հրամարել ի նմոյն խորհրդ
ոյն, ակն ունելով ի ձեռն վերջին օծ-
մանն ընդունել զկատարեալ Հո
գւոյն Եէ մեղայն խոստանդ ի վերջն կե
նացն: Բայց Եէ զինչ արար հայոցն
հերձեցին վասն շրջելոյ զդասն ի չար
մասն Եէ. պատմեցեմք յետոյ
ի պատին, որ յիդս վերջին օծմանն:
Եւ յիմ ընդ դէմ վերադարձել մոլորու
Եէին վարդանայ բան ասացուք:

His ergo Vartanus prodigioſis doctrinis, ac vanis, fallacibuſque terriculis abrogare per inſidias conabatur Sacramentum auricularis Confeſſionis: cœperantque ob id complures Armenij, exemplo maximè Syrorum permoti, ab eodem Sacramento deſuefieri, ſperantes, fore vt peccatorum ſuorum remiſſionem per Extremam vnctionem in fine vitæ conſequerentur. Quonam autem modò malo huic occurrerit Armena Eccleſia, dicetur §. mox ſequente de Extrema vnctione. Iam verò, vt errores prædictos refellamus, Propoſitiones aliquæ ſtatuendæ, atque probandæ ſunt.

ԹԷ ՈՐՊԷՍ ՍՈՒՐԲ ԽՈՐՀՈՒՐԴՆ ԱՊԱՇԽԱՐՈՒԹԻՒՆ Է

ա

1

QVOD EXOMOLOGESIS Sit verum Pœnitentiæ Sacramentum.

ԵՐԿՐԴ ՔԱՐՈՒԽ:

Sectio II.

ԱՌԱՋԻՆ Ասէ Երկրդ պարկեշտ Եղբարդ վիճաբանութեանն հաստատեցաւ ընդդէմ վարդանայ. Թէ ապաշխարութիւն է Աստուածային խորհուրդ. եւ վերջին ծանուցեալ տարբերեալ. եւ ոչ է հաստատեալ; այսուհետեւ պարտական է մեզ քննել. Թէ արդեօք ապաշխարութիւն այս ոչ խորհուրդ կատարի: զի այս ասելոյ. Թէ խորհուրդ ապաշխարութիւն ոչ կատարի, եթէ ոչ միայն է ձեռնադրութիւն ղղիշխանեալ մեղաւորին, եւ արձակիչն քահանայիցն: զի յայլ սահմանեցեալ է արբեալ Յովհաննէսի գլուխն եւ ասէ քն[ոջ]: եւ նախ ցուցանի այս է բանիցն զի. որովք հաստատեաց զխորհուրդս զայս է յոհան. ի. Երդ. զլիս սահելոյ. եթէ ուստի Յովհաննէս զգ մեզս. Յողնալ լեցի նոցայ: եթէ զուքդ ուրեքեք. կալեալ լիցի:] յորոց բանիցն յայտ լինի. Թէ առ է կատարել զայս խորհուրդս ինքրեն արտաքսին արարչութիւնս ոչ Թէ միայն արձակիչ քահանային, որ ասեցէ. Թէ ես արձակեմ զքեզ է մեղաց եւ այլն. այլ եւս ղղիշխանեալ մեղաւորին, որ խոստովանեցէ զմեղս, եւ: զի զի ոչ կարէ քահանայն արձակել է մեղաց, եթէ ոչ գիտասցէ զխոստովանեցեալն զինքեան ունել զմեղս, եւ ղղիշխանալ վնաց: զի ոչ կարէ դատաւորն առնել զիւր դատաստան, եւ յարտաքս քերել զմէն արձակիմն, առանց ճանաչմանն

ք

2

ք

3

ԲԲ

PRima Propoſitio: *Pœnitentia eſt Sacramentum, verè, ac propriè dictum, ab Extrema Vnctione diuerſum, & à Chriſto Domino inſtitutum.* Definita de Fide fuit hæc propoſitio in Concilio Florentino, ſeſſ. vlt. de Inſtructione Armenorum; & in Tridentino, ſeſſ. 14. can. 1. atque à nobis demonſtrata ſatis eſt eius veritas contra Vartanum, quæſt. 3. §. 2. & 3.

Secunda Propoſitio: *Pœnitentiæ Sacramentum non conficitur, niſi per Exomologeſim, hoc eſt, confeſſionem Pœnitentis, & abſolutionem Sacerdotis:* Hoc pariter definitum eſt in prædictis Concilijs, ſeſſ. cit. Et probatur primò ex illis verbis, quibus Chriſtus hoc inſtituit Sacramentum Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt:* Ex quibus colligitur, ad hoc Sacramentum conficiendum requiri ritum externum non ſolùm Sacerdotis abſoluentis, ſeu remittentis per illa verba: *Ego te abſoluo*, &c. verùm etiam peccatoris pœnitentis, & confitentis ſua peccata: nam peccata remitti non debent, nec poſſunt, niſi ijs, qui peccata ſe habere, eaque ſibi diſplicere, ſigno aliquo fateantur; cùm iudicium fieri non poſſit ſi ne

co-

cognitione cauſæ : quæ quidem omnia in ſola Exomologeſi exercentur.

Probatur ſecundò ex antiqua traditione, ac praxi Vniuerſalis Eccleſiæ : in qua ſemper ab initio mos ille ſeruatus eſt ; vt fideles baptizati, qui poſt peccatum commiſſum vellent per Pœnitentiæ Sacramentum cum Deo conciliari, hoc non aliter facerent, quàm per Sacramẽtalem Confeſſionem. Quarè in 2. Canone Concilij Laodiceni, quod in Eccleſia Oriẽtali ante annos circiter 1200. celebratum eſt, ſic legimus: *His, qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & inſtant orationi, confeſſioni, ac pœnitentiæ, malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrantes, pro qualitate peccati tempus pœnitentiæ tribuendum eſt.* Eadem ferè verba leguntur Canone 31. Concilij Carthaginenſis III. eodem tempore celebrati ; qui Canon repetitus etiam fuit in Concilio Africano, Can. 10. Præterea Concilium Cabilonenſe 1. antè 1100. circiter annos coactum, ſic habet Can. 8. *Vt pœnitentibus à Sacerdotibus facta Confeſſione indicatur pœnitentia, Vniuerſitas Sacerdotum noſcitur conuenire.* Idem quoq; tradidit Synodus Quinifexta Canone 102., aliaque plura Concilia.

Probatur tertiò teſtimonijs veterum Patrum. Siquidem Irenæus, qui proximè Apoſtolorũ ætati ſucceſſit, lib. 1. cap. 9. loquens de fœmina, quæ ab Hæretico quodam ſe-

Ը 4

Ը 5

Ը 6

[illegible]

[illegible] խոստովանութեան ծնանի. և ապա ի հնուն ապաշխարութեան հաշտ ութ:] և յետոյ գրէ ասէ: [illegible] վանութեան է՝ հնգգործութեան ապաշխարութեան, որով զմեղս մեր խոստովանիմք:] և զնոյն կրկնէ բազումաւն գրոց:

Ի գրոցն ի յերկրդ" անդրագիան հայերայ ղեւտական գրոցն ասէ: Հայ եւս այլ ևս դժուարին և աշխատական հանն Թողութեի մեղաց. որ լինի ի հնուն ապաշխարութեան. յորմէ ոչ ամաչի մեղաւորն յայտնել քահանայի ինն զմեղս իւր, և զբժշկութեի խնդրել ի նմանէ:]

Եւբն կիպրիանոս ի հառն յիշոց մեղուցելոցն ասէ: Ոչ ան և զամե՛ն լի հաճ առաւ և զնկնելոցն ոտնից նորա. որ Թէպէտ ոչ գործով, այլ խորհրդով մեռան մեղուցելոք. առկայծ զղաոյն զայս պարզապէս և զղջութեամբ խոստովանեցան առ քահանայսն Աստ:] և յետոյ գրէ ասէ: Հաշտեմ զնոսիկ ընդարձակ. խոստովան եղիցի իւրաքանչիւր զմեղս իւր. մինչ դեռ յոյժ խորհին յայտնիկ գնալ մեղաւորն. մինչ դեռ խոստովանութեան նորա կարէ ընդունելի լինել. մինչ դեռ գնաւթեան նորա, և Թողութեան քահանայիցն կայտառ է առաջն առնառն մերոյ:]

Լաքտանտիոս ի յեւտն գիրն իւր ասէ: Հ՛եռելի է. զի այն ի հնուրեան ևկնղեցի. յորս մ գոյ խոստովանութեի, որ բժշկէ զմեղս, և առողջացուցանէ զհնէս. որոց առողջացեալ լինի ակարութեի մարմնոյն:]

Եւբն ամբրոսիոս ի վերջերդ" գլխոն երկրդ" գրոցն յիշոց ապաշխարութ ԸԷ, ասէ: ԸնԷ կոմիս արդարանալ. խոս

ս

seducta, ad pœnitentiam venerat, inquit: *Cùm magno labore fratres eam conuertissent, omne tempus in Exomologesi consummauit, plangens, & lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc Mago, corruptelam:* Et lib. 3. cap. 4. *Cerdon*, inquit, *sæpè in Ecclesiam veniens, & Exomologesim faciens, sic consummauit, &c.*

Tertullianus, qui in fine floruit primi Seculi, in lib. de Pœnitentia: *Confessione*, ait, *pœnitentia nascitur: pœnitentia Deus placatur.* Et rursùs explicans, Exomologesim esse Pœnitentiæ actum, inquit: *Is actus, qui magis Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, Exomologesis est, qua delictum nostrum Domino confitemur*, hoc est, per Sacerdotem, vt infrà declarat. Ac deniq; postquàm de contritione, alijsque Pœnitentiæ satisfactorijs, ac pœnalibus actibus dixerat, subiungit de Confessione: *Hæc omnia Exomologesis; vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipsa pronuncians pro Dei indignatione fungatur.*

Origenes, homil. 2. in Leuiticum: *Est adhuc & septima, licèt dura, & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cùm lauat peccator in lacrymis stratum suum, & fiunt ei lacrymæ suæ panes die, ac nocte; & cùm non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam.*

Cyprianus, in Serm. de Lapsis: *Denique, quantò & fide maiore, & timore meliore sunt, qui quamuis nullo*

Sacrificij, aut libelli facinore constricti; quoniam tamen de hoc vel cogitarunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confitentes, Exomologesim faciunt, &c. Et infrà: *Non cesset peccator in agenda Pœnitentia, atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minùs esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur. confitcantur singuli, quæsò fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est; dum admitti Confessio eius potest; dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes, apud Dominum grata est.*

Lactantius, in extremo libro: *Sciendum est*, inquit, *illam esse veram Ecclesiam, in qua est Confessio, & pœnitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat.*

Ambrosius, lib. 2. de Pœnitentia, cap. 6. *Si vis iustificari, fatere delictum tuum: soluit enim criminum nexus verecunda confessio peccatorum.* De eodem Ambrosio, Confessiones audire solito, inquit Paulinus in vita ipsius: *Quoscunque illi aliqui ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset; ita flebat, vt & illum flere compelleret.*

Bibliot. SS. Patrum. to. 1.

Nyssenus in epistola Canonica ad Episcopum Mitylenes: *Eos, qui per Pœnitentiam, & Confessionem à mortuis operibus ad viuentem viam ascendunt, ad viuentem spem tanquàm manu deducamus, à qua per peccatum alienati sunt.*

Pacianus in Paræneſi ad Pœniten-

Յ
10 առաքեալք զմեզս իւր. զի զրանցանաց
կապանս լուծանէ անաւծեալն ևս
առաքեալս Քի մեղայք.] Յիգս նորին
ամբարտաւան դրեալ պատճառս՝ ի զի
ոք ինչ ունի ինչ. Քէ յորժամ առ-
քեն իւեր ի խոստովանութեան զմեղս
ապաշխարողացն. այնչափ լսոյր. մե-
ղաց զի և զնոսա և ս բանապատեր առ-
ի լոյր քեդեմայ;

Լբեն պրեդտր նեւ տոյին՝ ի Թուղ
քն ստ. Եպիկոս միանելնայ ասէ: Ոտք
ի ձեռն ապաշխարութեան և խոստո-
վանութեան՝ ի սուրբ գործս ոյն ելանեն
ի կենդանի հաղորդութիւնն. զոսոս մեք
առաքինութեսցուք՝ ի յոյն կենդանի.
11 յորմէ օտարացեալք էին մեղօքն:]

Պաշիանոս՝ ի գիրս իւրում ապաշխա
րութիւն, ասէ: Հասոյ զձեզ կոչեմ. որք
չեա մեղաց ներգործ եղոյ մերժէք զա-
պաշխարութիւն: ձեզ ասեմ. որք չեա
լբեալ Քէ էրինչէք. և չեա մեղացդ
ասօք լինիք. որք մեղանչել ոչ ամա-
չէք. և ամաչէք խոստովանիլ:] և
չեասոյ դրեալ ասէ: Հայեսջիր առ այսո
սիկ բան լիցի. որք բարւոք և հնա-
ւանս ոչ ապաշխարելոյ խոստովա-
նին զմեզս իւրեանց:]

Լբեն յերանիոս՝ ի մենոսքի. Ի.
12 երդ՝ գլխոյն ևկեղեցականին ասէ: Ե
Քէ զոք ծածկաբար խած առեալ
անձն բանսարկուն, և մահաբեր ախ
տիւ մեղաց ազատեալ, Եթէ հարն
սէր լինիցէ, և ոչ առնիցէ զապաշխա
րութիւն, և ոչ կամիցէ յայտնել և խոս
տովանիլ վարպետին զմեղս նորա.
վարպետն, ոչ առնէ զնորս առ՝ ի
բժշկիլ. ոչ կարիցէ օգնել նմա:]

Լբեն ոսկեբերան՝ ի Հառն յոյս ա
պաշխարութիւն, ասէ; Եթէ՝ ի սրտի
դորա զղջումն. և՝ ի բերան խոս

տո-

տալիանու-Քի. և՝ի գործն խոնարհու-
Քինն. այս է՝ խոստովանել և պաշտ-
բեր տալ խոստու-Քիս.] Յգ 13

Լքեն օգուտն ինոս՝ի. Քան. Նէ ըր-
գիանն ասէ: Գիտա է՛ մարդոյ հրա-
ժարել՝ի սեզանց ոչ Քէ միայն յետ ա
պաշխարու-Քեանն. այլ և առաջ
քան զապաշխարու-Քիւն. յորժամ
առաջ Քայ: զի ևՔէ ակն ունիցի՝ի
վիրջն կենաց. ոչ գիտեցէ. ևՔէ յայն
ժամ կարող լինիցի առնել զապաշխա
րու-Քիւն. և խոստովանիլ ոյ և քա
հանային զանգղա իւր:]

Օգոյն ուսու-ցանէ այլաու-բք հա
րը և վիրաւոր եկեղեցւոյ. զորոց բա
նս Քաղու-մբ. զի յայտնի է. Քէ խոր Յգ 14
հուրդ ապաշխարու-Քեանն կատա
րի՝ի ձեռն խոստովանու-Քեանն. և
ոչ՝ի ձեռն վիրջին օծ-մանն. որով վար
դան ուսու-ցանէ:

tentiam: *Vos primùm appello, qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis: Vos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata Verecundos; qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri.* Et infrà: *Nunc ad eos sermo sit, qui benè, ac sapienter Vulnera sua pœnitentiæ nomine, confitentes,* &c.

Hieronymus in Comment. ad cap. 10. Eccles. *Si quem Serpens Diabolus occultè momorderit, & nullo conscio, peccati Veneno infecerit; si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec Vulnus suum fratri, & Magistro Voluerit confiteri: Magister, qui habet linguam ad curandum, facilè ei prodesse non poterit.*

Chrysostomus in Serm. de Pœnitentia: *In corde eius contritio est, in ore confessio, in opere tota humilitas: hæc est perfecta, & fructifera Pœnitentia.*

Tom. 5. post homilias decem de Pœnitentia.

Augustinus in lib. 50. homiliarum, homil. 41. *Non solùm post pœnitentiam ab istis vitijs se homo seruare debet, sed & ante pœnitentiam, dum sanus est: quia si ad Vltimum Vitæ steterit, nescit, si ipsam pœnitentiam accipere, ac Deo, & Sacerdoti peccata sua confiteri poterit.*

Omitto reliquos priscos Patres, cùm in re tam manifesta persuadenda non sit opus maiore numero testium. Itaque exploratum est in Ecclesia, Pœnitentiæ Sacramentum perfici per auricularem confessionem, & non, vt docet Vartanus, per Vnctionem extremam.

Յաղագս ի՝ի խոստովանու-Քե.

Բերդ՛ գլուխ:

Ըստ մտածմամ գիտի մեկնող-
Քին սահմանեալ մեզաց մեզա-
նչին. հարկաւո՛ր ոչինչ յոյժ-ոյժին հրամա-
նէ

DE NECESSITATE

Exomologesis.

Sectio III.

TErtia Propositio: *Qui post Baptismum lethaliter peccant, tenentur iure diuino sua peccata Sa-*

cerdotibus confiteri. Sic definiuit Cõcilium Tridentinum, Seſſ. 14. can. 6. & probatur: quia Chriſtus Apoſtolos, eorumque ſucceſſores Sacerdotes, inſtituit iudices ſuper terram cum ea poteſtate, vt ſine ipſorum Iudicio, ac ſententia nemo, poſt Baptiſmum lapſus, reconciliari cũ Deo poſſit; vt patet ex illo Matthęi 18. *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cælo:* Et Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis,* hoc eſt, non remiſeritis, *retenta ſunt.* quarè Paulus 2. Cor. 5. dicebat: *Dedit nobis miniſterium reconciliationis.* Et infrà: *Poſuit in nobis Verbum reconciliationis: pro Chriſto ergo legatione fungimur:* ſed nequeunt Sacerdotes iudicare, ac ſententiam ferre, niſi peccata cognoſcant, vt diximus: ergo qui poſt Baptiſmum peccant, nequeunt cum Deo conciliari, niſi peccata ſua Sacerdotibus in Confeſſione aperiant: tenentur autem ex diuino præcepto cum Deo conciliari, iuxtà illud Ezech. 18. *Ait Dominus Deus: conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus Veſtris:* Et Luc. 13. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis:* ergo tenentur ex diuino præcepto peccata ſua Sacerdotibus confiteri.

Confirmatur primò ex illo Iacob ic. 5. *Confitemini ergo alterutrum peccata Veſtra:* hoc eſt, homines, qui abſolutione indigetis, con-

Ե 2

ան խոստովանել քահանային զմեզս իւրեանց: ա յայդ սահմանեցաւ ի սկզբ Ժողովոյն առքնից ի վերջերդ կա նանին. Յղ. բդ" Ժողովմանն: և ցուցանի: զի քա ևն զառաքեալսն և զիւն սուրգն նոցայ զքահանայս՝ կացոյց դատաւորս իւրոց երկրի. և ետ նոցայ զիշխանութիւն. Ըստ առանց դատաս տանի և վճռի նոցայ ոչ ոք, որ զինի սկզբոյն ՔՀՆ մեղս ելոյ եղէ, կարելի հաշտել ընդ ասյ: զի ի չմեռանի. Յը. ա սայ. Ըստ զոր կապիցէք երկրի. եղիցի կապեալ երկինս: և զոր արձակիցէք երկրի. եղիցի արձակեալ երկինս:] և ի յոհան. ի. ասէ: առէք հոգի սբ. ևստ ուստիք զոգուցուք զմեզս՝ զոր լիցի նոցայ: ևստ զոգուցուք անիցիք կալեալ լիցի:] զո որոյ և պօղոս ի երկրդ" կրնիթացեցն ասէ. Ըստ ետ մեզ զպաշտօնն հաշտութիւն:] և յետոյ դրձ ասէ. Ըստ եղ ի մեզ զբանն հաշտութիւն. արդ զո քի պատգամաւորեմք:] [ոակ՝ ոչ կարեն քահանայքն դատել և արձակել զմեզս որոյ. և ըստ ոչ ճանաչիցին զմեզս նոցայ. որպ իմիտոյ ասացաք: այլ ուրեմն՝ որք զինի սկզբոյն ՔՀՆ մեղանչեն, ոչ կարեն հաշտել ընդ ասյ. ևստ ոչ խոստովանիցին քահանայիցն զմեզս իւրեանց: եսկ հարկաւորին ևս այժմ հնար մանէ հաշտել ընդ ասյ. քանզ այնմ որ ասի ի յեզեկիէլն. Յը. երբ" զչիս. Ըստ ետ սէր ասյ. դարձուսջ և զապաշխարութիւն ի սորին ևս ասուրէք յաւիտեանս բնաւ ՔՀՆ ձերոց:] և ի զիսա. Յղ. բդ" զչիս ասէ. Եստ ոչ ապաշխարի ցէք. աւելեցուսցեն նոյնպ կորնչիցիք:] ապա ուրեմն և յայդ այժմ հրամանէ հարկաւորին խոստովանիլ քահանայիցն զմեզս իւրեանց:

Եւս

confitemini, non Deo ſolùm, ſed etiam hominibus, abſoluendi poteſtatem habẽtibus. nunquàm enim hoc præcepiſſet Apoſtolus, niſi à Domino fuiſſet præceptum. Vbi notandum eſt, quòd Iacobus, quoniam immediatè antè monuerat, *Vngendum eſſe agrotum à Presbyteris, Vt alleuaretur, & ſi in peccatis eſſet, ei remitterentur*; ideò, ne fortè aliquis propter illa verba exiſtimaret, ea etiam peccata læthalia, quorum homo conſcientiam habet, per Extremam vnctionem deleri poſſe, ſtatim ſubiunxit: *Confitemini alterutrum peccata Veſtra*: nam ad talia delenda peccata requiritur Confeſſio; cùm Extrema vnctio non tollat niſi peccata venialia, vel etiã illa læthalia, quorum conſcientiam non habemus, quæ dici poſſunt reliquiæ peccatorum.

Confirmatur ſecũdò ex eo, quod dicitur 1. Ioann. 1. *Si confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus, Vt remittat nobis peccata noſtra.* Vbi verba illa: *fidelis eſt, & iuſtus*: referuntur ad mandatum Dei de confeſſione facienda, & ad eius promiſſionem, ijs factam, qui peccata ſua confiterentur. Idcirco præceptum hoc ſtatim in Eccleſia ſeruari cœperat à fidelibus; vt teſtatur Lucas in Act. cap. 19. dicens: *Multi credentium Veniebant*, ſcilicèt ad Paulum, *confitentes, & annunciantes actus ſuos*, hoc eſt, peccata ſua, vt omnes exponunt.

Confirmatur tertiò ex antiquis Patribus: nam Tertullianus in libro

ex-

extremo de Pœnitentia, loquens de neceſſitate Confeſſionis, inquit: *Si de Exomologeſi retractas, Gehennam in corde conſidera, quam tibi Exomologeſis extinguit.* Et infrà: *Peccator reſtituendo ſibi inſtitutam à Domino Exomologeſim ſcicus, præteribit illam, qua Babylonium Regem in Regna reſtituit?*

Origenes, homil. 2. in Pſal. 37. *Vide quid edocet nos Scriptura diuina; quia oportet peccatum non celare intrinſecùs.* Et infrà: *Tantummodò circumſpice diligentiùs, cui debeas confiteri peccatum tuum*, &c.

Cyprianus, in Epiſt. 16. lib. 3. *Cùm in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur iuſto tempore, & Exomologeſis fiat*, &c. *quantò magis in his grauiſſimis, & extremis delictis cautè omnia, & moderatè ſecundùm diſciplinam Domini obſeruari oportet?*

Lactantius, in libro diuinarum Inſtitutionum, cap. 17. loquens de Circumciſione, inquit: *Volens Deus Vitæ, ac ſaluti noſtræ pro eterna ſua pietate conſulere, pœnitentiam nobis in illa Circumciſione propoſuit, Vt ſi cor mundauerimus, id eſt, ſi peccata noſtra confeſſi, ſatis Deo fecerimus, Veniam conſequamur, quæ contumacibus, & admiſſa ſua celantibus denegatur.*

Baſilius, in Quæſtionibus, ſiue Regulis Breuioribus, Regula 229. *Peccatorum confeſſio fieri debet, apud eos Videlicèt, qui ea poſſint curare.* Et clariùs Regula 228. *neceſſariò iis peccata aperiri debent, quibus cre-*

ը 8

ի 9

յ 10

ատրել զայս հրամանս. որպէս վկայէ զնա ի գործս. Իգ. Երդ՝ գլուխն առնով. Թէ բազում՝ ի հաւատաւոր ցկոյսն գայիցէ առ պօղոս. և խոստովանեալ լինէին և պատմէին զգործս իւրեանց:] Յոր գնեզս իւրեանց. որպէս առնն մեկնիչքն։

Եւ Երդ՝ հաստատեաւ ի վկայութիւն հնոց սբ հարց և վարդապետաց եկն գնեցուց: բանզի ամբ ուրեմնաս ի յն տէր գնեզս յոգս ապաշխարութեան առնալ: Էվ խոհեալ մեզամբոն. Թէ խոստովանութեն հաստատեալ եղև ի առնէ գն յարատեւականէլոյ գնեզն. գնորդ անդանիցէ գնումն:]

Ւոգոպինէս ի յերիգդ՝ նեբբողէ առն եկեալ. Լէ. Երդ՝ ազգեսին առէ. Ւոգնա գնեզ ուսուցանէ մեզ ածաչունչ գնեզս գնեզն. Թէ պատա է ոչ ծածկել գնեզս ի նենգս:] և յետոյ գնչ առէ. Հայեաց զգուշ Թէ. Թէ մեմ պատահիցէ քեզ խոստովանիլ գնեզս քո:]

Լոբն կնայեմնաս ի Յզ Երդ՝ Ասգնէն Երդ՝ գոյն առէ: Լ Թէ գա Թէ Թեւագոյն յանցանաց, գոր ոչ գործէ մբ ընդ գեմ ածս, առնելոյ գնաստուածաստեղծ Թէ և գսպաշխարութէ: որպէս և սուրբ եկ գա ծանրագոյն մեղաց պատուիր գոյս առնել ըստ խրատին ածս:]

Լոբատանալոս ի գնզս, ոբ յՀզս ուծ այնն խոստուց, խօսի գա Թ լինստս Թ. և առէ: Լգամելոյ ածգ Թ ստ Թ ներոյ հնազանդ կնազաց և գիսկուԹեան մերոյ. ի ձեռն Թ լինստս Թ. Լցոյց մեզ գատուշխարութէ: որպէս գն՝ Եթէ գանցաս որբեցնիմբ. յո. Եթէ գնեզս մեբ խոստովանեալ գնաբեցնեմբ ոյ. ընկալցուբ գնորս Թ. ոբ առ եալ ոչ լինեն ապըստամբեց և ծածկո-

կողայց զմեզս խոստանց :]

Ժա 11 Աբդն բասիլիոս՝ ի · մի ի Ա. կրթ՞ կանոնին գրոյն ետ ըստ ասէ : [Առաջի ժամուն՝ի մեզայ հարկ է՝ լինել առաջնոյն. որ կարկեցեն բժշկիլ զնոսա:] և դրձ՝ ասէ : Հարկաւ՞ ոչ է՝ քանալ զմեզս առ աչխոյն, որոց յանձնեալ եղեւ անաւետուն՝ի խորհրդոցն ՚ասյ :]

Աբդն յովհաննու՝ի մանուն՝ի . Բ . գլխոյն յերեմիայ ասէ : Հարկաւ՞ ոչ է՝ խոստովանուն՝ի մեզաց : զի երկրի ոչ առնեսցես դառ՝ ակոն ու՞ք է՝ ըզ մեզս պարզաւ՝ խոստովանելն :]

Ժբ 12 Աբդն ոսկեբերու՝ի . Ժբ . կրթ՞ նոր քաղաքն ասէ . Հ՚ՀԾն մեզ, ար է՝ զԱ՚ած՝ կասի . զի զմեզս խոստովան եղիցուք յայտ յայտ աչխարհիս . զի մի՞ յետոյ՝ի հանդերձեալ աչխարհին ամօթ լինցուք վո՞ նոցա՛ :] Լոյնպէս և այլ ոչ հարբն ուսուցանեն :

Ժգ 13 Հ՚ՀՐԿ՝՚ի յաստուածային գաղ հանուն՝ի . Ա՚ի խորհուրդ խոստովանուն Ա՚ՀՆ է՝ առնելն հարկաւ՞ ոչ փոր կա՛ու՞ն՝ որ չեռ մկրտուն՚ՀՆ մանուկն կամ մեղաւ մեղսն . և այս՝ ոչ Ա՚ի միայն հարկաւ՞ուն Ա՚ ած-ային հրամանին . այլ և՝ հարկաւ՞ուն Ա՚ ամենապրի՛ի . զի առանց սո՚ խորհրդոյս կամ առանց ուխտի՛ դրան՛ , ոչ կարեն մեզաւ՞ որչն հաշտիլ ընդ ած՝ . և առն ուղղաւաքին շնորհս ազգազգացուցիչ առանց որոյ չի՚ փրկուի՛ի ; և ուխտն խորհրդոյս է՝ կատարեալ զղջա՛ն ընդ դիտաւ՞ուն՚ի խոստովանելոյ . և Ա՚ի անհնաւ ինչ յայտ առ խոստովանել :

Եր կրթ՞ հնուան՝ի . Ա՚ աստղ և ՚ՀՀմա ոչ է՝ այն քան հանդիսական խոստովանուն՚ի , զոր առնեն հայք բարձր ձայն՝ի միասին յեկեղեցի՝ի յաւ՞ որս կիսա

կին ,

credita eſt diſpenſatio myſteriorum Dei .

Hieronymus , in Comment. ad 2. cap. Hieremiæ , & in Epiſt. ad Pammachium , & Oceanum , de Erroribus Origenis , docet ; *Neceſſariam eſſe Confeſſionem ; cùm ſecunda tabula poſt naufragium ſit , culpam ſimpliciter confiteri .*

Auguſtinus , homil. 12. ex lib. 50. homiliarum : *Deus noſter , quia pius eſt , & miſericors , vult , ut peccata confiteamur in hoc ſæculo , ne pro illis confundamur poſtmodùm in futuro .* Similiter Patres reliqui docent .

Ex dictis collige primò , Sacramentum Pœnitentiæ , ſeu Exomologeſis , eſſe ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem eorum , qui poſt Baptiſma ſuſceptum læthaliter peccauerunt ; idque non ſolùm neceſſitate diuini præcepti , quo non poteſt homo ab homine vllo ſolui ; verùm etiam neceſſitate medij , quia ſine ipſo , vel in re , vel ſaltem in voto (quod conſiſtit in perfecta contritione cum propoſito confitendi) nequeunt peccatores cum Deo conciliari , ac recipere primam gratiam , ſine qua ſalus acquiri non poteſt .

Collige ſecundò , ratam non eſſe generalem illam Confeſſionem , quam Armeni de more ſingulis diebus Dominicis vnà ſimul clara voce pronunciant in Eccleſia poſt dictum , *Confiteor Deo* , &c. in qua exprimentes diſtinctè ferè omnes , ac ſingulas peccatorum ſpecies , quantumuis turpes , & nefandas , fatentur ſe omnibus illis modis contra

Deum

Deum peccasse; vndè mox vnà simul à Sacerdote solita verborum formula clara voce absoluuntur: immò noxiam, & sacrilegam esse talem Confessionem: & Sacerdotem absoluentem læthale sacrilegij crimen admittere. Ratio est, quia cùm per eam non manifestentur à Confitentibus Sacerdoti propria vniuscuiusque peccata neque secundùm speciem, neque secundùm numerum, sicut de mortiferis oporteret; non potest Sacerdos illos absoluere: ac prætereà pœnitentes, cùm plura peccata, quàm admiserint, fateantur, peccant dicentes mendacium: peccatorum enim cõfessio non minùs integra esse debet, quàm verax.

Nec obstat id, quod respondẽt: videlicèt, præter illam communem confessionem, fieri deindè à singulis opportuno tempore aliam specialem, & secretam de proprijs peccatis. Nam per hoc non tollitur, quin illa communis fuerit anteà malè facta. Debent igitur Armeni abstinere prorsùs ab illa, tum propter rationes allatas; tum etiam, quia proferri palàm tot inhonestas peccatorum species, quot in ea confessione describuntur, scandalum parit in Ecclesia maximè apud fœminas, & occasionem præbet adolescentibus discendi, perpetrandique illa peccata; tum denique, quia multi homines imperiti, putantes, illam sibi sufficere, ommittunt deindè Confessionem auricularem. Potest itaque Confessio illa alio modo licito

Յե 14

Յէ 15

Յը 16

եէե, յայտ առնելով զիւրմէ առնակս մեղաց. Յյ. ասելով եւ բարձանցիւր, եէ մեղաւ ըստ ասացագրի մեղաց. եւ եէ ասէ՝ ի միասին արձակիլ լինեմ՝ ի քահանայէ սովորական ձեւով բանիւ: եաշ չէ ըստ մեծ-սէր մեղադրանաց լինի այն խոստովանութիւն, եւ քահանայն, որ արձակէ, զմահու չափ մեղս արբասիցէ-ու-ԸԷ գործէ: քանզի ոչ կարէ քահանայ արձակիլ զմեղսն՝ որ ի ձեռն խոհական ձեռօք արձակմանն, եԷ յատկաբար ոչ գիտէ զմեղս, զոր գործէցին ըստ առանձին եւ ըստ բազմութեան: Եւս եւ պիտի խոստովանողքն, որ խոստովանին զյանցելի մեղս, քան զգործեալսն՝ ի նոցանէ, մահու չափ մեղանչեն՝ սուտ ասելովն՝ ի խոստովանութեան: զի մեղայ խոստովանութիւն պարտ է զոլ ոչ միայն ամբողջ. այլեւս ճշմարիտ. յյ. ոչ պակաս. եւ ոչ յաւելեալ:

Եւ ոչինչ օգտէ այն, զոր ոմանք պատճառեն, ասելով. Եէ հայք՝ բաց ի հասարակական սուտ խոստովանութենէ զայլ յատուկ եւ ճշմարիտ խոստովանութիւն առնուն յեւոյ ի դաժ-ոսկ գործելոց: զի բարձանցիւր մեղաց գործելոց յայտնի ոչ հեւաւէ. Եէ այն հասարակական խոստովանութենէ եւ արձակումն ոչ իցէ չար եւ սուտ եւ արբասիցէ: Եւ ոմիք այսպիսի պարտ է զոլոյ առնելոյ հրամայիչն՝ ի նմանէ: մանաւանդ՝ զի բազում ձայնիւ յայտնի ի ի մէջ առաջաբն զայնպիսի ազգ մարդ-ու-ԸԷց եւ ամօթ մեղաց՝ գայլանակ զսեռն ծնանէ սուտ կանայս. եւ առնէ սոյն ազգայոց եւ երիտասարդից ուսանել եւ գործել զնոսաւ՝ եւ զի անպէտ եւ անըզգամ մարդիկն Ըէ՝ սա ծնէն, եԷ այսպիսի խոստովանութիւն

բաւ-

Jէ 17 cito, ac proficuo fieri, etſi non Sacramentali: ſi ſcilicèt, poſtquàm Armenus Clerus, ac populus recitauit verba, quæ ſunt in *Confiteor*, quibus ſe accuſant contra Deum peccaſſe cogitatione, verbo, & opere, nequaquàm vlteriùs progrediantur ad ſingula peccata ſpecialiter nominanda; neque à Sacerdote abſoluantur per ea verba: *Abſoluo Vos*, &c. ſed dicantur ſolùm ſuper eos Orationes illæ: *Miſereatur Veſtri Omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis Veſtris, perducat Vos ad Vitam æternam: Amen. Indulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum Veſtrorum tribuat Vobis Omnipotens, & miſericors Dominus: Amen.*

Jէ 18

DE FORMA *Sacramenti Pœnitentiæ.*

Sectio IV.

III 1

QVarta Propoſitio: *Vera forma Sacramenti Pœnitentiæ, ſeu Exomologeſis, non eſt Abſolutio illa* (ab Armenis olim Presbyteris vſurpata, & à Vartano propugnata): *Deus remittit peccata tua*: ſed hæc alia (qua nunc cõmuniter ipſi vtuntur): *Ego abſoluo te à peccatis*: cui quidem formæ, quia Sacerdos abſoluit ſicut Dei miniſter, conuenienter ab ipſis etiam additur illud aliud, quod explicat

auctoritatem diuinam: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Probatur primò hæc propositio: Nam vera forma Sacramenti est illa, quam Christus instituit, non quam nos pro libito excogitamus; cùm non homines, sed Christus auctor fuerit Sacramentorum: Christus autem, cùm hoc instituit Sacramentum, non dixit: Quorum peccata renunciaueritis à Deo remitti, remittuntur eis: sed dixit: *Quorum* vos *remiseritis peccata, remittuntur eis.* Et rursùs: *Quæcunq; vos solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo*, ergo forma huius Sacramenti non erit illa, qua renunciamus, à Deo peccata remitti; sed qua pronunciamus, nos illa remittere, seu ab illis pœnitentem absoluere.

Probatur secundò: quia Sacerdos administrare debet hoc reconciliationis mysterium, vt verum Iudicium, tanquàm Iudex à Christo delegatus, atque vt minister Christi Dei, cuius auctoritate fungitur; vt colligitur ex supradictis Domini verbis, & apertè Paulus 2. Cor. 5. affirmat, dicens: *Dedit nobis ministerium reconciliationis.* Et rursùm clariùs: *Posuit in nobis Verbum reconciliationis: pro Christo ergo legatione fungimur.* ergo non debet, vt simplex præco, ostendere reum à Deo absolutum; sed ipse, vt verus Iudex, ferre suæ absolutionis sententiam: cùm hoc non faciat virtute, & auctoritate propria, sed diuina, & per iudiciariam potestatem,

նայն՝ եթէ ինքն յառաջ ինչ Քահանայ ա-
րձակէ, ասելով. Ես արձակեմ զքեզ 5
և այլն. սուտ ասիցէ. Քէ այն Քա-
հանայ պատճառս չունի զի այն խոստացեալ
Քահանայ և արձակիչ ինքն յերկինս՝ ի
ձեռն Քահանային և արձակմանն քոյ
հաստատեսցէ. զի. եթէ ինքն քահանայն
՝ի յերկրի Քահանայն և արձակիցէ:

Թէ նորա առաքելիցէ վասն այնորիկ
ասելով. Քէ քահանայն, Քէպէտ ոչ
քանիւ. սակայն խորհրդով և դիտա-
ւորութեամբ արձակէ ինքն զայն. զոր բա-
նիւն ցուցանէ արձակեալ չէ:

Պատասխանիմք. Քէ խորհուրդքն նոր
օրինացս զայն միայն գործեն, զոր և
նշանակեն՝ ի ձեռն բանից ձևոքին նո-
ցա: ապա ուրեմն եթէ քահանայն յայ
անսպէս ոչ ասիցէ. Քէ ինքն Քահանա-
յական արձակէ. ոչ լինիցի այս գործա
միայն՝ ի ձեռն դիտաւորութեան նր.

Դարձեալ առաքելիցես. Քէ յորժամ
ասէ քահանայն. Աշխ Քահանայ զյանցա
նս քո. Ծանծիցէ համանիկ ասաւ՝ ի ձեռս
իմ: արդ՝ նոյն է ասելն. Աշխ Քահա-
՝ի ձեռս իմ. որ և ասելն, Ես Քահանայ
պօտութեամբ այ. կամ որպէս պաշտօնեայ
այ այ:

Պատասխանիմք. զի եթէ յայտնապէս ոչ
ասէ՝ ի ձեռս իմ, այն բանն լսող ինքն 7
անձն ոչ բերէ զայդ ի միտս և մնէ
նաւթիղ: զի ասելն. Այն Քահանայ զյան
ցանս քո, է՝ բան կատարեալ. և ոչնչ
պէտ ինչ որ աւելացուցանել առ կատարե
ալ նշանակութեանն: վայ որոյ ոչ
կատարեալ այլոյ մեկնութեամբ և բառի,
որ համօրէն միտքն ի ներքս չունի ոչինչ
ասէ. Քահանայիցն քեզ յանցանք քո.
մինչ զի պարտ լինի մեկնել և ի-
նալ. Քէ յանձն կամ՝ ի ձեռն որոյ Քա
հանայ լինիցի. Քէպէտ և ոչ ևս միտս

այս

à Deo ſibi traditam. ſiquidem ver-
ba Miniſtri tum in hoc, tum in alijs
Sacramentis, inſtrumentaliter tan-
tùm operantur per virtutem diui-
nam.

Probatur tertiò: quia Sacerdos,
niſi priùs ipſe ſoluat, ac remittat,
dicens: *Ego te abſoluo*, &c. falsè re-
nunciabit illud: *Deus remittit pec-
cata tua*. Nam Deus promiſit, ſe
remiſſurum, ac ſoluturum in Cælis
per remiſſionem, & abſolutionem
Sacerdotis, hoc eſt, cum conditio-
ne, ſi Sacerdos ipſe in terris ſolue-
rit, ac remiſerit.

Dices: Sacerdos, etſi non ver-
bis, animo tamen ſoluit eum, quem
verbis ſignificat à Deo ſolui.

Reſpondeo, quòd Sacramenta
nouæ legis id efficiunt, quod ſigni-
ficant per verba formæ: ergo niſi
dicat Sacerdos, ſe ſoluere, aut re-
mittere, non habebitur hic effectus
per ſolam eius animi voluntatem.

Inſtabis: Cùm profertur à Sa-
cerdote: *Deus remittit peccata tua*:
ſubintelligitur, *per me*: quod eſt
idem, ac ſi diceret: Ego remitto
peccata tua in virtute Dei, ſeu vt
Miniſter Dei.

Reſpondeo; quòd, ſi hy, *per
me*, expreſsè non proferatur, verba
illa non trahunt ſecum talem ſen-
ſum, & explicationem; cùm iam
habeant in ſe totum id, quod ad
completam ſignificationem requi-
ritur, vt nihil præterea ſubintelli-
gendum in eis deſideretur. Non
enim dicitur: Remittuntur peccata
tua: vt, à quo, ſeu per quem remit-

tantur, ſubintelligi opus ſit (quanquàm nec iſta forma eſſet ſufficiens, vt infrà patebit): ſed dicitur: *Deus remittit peccata tua:* quæ loquutio, cùm ſit perfecta, & completa, non exhibet ſignificationem alterius ſuperadditi, quod non exprimatur, & ſubintelligatur. alioquin etiam, cùm dixit Dauidi Natan Propheta: *Dominus tranſtulit peccatum tuum:* ſubintelligendum fuiſſet, *per me*; quod non congruit: non enim erat Natan mediator, ſed tantùm nuncius Dauidicæ reconciliationis. Vndè, quandò ſimili forma vtimur in Extrema vnctione, non dicimus ſolùm: *Indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per Viſum*, &c. ſed inſuper addimus: *Per iſtam ſanctam Vnctionem indulgeat* &c. vt ſignificetur, per operationem illam Miniſtri, tanquàm per inſtrumentum, indulgere Deum &c. Itaque, cùm in Sacramentis verba formæ operentur ſecundùm id, quod ſignificant, & non ſecũdùm id, quod Miniſter ſolùm intendit; & in Sacramento pœnitentiæ verba ſupradicta non ſignificent illud, *per me*; ſequitur, quòd per talia verba ipſe Sacerdos non remitteret; ac proindè nec etiam Deus, qui non promiſit ſe remiſſurum, niſi per Sacerdotis remiſſionem.

Vrgebis: Quanquàm in verbis huius formæ: *Deus remittit peccata tua:* non ſubintelligitur particula illa, *per me*, ſignatè, & ratione ipſorum verborum: ſubintelligitur tamen exercitè ratione actualis miniſte-

պաշտօնէի , որ սիրտէ : սակս այսո-
րիկ յաւուց սկզբան-Թեւանն եւս բարի
է՛ եւ հշմարիտ : ասպա ուրեմն ըստ
ամենն գաղափարիս՝ ասելով . ես Թո-
ղու զքեզ , Հայկա լեառն պաշ-
տօնակս բանիցս ոչ իմանի այն բա
ռն , ի ձեռս իմ . սակայն իմանի զա
պաշտօնակս քահանային . զի երբ
որ քահանայն պաշտէ զայս խորհուր
դս , ասելով . ես Թողու զքեզ
քե . ինքն պաշտօնակս նորա ի մե
ռս ասի է զնշանակուԹիւն միւռոյն բա
ռին . ըստ ի ձեռս իմ , որ պաշտէմ զայս
խորհուրդս :

Պատ. Թէ առ բնութեաւ օրի
նաւին գոյիւն է զգաւիտացուցանէ , զի ոչ
է՛ նման , այլ զանազան . եւ պատճառ
զանազանուԹեան կրկին է՛ : Նախ՝
զի ի խորհուրդ սկզբանուԹեան պաշտա
նեայ ոչ միայն ապաւբնէ զձեռն բա
նից , այլ եւս ինքն զնէ զնոյնԹիւն ջրոյն
լուանալով եւ սկզբանելով զընդ այնքա
ուառի զի այսր ապաշխարուԹեան պաշ
տօնեայն , որ ընկղմի ի ջուրն եւ սկզբանէ ,
բայց ոչ իմանի այն բառն . ի ձեռս իմ :
զի Թէպէտ այս ոչ ապաւբնէ բան
ից . սակայն ապաւբնէ ապաշխարու-
Թիւն եւ կործանի զի ասելով ինքն . սկզ
տի ես առաւքեզ քեզ . իմանի ի ձեռս իմ , որ
ընկղմեմ ի ջուր : Բայց ի խորհուրդ
ապաշխարուԹեան պաշտօնեայ ոչ զնէ
ինքն զնոյն Թն . որ է խոստովանուԹի
եւ զղջումն սիրոյ . զի այս նոյնԹիւն խոր
հրդոյն զնի ի յաւուրս հնոցն , ոչ ի
քահանայէն . այլ քահանայն միայն
զնէ զձեռն բանից , որ է՛ արձակումն .
եւ զայլ ապաշխարուԹիւն ոչ առնէ : վասն որոյ
Է Թէ բանիւն խորոյ ոչ իշխանակէ . Թէ
ինքն Թողու . եւ հաւատ Թէ ես Թողու
ի ձեռն եւ . ոչ միայ այլ ապաշխարու-
Թիւն

Jm 11 nisterij Sacerdotis ; qui dum actionem illam Sacramentalem exercet, ac dicit : *Deus remittit peccata tua* : ipſummet eius exercitium implicitè ſuggerit in talibus verbis hæc alia : *per me, qui Sacramentum hoc administro*. Patet exemplum in Sacramento Baptiſmi , quod ritè confertur , & in eo peccata remittuntur, non ſolùm per formam Occidentalis Eccleſiæ : *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. verùm etiam per illam, qua Græci vtuntur : *Baptizatur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris* , &c. quia in hac forma, etiamſi non exprimatur illud : *per me* ; tamen exercitè intelligitur .

Jf 12 Reſpondeo, in Baptiſmo ratam eſſe etiam formam illam Græcorum: *Baptizatur ſeruus Chriſti*, &c. in Pœnitentia verò irritā eſſe hanc formā : *Deus remittit peccata tua* . Ratio diſparitatis eſt: Primò, quia in ſacramēto Baptiſmi Miniſter prēter formæ prolationem applicat ipſe quoque materiam abluendo , ſeu Baptizando Oblatum , ratione cuius

Jq 13 exercitij determinantur eius verba ad ſignificandum , Sacramentum illud per ipſum Miniſtrum fieri, ac ſortiri ſuum effectum : dum enim ipſe abluit, ac dicit: *Baptizatur ſeruus Chriſti* , &c. intelligitur vtique , *per me* , qui eum abluo , ſeu baptizo . At in Sacramento Pœnitentiæ, quia Miniſter nihil aliud ponit, niſi formā Abſolutionis (materia enim, hoc eſt, dolor de peccatis confeſſis ; exhibetur à Pœnitente) : ideò , niſi per hanc formam ſignificet, ſe pœniten-

Թէ

nitentem absoluere, ac Sacramentum illud conficere, nullũ aliud relinquitur eius exercitium, quod hãc significationem importare valeat.

Secundò disparitas est: quia in Sacramento Baptismi remittuntur peccata per modum ablutionis: & ideò sufficit, si talis ablutio quomodocunque, vel solùm exercitè, significetur per Ministrum fieri. At in Sacramento Pœnitentiæ remittuntur peccata per modum Iudicij, in quo non sufficit quæcunq; significatio voluntatis Iudicis, sed ea solùm, quæ fit per verba sententiæ, seu Decreti illius: quæ verba, cùm tantùm valeant, quantùm sonant; ideò debet Sacerdos, vtpotè Iudex à Deo delegatus, suam proferre sententiam, ac dicere: *Ego te absoluo*, &c. & non sententiam solius delegantis, dicendo: *Deus remittit peccata tua*: cùm hæc non sit consueta norma Iudicij.

Idem præterea probari posset ex Patribus: nimirùm Sacerdotes à Christo ita iudices in terra constitutos esse, vt ipsi peccata ex potestate dimittant, & non solùm annunciẽt, à Deo illa remitti. sed, vt rem manifestam paucis expediamus, pro Græcis Patribus Chrysostomus satisfaciat, Magnus verò Gregorius pro Latinis: Hic igitur homil. 26. in Euangelia, exponens illud: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*: inquit: *Principatum superni Iudicij sortiuntur, vt vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent*. Chrysostomus autem lib.

Յո. 14

Յե 15

Յէ 16

եկեղեցին դառնութիւն ընկալան, որպէս զի
փոխանակ այլ ոմանց զիւրս առնեցին.
և այլ ոմանց [ետուցին:] Եւ աբէն ոսկէ
բերան ի գլուխս յիշդս քահանայութեան
ասէ: Որք ի յերկրի բանակին, ասացյա
նաս, որք էն ի յերկինս: Ասացյա առեալ
եղև առնել զիշխանութիւնն, զոր ոճ
առալ ոչ կամեցաւ հրեշտակաց և ոչ
հրեշտակապետաց: քանզի ասացյ ոչ
ասացաւ. զոր կապիցէք յերկրի և
այլն: առնիւն արդեօք և երկրայինս իշ
խանքն զիշխանութեան կապելոյ. բայց
ի վերայ մարմնոց միայն: իսկ քահա
նայիցն իշխանութիւնն կարէ և ս կապել
զհոգիս, և միով և յերկինս հատանել.
միով զի զոր ինչ ի վայր ասաւ առնի
ցին քահանայքն. միոյն ի վեր հատուա
ծ ոճ. և զմեծ ձառայիցն եւթոյ
ոչ ինչ էնչէ:] և յետոյ պրկ ասէ. Ոչ
բնից քահանայիցն միայն արժան էր
սրբել զմարմնաւոր բորոտութիւն. և
կամ, զի ձշմարտագոյն ասացից, ոչ
սրբել արդեօք, այլ միայն զերբեալսն
հատուցանել: և զիտես, թէ որպան
զանձն և փափկանօք յայտ ժամա
նակին շահէին զքահանայական իշխ
անութիւն: իսկ մերոց քահանայից
ընդհակառակ ոչ զիս բնաւ բորոտութիւ
այլ զհոգւոց ապականութիւնս, ոչ ասեմ,
զսրբելոցս հատուցանել. այլ բորոտ
վիճս իսկ սրբել:] զայսքան ոսկէբե
րանն.

Հատուածս հետեւի. Թէ սորոյ
էնէն արձակման, զոր այժմ ի գործ
առնուն հոյակ քահանայք, և զրեալ
գտանի ի գիրս եւթանց այսպէս: Ողո
րմացի քեզ մարդասէրն Աստ. և Թո
ղութիւն քեզ մարդասիրն Աստ. ի ներ
քոյ, խոստովանելոյ և մաղթելոյ:

Եւ

Ef 3. de Sacerdotio: *Qui terram*, in-
17 quit, *incolunt, atque in ea versantur, iis commissum est, ut ea, quæ in Cælis sunt, dispensent: iis datum est, ut potestatem habeant, quam Deus neq; Angelis, neque Archangelis datam esse voluit. neque enim ad illos dictū est: Quæcunque alligaueritis in terra, &c.* Et infrà: *Habent quidem & terrestres Principes vinculi potestatem, verùm corporum solùm. id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum ipsam etiam animam contingit, atq; ad Cælos vsque peruadit: vsque adeò*
Ef 18 *vt quæcunq; infernè Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet.* Denique concludit: *Corporis lepram purgare, seu (verius dicam) haud purgare quidem, sed purgatos probare, Iudæorum Sacerdotibus solis licebat: neque nescis, quanta cum ambitione, quanto cum studio, & concertatione Sacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò nostris Sacerdotibus non corporis lepram, verùm animæ sordes, non dico, purgatas probare, sed purgare prorsùs concessum est.* Ita Chrysostomus.

Ex dictis collige, optimam esse Absolutionis formulam illam, quæ nunc à prudentioribus Armeniorum Confessarijs communiter vsurpatur, & sic in eorum libris prascribitur: *Misereatur tui amator hominum Deus, & remissionem tibi concedat omnium peccatorum, quæ confessus es, & quæ oblitus: Et ego auctoritate, per Ordinem Sacerdotij mihi tradita ex diuina iussione illa: Quæ-*

cun-

cunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta & in Cælo: iiſdem Verbis abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quæ cogitatione, Verbo, & opere commiſiſti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.

Vbi notandum eſt, in pleriſque eorum Ritualibus, pro verbo illo: *Abſoluo te:* haberi hic: *Abſolui te:* in ſignificatione præteriti temporis, quanquàm proximi, non remoti: quod italicè diceretur: *Ti hò aſſoluto:* atque ita etiam à Confeſſarijs minùs prudentibus ſolere proferri: quod tamen permittendum non eſt. Nam, licèt videri poſſet alicui tolerabile, eò quòd vox illa præteriti temporis accipituribi moraliter ab Armenis pro ſignificatiua præſentis: tamen, quia ſemper alibi ſignificat tempus præteritum; &, vt ſic accepta, eſſet tali formæ incongruens, cùm verificari nullo modo poſſet; idcircò non debet vſurpari. non enim Sacramentum tantæ neceſſitatis ita forma dubia conferendum videtur, vt eius valor in anciſpiti relinquatur.

Quocircà monendi ſunt Armeniorum Magiſtri, vt tum de hac forma, tum de reliquis, ad eſſentiam, & integritatem huius Sacramenti ſpectantibus, inſtruant imperitos Sacerdotes. Sunt enim eorum nonnulli adeò inſipientes, vt etiam putent, ſe ſufficienter abſoluere, ſi ad ſingula peccata, ſibi à pœnitentibus in auriculari Confeſſione manifeſtata, reſpondeant: *Deus remittit.* Vndè ſolùm hoc verbum

Եւ ես՝ ի կարգս քահանայութեանդ իշխանութեամբ, որ առեալ եղև ինձ առաքելոյն Հրամանաւն. Քեզ զոր արձակի զեղբ յերկրի, եղիցի առձակեալ յերկինս. Նովին բանիւն արձակեմ զքեզ յամենայն մեղաց քոց, զոր ոտարեբ խորհրդով, կամ բանիւ, և կամ գործով. յանուն Հօր և որդւոյ և Հոգւոյն սրբոյ:

Բայց պիտանի է՛. դի՛ ի հայոց պիտս սմանս, մանաւանդ ի գիւղս Հարցանդ առաքեւացոյն. ոչ գըրեալ լինի. արձակեմ զքեզ, այլ ասի. արձակեալ եմ զքեզ, քան նշանակու-թիւն անցեալ ժամանակի: և այսպէս առնն անգէտ քահանայք սմանք. որ է յոյժ անտեղի: Քանզի այն բառն անցեալ ժամանակին. որ ասէ, արձակեալ եմ. իմանի անտ մասնք՝ ի քահանայիցն ինս խառնակնկեալ ժամանակի. Իբր Թէ ասիցէ. արձակեմ զքեզ՝ ասիայն ըստ իմ ձշմարտութեան՝ ոչ նշանակի ինձ կայ, այլ դանդեալ ժամանակ. և ոչ կարէ բանն ձշմարտիլ այսպէս ասելովիւ մի այսպիսի պատճառ է՛ նզովս ասել. ոչ ձանկեմ զքեզ զի մի Հարկաւորդ այնքան Հայկուհիոր՝ ասեն այլինչ ասրակաւ ասիան և յեղկբայական ձևով բանն՝ զի ԼՈՒ ձևն արձակման ոչ է ասդ և յայտնար. ոչ Հնարել լինին մեզբն:

Որոյ պարագաւ պատշաճ է և Հայոց վարդապետաց խրատել և ուսուցանել զքահանայս իւրեանց իմչ ասդեալ ձևոցն, և այլոց նմայց, որ սիս աշխարհն ասն էապէ և ամբողջու-թիւ խորհրդոյս: զի են սմանք՝ ի նոցա նէ այնքան ապիւղ. մինչ զի ոչ Հասանն ուղղակի արձակել զնոսասովս-տոյսդ խան. Եթէ ասն իւրաքանչիւր մեղս զոր գան, ոչ պատմեսցեն. ասն-

Ըս

Քողու : և կարծեմ, թէ ի ձեռն այդ պատճառի բանիդ Քողեալ լինիլն մեղք հնարեալ սիրեն զինէն սուտն : որ և առնէ տայ ոմանց անըզգամ քահանայից ոչ ասելոյ միւս անգամ ի վերջն խոստովանութեանն զսովորական ձևն բանիցն . որ է սկսայն ձշմարիտ արձակումն մեղացն ի միասին : Բայց զդէպս յոյժ մոլորին . զի ոչ կարէ խոստովանահայրն արձակել և տալ զՔողութիւնն . եթէ ոչ լուաւ զամ մեղս ապաշխարողին : և այս լինի ի վերջն խոստովանութեան ձեռն ամ մեղացն . յոր ժամ պարտ է խոստովանահօրն սկսանել զպատշաճն որ ձևն բանիցն . և ոչ ասել ինչ բաղդատ անգամ ի սկզբանէ մինչև ի վերջն . առանց Քողու : քանզի ոչ կարէ առնել միւսոյն . այլ ի հարկէ կամ Քողուին առնելոյ ի միասին, կամ Քէ ոչ ընդ ի նոցանէ : և պատճառ այսպիսիկ է . զի մեղք Քողեալ լինին ի ձեռն սրտաբացութեանցն, որ ինքն իւրովք հոգւոյ ապաշխարողին վասն արձակման քահանային, իսկ խոստովանութիւն մահու-չափ մեղք հակառակ է այսմ ընդարհիս, և սրտաբաց զնայ ի հոգւոյն. ապա ուրեմն ոչ կարէ ի մեղք Քողուիլ առանց միւսոյն : զայս այսպիսիկ ոչ պարտ է քահանային արձակել. եթէ ոչ մի անգամ միայն ի վերջն . յոր ժամ զամ մեղսն լուաւ :

bum immediatè poſt vnumquodq; peccatum auditum repetere ſolent loco formæ : vt toties in eadem Cõfeſſione dicatur , quot ſunt peccata , quę audiunt. Qua quidem in re dupliciter errant : primùm , quia verã Abſolutionis formam omittunt , vt ſuprà demonſtratum eſt : deindè , quia priùs abſoluunt, quàm pœnitens omnia , & ſingula peccata confeſſus ſit : cùm conſtet, vnum peccatum læthale ſine alio remitti pœnitenti non poſſe, ſed vel omnia ſimul remitti, vel nullum . & ratio eſt , quia peccatum remittitur, in quantum tollitur Dei offenſa per gratiam iuſtificantem: omne autem peccatum mortiferum contrariatur tali gratiæ , & excludit illam : ergo impoſſibile eſt, quòd vnum peccatum ſine alio remittatur. Cùm igitur omnium peccatorum remiſſio non fiat, niſi per Abſolutionem Sacerdotis ; ideò non debet Sacerdos abſoluere , niſi ſemel , poſtquàm omnium peccatorum confeſſionem audiuit .

DE IIS, QVAE Pertinent ad materiam Pœnitentiæ.

Sectio V.

QVinta Propoſitio: *Materia Sacramenti Pœnitentiæ ſunt actus pœnitentis, ſcilicet Contritio, Confeſſio, & Satisfactio à Confeſſario iniuncta:* quæ dicuntur partes materiales huius Sacramenti, ad differentiam Abſolutionis Sacerdotis, quæ eſt pars formalis. Hæc Propoſitio ſine vlla controuerſia ſuſcipitur ab Armenis: & probatur ſic breuiter ex D. Thoma, part. 3. quæſt. 90. art. 2. Debet in Pœnitentia, vt peccator cum Deo concilietur, fieri recompenſatio offenſæ ſecundùm voluntatem peccantis, & ſecundùm arbitrium Dei, in quẽ peccatur: ergo requiritur ex parte pœnitentis, primò voluntas recompenſandi, quod fit per Contritionem; ſecundò, quòd ſe ſubijciat arbitrio Sacerdotis loco Dei, quod fit in Confeſſione; tertiò, quòd recompenſet ſecundùm arbitriũ Miniſtri Dei, quod fit in Satisfactione.

VItima Propoſitio: *Peccata, quæ per Pœnitentiam ſunt dimiſſa, non redeunt, neque imputantur ob ſequens peccatum.* eſt contra Vartanum, docentem, eos, qui poſt peccatorum confeſſionem recidunt in peccatum, reos iterùm effici præcedentium peccatorũ: vndè infert, iſtiuſmodi pœnitentibus Confeſſionem ni-

Տաղտիս

Ընդ որս խորհրդոյս ապաշխարութեան.

Հինգերորդ գլուխ:

Պետական մասունք խորհրդոյ ապաշխարութեան են, զորս ունի ապաշխարողն. այսինքն զսա առաջին. զղջումն, որ է ցաւիլն վասն մեղաց գործելոց: խոստովանութիւն, որ է յայտ առնել զմեղս խոստովանահօրն: և վճարութիւն, որ է ապաշխարանքն, զոր եղիցի դնել խոստովանահայրն եղեալ ապաշխարողին: Եւ ասեն սորա՝ նախ խորհրդոյս՝ առ է առաքելոյն պետի արձակիչ քահանայ լինի, որ է ձև և տեսակ խորհրդոյս: Հաւրդ՝ ցուցանի այս. քանզի վասն հաշտ առնելոյ մեզ առ Աստուած ընդ այ է ձեռն ապաշխարութեան՝ ընդդէմ վճարելի մեղաց ըստ կամաց մեղաւորին. և ըստ կամաց այ, որում նա մեղաւ: ապա ուրեմն ընդդէմ է կամիլն մեղաւորին՝ նախ կամք վճարելոյ, որ լինի է ձեռն ղղջմանն. երկրորդ՝ զի ստորադրեսցէ զինքն իւր ընդ դատաստան քահանայիցն փոխանորդս այ: որ լինի է ձեռն խոստովանութեան. և երրորդ՝ զի վճարեսցէ ըստ հրամանի խոստովանահօրն, որ լինի է ձեռն վճարութեան և ապաշխարանացն:

Եւ դարձեալ ասեմք. Ոչ յորժամ ապաշխարօղն յետ խոստովանութեան մեղաց դարձեալ մեղանչէ և անկանի է նոյն մեղսն. մեղքն առաքինագոյն, որ թողեալ լինէր խոստովանութեամբն, ոչ դառնայ, և ոչ պահանջէ զնա ի վերայ հեղինակ մեղացն: Այսպէս ասեմք զնդ

ni-

nihil proficere: quod prorsùs erroneum eſt, atque impium dictu.

Et probatur primò ex Sacra Scriptura: Nam Iſaiæ 43. Dominus inquit: *Ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me; & peccatorum tuorum non recordabor.* Et rursùs ait, Ezechielis 18. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, quæ operatus eſt, &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus eſt, non recordabor.* Quæ quidem promiſſiones veraces nō eſſent, ſi peccati ſemel remiſſi iterùm Deus aliquādo recordaretur, illud imputando.

Probatur ſecundò ratione: quia opus Dei per opus hominis aboliri, aut irritum fieri non poteſt, iuxta illud Rom. 3. *Nunquid incredulitas illorū fidem Dei euacuabit?* ſed remiſſio peccatorum per pœnitentiam, fuit opus diuinæ miſericodię: igitur aboliri non poteſt per ſequens peccatū hominis. Prętereà, ſi quis poſtquàm reſtituit debitum, nouum debitum contrahat, non efficitur reus prioris debiti reſtituēdi, quaſi illud non reſtituiſſet: ergo à pari, ſi quis, poſtquàm Deo ſatisfecit pro peccato per pœnitentiam, iterùm peccet; non efficitur reus prioris peccati, quaſi pro illo nō ſatisfeciſſet. Quare S. Auguſtinus: *Qui recedit*, inquit, *à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid niſi in perditionem vadit? ſed non in id, quod remiſſū eſt, recidit, nec pro originali peccato damnabitur.*

Auguſt. in lib. Reſponſionum Proſperi. & refertur in Decret. de Pœnit. diſtin. 4. cap. 14.

Itaque peccata, quæ per ſacramentum Pœnitentiæ remittuntur, nunquàm iterùm redeunt per ſequens

quenspeccatum : ac proinde ſacramentalis Confeſſio, ſi ritè fiat cum debita contritione, ac propoſito non redeundi ad peccatum, ſemper erit profícua pœnitenti, quantumuis recidiuo . Quapropter non debet is vſque ad vitæ finem hoc Sacramentum differre, nec ad illud raro, vt mos eſt apud Armenos, ſed frequẽter, & quotieſcunque in peccatum incidit, contritus accedere, etiamſi probabiliter ſciat, ſe ex naturæ fragilitate iterùm poſſeà peccaturum. Sic enĩ innuiſſe videtur Dominus, cùm Luc. 17. inquit: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: &, ſi pœnitentiam egerit, dimitte illi: &, ſi ſepties in die peccauerit in te, & ſepties in die conuerſus fuerit ad te, dicens: pœnitet me: dimitte illi.*

Sed dicet Vartanus: Ezechielia 18. Dominus ait: *Si auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem: omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur:* igitur, ſi quis denuò peccauerit, non imputabitur illi præcedens pœnitentia, per quá conſequutus fuerat veniam peccatorum: ac proindè peccata, priùs remiſſa, redibunt.

Reſpondeo, quòd per ſequens peccatum obliuioni quidem traditur pœnitentia priùs acta, ſed in quantum erat opus pœnitentis meritorium vitæ æternæ, non in quantùm erat remiſſoria peccati; cùm remiſſio culpæ magis ſit opus Dei, quàm hominis. Immò & ipſa bona opera, meritoria vitæ æternæ, facta priùs à pœnitente in gratia, quæ per

Ե 7

Ը 8

Թ 9

վնաց ոչ ժառանգէր : Որպէս ասէ սբ. օգոստինոս. Որ ի քէն հրաժարի, և զրկել ի շնորհացն վաղճանի. նմանապէս արդեօք ի կորուստ. բայց կը կին ոչ լինի պարտական վճռորայ, որ Քաղեալ էղև. և ոչ ևս սկզբնական մեղացն զատապարտութեան :]

Որպէս ասէ մեղքն, որ ի ձեռն խորհրդոյ խոստովանութեան Քողեալ լինի, ոչ երբեք կրկին դառնայ ևս պատճառ հետևեալ մեղաց: և սակս այսորիկ խոստովանութիւն՝ ևՔակ աւշադրէս կատարի պատշաճաւորապէս զղջմամբ և հաստատուն կամօք ոչ դառնալոյ ի մեղս. միշտ օգտաբեր լինիցի ապաշխարողին. Քանզեա յետոյ դժուար անկանելոյ : Վասն այսորիկ պատմ է մարդոյ ոչ յապաղել զայս սբ խորհուրդս ի յերկար ժամանակ. այլ քանի ցս անգամ ի մեղս ևս անկանի. շուտով զղջանալ և խոստովանիլ. Քանզի գուցե և կարճ եղէ, Քէ յետոյ ևս տկար քուՔէ քուՔնէ եւթոյ Քերևս միտս անգամ անկանելոց եղէ : Եւ այսպէս խրատեաց զմեզ առնել մեր յաւուրս ի վերստին. Յէ. երբ" գիշեն ասելով : ևԹէ մեղսկ եղբայր քո. սաստեա նմա : և եԹէ ապաշխարեսցէ. Քողնուսցես : և. եԹէ եւԹն անգամ յաւուր մեղսցէ քեզ. և եւԹն անգամ յաւուր դառնայցէ ի քեզ. և ասիցէ. ապաշխարեմ. Քողեսցես :]

Յ-Եբրայս առաքեալ վարդապետ. Քէ ի յիշեսիցէ. Յէ. երբ" գիշեն ասէ ակն : ևԹէ արդարն դատաստանիցէ զանձն յարդարութենէ իւրմէ. և առնիցէ զանօրէնութենէ. ամենայն արդա քուԹիքն նորա, զոր արարեալ էր, ոչ յիշեսցին :] ապա տրեմն եԹէ ոչ գիտէ ապաշխարութիւնն զրկել

մե

per ſequens peccatum obliuioni tra-
duntur, ac veluti mortificantur; cùm
deindè peccator in gratiam Dei re-
dierit per aliam pœnitentiam, ite-
rùm viuificabuntur, & illorum re-
cordabitur Deus.

Inſtabit: Peccata præterita fue-
rant in Confeſſione remiſſa per gra-
tiam iuſtificantem, quatenùs hæc
abſtulit ab anima maculã, hoc eſt,
gratiæ priuationem, & reatum pœ-
næ æternæ, à peccatis illis relictum;
ſed per quodlibet peccatum læthale
ſequens, eadem inducitur macula,
atque idem reatus: ergo peccata,
priùs remiſſa, redeunt, ſicut anteà.

Reſpondeo, quòd per ſequens
peccatum inducuntur iterùm ma-
cula, ſeu priuatio gratiæ, & reatus
pœnæ æternæ, non prout cauſabun-
tur ex peccatis illis priùs dimiſſis,
ſed prout cauſantur ex peccato ſe-
quente. vndè redit quidem macula,
ſed nõ illa eadem, quæ fuerat priùs,
nec idẽ reatus, ſed alius, vel numero
tantùm, vel etiam ſpecie diuerſus à
priori, iuxta diuerſitatem prauorum
actuum, ex quibus iſta conſurgunt.

Vrgebit: Quòd peccata, priùs
dimiſſa, eadem omninò redeant
ſaltem ob ſequens peccatum ingra-
titudinis, aut odij fraterni; conſtat
ex parabola ſerui nequàm; qui, vt
habetur Matth. 18. *traditus eſt tor-
toribus, quoadusque redderet Vniuer-
ſum debitum*, quod iam anteà illi
fuerat dimiſſum.

Reſpondeo, quòd peccata, di-
miſſa per pœnitentiam, redire di-
cuntur per ſequens peccatum ingra-

titudinis, odij fraterni, &c. non quòd reatus illorum, iam dimiſſus, denuò imputetur; ſed quia virtualiter continetur in peccato ſequente, quod magis aggrauatur ex peccatis prioribus dimiſſis ratione ingratitudinis: Et ſic intelligitur illud, *quoadusque redderet Vniuerſum debitum*, nempè, quod in vltimo peccato, non dimiſſo, virtualiter continebatur. Et intelligi poteſt etiam de reditu peccatorum quantùm ad reatum pœnæ æternæ, ſecundùm ſe genericè conſideratum; quia ſcilicet poſt pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æternæ, ſicut & priùs, quanquàm non omninò eundem.

Ꝟq 13

Տաղտապս խորհրդոյն վերջին օծմանն.

Գլուխ. Է:

Հաղորդութիւն մոլորական կարծեաց սոցանց վերաստացեալ:

Հաւաքին գլուխ:

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS,

§. V.

Explicatur error Armenicus.

SECTIO I.

Ա, Հաւ գիտելի է. չի ամէ հայ
ազգիս մեր հաստատութեամբ ուսուցանեմ ի միջս իւրեանց. Եւ ի յիւրեանց սէր խորհրդոյն եկեղեցւոյ մինն է վերջին օծումն. զոր պատրաստ է առ հիւանդաց ըստ բանին սբ առաքելոյն յակոբայ. որ ի հինգերորդ գլուխն ասէ: Հիւանդանայցէ ոք ի ձէնջ. կո չիցէ զերիցուսն եկեղեցւոյն. և աղաչեսցեն նմա ի նորա աղօթս. օծցեն նորա յանուն տեառն. և աղօթքն հաւատոյ փրկեսցեն զհիւանդեսն. և յարուսցէ զնա տէր. եւ եթէ մեղս ինչ իցէ գործեալ, թողեալ եղիցի:] Վասն որոյ հայոց եկեղեցին ի կանուխ ժամանակս. կամ ընկալաւ զայս օծումն երբեմն. զի սուրբ և զքրմարեան խորհուրդս. և ոչ էր ասել զնա միայն հիւանդաց ի հոգեվարսն օրն, ըստ աւանդութեանն կաթուղիկէ եկեղեցւոյն:

Բայց եթէ յարեան ի մէջ յոր

եւ

ANtequàm de hoc Sacramento aliquid certi noſtram ad rem ſtatuamus, atque probemus; ſciendum eſt, Armenos olim Doctores ſummo conſenſu tradidiſſe in ſuis libris, Extremam vnctionem eſſe vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, conferendum infirmis iuxta Iacobi præceptionem, ab ipſis quoque citatam: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ,* Iacc *& orent ſuper eum, Vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus; &, ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Quarè ipſorum Eccleſia, Vnctionem hanc pro vero, ac proprio Sacramento ſuſcipiens, tantùm infirmis, grauiter ægrotantibus, adhibere quondam ſolebat iuxta morem vniuerſalis Eccleſiæ.

Porrò

ՏԱՂԱՎԱՐԱՆ ԽՈՐՀՐԴՈՑ ՎԵՐՋԻՆ ՕՐՀՆԱՆՆ

ՊՐԱԿԸ. Է:

ՀԱՐՑԵԼԻՆ ՄՂՈՒԱԿԱՆ ԿԱՐԾԻՔ ԱՍՄԱՆ
ՎՏԱՆԳԱՒՈՐ.

ԱՌԱՋԻՆ ԳԼՈՒԽ:

DE SACRAMENTO
EXTREMÆ VNCTIONIS,
§. V.
Explicatur error Armenicus.
SECTIO I.

Ա, ԱՀԱ ԳԻՏԵԼԻ Է. ԶԻ ԱՄԷՆ ՀԱՅ ՎԱՍՊԱՆԱՑՆ ՀԱՅՈՑ ՈՒՍՈՒՑՄԱՆՆ Ի ԳԻՐՍ ԽՐԻՄԱՆՑ. ԸՍՏ ԻՄԵՐՈՒՆ ՈՒՂՂ ԱՐՔ ԽՈՐՀՐԴՈՑՆ ԵԿԵՂԵՑՒՈՑ ՍԻՏԱՆ Է ՎԵՐՋԻՆ ՕԾՈՒԱՆ, ԶՈՐ ԱՌԱՔԵՄ Է ՈՒԱՂ ՀԻՒԱՆԴԱՑՈՑ ԸՍՏ ԲԱՆԻՆ ՍՐԲ ԱՌԱՔԵԼՈՅՆ ՅԱԿՈԲՈՍԻ, ՈՐ Ի ԿԻՆՔԵՐԻՑ ՔԱՀԱՆԱՅՍ Ա ԱՆ: ՀԻՒԱՆԴԱՆԱՑՑԷ ՈՐ Ի ՁԵՆՔ, ԿՈ ՉԵՑՑԷ ՎԵՐԻՑՈՒՆԱ ԵԿԵՂԵՑՒՈՑՆ, ԵՒ ԱՂԱՔԵՑՆ ԼԻՔԸ ՅՈՐՈՒ ԱՂՕԹՍ, ՕԾԻՆ ԽՈՂՈՎԵԼ ՅԱՆՈՒՆ ՅԱՆ. ԵՒ ԱՂՕԹՔՆ ՀԱՒԱՏՔ ԱՌԱՒԸ ՓՐԿԻՉՑԷ ԶԱՒԱՌԱՑԵԱԼՆ. ԵՒ ՅՈՒՍԱՑԷ ՊԻՏԻ ԱՐՔ. ԵՒ ԵԹԷ ՄԵՂՍ ԻՆՉ ԻՑԷ ԳՈՐԾԵԱԼ, ԹՈՂԱԻ ՆՄԱՆ:] ՀԱՒ ՈՐՈՑ ՀԱՅՈՑ ԵԿԵՂԵՑԻՆ Ի ԻԱՆՈՒԽ ԺԱՄԱՆԱԿ. ԿԱՆ ԸՆԿԱԼԱԾ ՔԱՀԱՆԱՅՍ ՕԾՈՒԱՆ ԼԻՔԸ ՉՔ ԱՌՈՂՋ ԵՒ ՊՀՇՄԱՐԻՒԱՆ ԽՈՐՀՈՒՐՔ. ԵՒ ԱՌ ՔՈՒՐ ԷՐ ԱՌԱՔ ՉՔԱՆ ՍԻԱՑՆ ՀԻՒԱՆԴԱՑ Ի ՀՈԳԵՒԱՐՔ ՕՐՆ, ԸՍՏ ԱՒԱՆԴՈՒՆ ԱՅՍ ԿԱՆԱՌՈՒՑԻՒ ԵԿԵՂԵՑՒՈՑՆ:

ԲԱՅՑ ՉԵՍՈՑ ՅՈՐՔԱՆ Ի ՄԵՋ ՅԱՌ

ԵՒԼ

ANtequàm de hoc Sacramento aliquid certi noſtram ad rem ſtatuamus, atque probemus; ſciendum eſt, Armenos olim Doctores ſummo conſenſu tradidiſſe in ſuis libris, Extremam vnctionem eſſe vnum ex ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, conferendum infirmis iuxta Iacobi præceptionem, ab ipſis quoque citatam: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus; & ſi in peccatis ſit, remittentur ei.* Quarè ipſorum Eccleſia, Vnctionem hanc pro vero, ac proprio Sacramento ſuſcipiens, tantùm infirmis, grauiter ægrotantibus, adhibere quondam ſolebat iuxta morem vniuerſalis Eccleſiæ.

Iacobi 5.

Portò

Porrò deindè, cùm hæresis illa inter Orientales consurgeret, quæ Extremam hanc vnctionem cum Sacramento Pœnitentiæ confundebat; iuxta quam tum Vartanus Armenus in libro de Monitis, tum etiam (vt refert Archudius) Iob quidam Græcus in Tractat. de Explanatione Sacramentorum, docebant, sacramentum Pœnitentiæ cõfici per hanc Vnctionem; ac proinde vngendos esse pœnitentes non solùm infirmos, verùm etiam sanos: vndè Armeniorum complures, vt diximus, hac solùm vnctione contenti, incipiebant ab auriculari peccatorum confessione desuefieri: eam ob causam factum est, vt decerneret Armena Ecclesia, ne vlli vnquàm ministraretur deinceps hæc Vnctio, ne ipsis quidem infirmis, quantumuis extremè laborantibus: vt sic scilicet vana quoque spes illa vltimæ Pœnitentiæ, & expiationis, quam aliqui in Extrema Vnctione ponebant, omninò eis præcideretur, adeòque ad verum Pœnitentiæ Sacramentum, per Exomologesim exercendum, omnes inducerentur: sicut & contigit. Verùm ad vnum auferendum malum, quod tamen facilè aliter, ac multiplici sanè modo remoueri potuisset, aliud malum inter Armenios excitatum sic fuit, perpetua scilicet salutaris huius Sacramenti desuetudo, ac priuatio, quam eorum infirmi, in vltimo vitæ termino constituti, non sine detrimento salutis animę, & corporis, hactenùs experiuntur.

Archud. lib. 1. de Sacr. cap. 2

3

4

5

In.

Քանզիկն , որ էղե պատճառ այսր
անառնղաց , հնարեաց զսուր ինչ վիրա-
նոցի . յարոյց ի մէջ հայոց զայլ
դպրանձն խորհուրդ վերջին օծմանն ,
զահագան ի նմանէ , զոր հաստատել
էր քո և հրաւարտիկեալ էր սբ առքն
յակոբ : և ի վերս հարցմանդ ուսոյց
հայոց կատարել զխորհուրդ վերջին
օծմանն այլով զարմանալի կերպիւ ,
ասելով այսպէս : Զվիրջին օծման
խորհուրդս ուն նմանէ ի քահանայս անձ
եղեալս . զի օծանելմ զնոսա ոտից զըմ
բիշս . զի ի հանդէս մոցին ընդ այս
չարուքէ օդոյս : զայս ասելով ի յօ
ժանեէն . աղօրհնեսցի , օծցի , և սր
քենգի աջ կամ ձախակատ , կամ գագաթ
քահանայիս այսորիկ նշանաւ սբ խա
չիս , և առնասարանաւս , և սբ մեռ
նաւս , յանուն հօր և որդոյ և հո
գւոյն սրբոյ :]

Interim , ne Populo ſua videatur Eccleſia hoc Sacramento omni ex parte priuata, quid faciunt deceptores Magiſtri ? eſſe Chriſmate inungenda , docent , corpora mortua Sacerdotum , aſſerentes , etiam ſic perfici in Eccleſia poſſe hoc Sacramentum . Quarè Gregorius Dattieuenſis (quo auctore abuſus hic traditur in Armenios irrepſiſſe) in tractatu de extrema vnctione , poſtquàm docuit, in vnctione infirmorum hoc Sacramentum eſſe ſitum , iuxtà verbum Apoſtoli , ſubijcit : *Porrò huius Vnctionis Sacramentum perficimus ſupra defunctos Sacerdotes. Vngimus enim illos, quaſi luctatores, vt cum prauis Spiritibus huius aëris viriliter decertare valeant: at , dum eos vngimus , dicimus : Benedicatur , vngatur , & ſanctificetur manus , vel frons , aut Vertex huius Sacerdotis , per ſignum iſtius ſanctæ Crucis , per hoc Euangelium , & hoc ſanctum Chriſma , in nomine Patris , & Filij , & Spiritus ſancti : Amen .*

ՅԱՂԱԿՍ

AD REFELLENDOS

Ընդդիմադրութիւնք վերոյգրեալ մոլորութեանցն .

Errores prædictos , ſtatuuntur , ac probantur Aſſertiones nonnullæ .

Երկրորդ գլուխ :

Sectio II.

Ղ առաջի ասելիք . Թէ խորհուրդ վերջին օծմանն ոչ կատարի . եթէ մարդն , որ օծանի , ոչ ունի հիւանդութիւն : Յուցանեմք այս ի բանիցն յակոբայ առաքելոյն . որ ասէ : Հիւանդանայցէ ոք ի ձէնջ . կոչեսցէ զերիցունս և այլն :] Նախ՝ եթէ որ սբ առաքեալ ոչ ի յաւանդելն զայս խորհուրդս որ

DICO primò : *Sacramentum Extremæ Vnctionis non perficitur , niſi ſubiectum , quod vngitur , ſit homo ægrotus .* Probatur primò ex illo Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros*,&c. Cùm enim Apoſtolus huius Sacramenti ritum , à Chriſto inſtitutum , pro-

mulgans, non assignet aliud eius subiectum, nisi solos corpore ægrotantes; profectò quodlibet aliud subiectum non erit huius Sacramẽti capax: quippè tota Sacramentorum ratio à sola Christi voluntate, & institutione dependet.

Probatur secundò ratione: quia adhibetur hoc Sacramentum per modum medicationis, vt diximus quæst. 3. §. 3. num. 18. & ex memoratis Iacobi verbis colligitur: sed medicatio non competit sanis, nec mortuis, sed solùm infirmis: ergo solis infirmis hoc cõpetit Sacramẽtum. Tum quia præter effectum primarium, quem tribuit infallibiliter, scilicet animæ sanationem, potest etiam tribuere effectum secundarium salutis corporalis, vt loc. sup. cit. explicatum est: ergo non cõpetit, nisi solùm corporali salute indigentibus, ac proindè infirmis.

Probatur denique, tum ex proprio eius nomine, quod est etiam apud Armenos ԾԱՌԱՅՈՒԹԻՒՆ ՀԻՒԱՆԴԱՑԵԱՑ, *Vnctio infirmorum*; tum ex antiqua totius Ecclesiæ consuetudine: nam primitùs Græca pariter Ecclesia, & ipsa quoq; Armena, iuxtà rectum, ac perpetuum morem Latinæ, hoc Sacramentum solis infirmis administrabant (etsi nunc more peruerso Græci, vt tradit Archudius, illud conferunt & infirmis, & sanis; Armeni verò nec infirmis, nec sanis, sed mortuis): tum denique ex traditione veterum Sanctorum Patrum, & Decretis Conciliorum; de quibus infrà.

Archud. de Sacram. lib. 1. cap. 4.

DI-

որ էր հաստատեալ ի քէն, յայտնապէս հրամայէ, թէ պարտ է օծանել միայն զհիւանդս. և ոչ այլ միայն առ զնոսա հուպ զայս. ուրեմն արդէօք այլ ինչ մարդ, որ առողջ իցէ, կամ մեռեալ, և ոչ հիւանդ ընդունակ ոչ լինի ցի այսր խորհրդոյս: զի բան խորհրդոյն ոչ ի կամայ մարդկան, այլ ի հաստատէ ելն միայն կախեալ.

Երկրորդ՝ ցուցանի բանականաբար. զի այս խորհուրդս առաքեալն ձեռն ըստ կերպի բժշկութեան. որպէս ասացաք ի յերրորդ պատկին երրորդ՝ զիաւս բանուքեանն ի Թիւն. ՅԱ. և յայտ լի ևս այս ի բանիցս յակոբայ: եթէ բժշկութիւն ոչ պատշաճի առողջ մարդկանն, և ոչ մեռելոց. այլ միայն հիւանդաց: ապա ուրեմն միայն հիւանդացդ պատկանի այս խորհուրդս: Լոյս և զի խորհուրդս հոգևոցս առաքեալքն զնա ի գործել ոչ միայն զհոգևոսն առողջութիւն, որ է անեղկբայական և առաջին գործ նորա. այլ և զմարմնաւորսն առողջութիւն, որ է երկրորդական գործ նորա, և լինի երբեմն, յորժամ օգտաւէտ ի հոգևոսն ինդութիւն: ապա ուրեմն պարտ է պատշաճել զնոսա միայն այնոցիկ, որ կարօտին մարցին աւետ առողջութեան. այլ հիւանդացդ և ոչ մեռելոց, կամ առողջաց:

Եւ երրորդ՝ ցուցանի ի յանուանէ իսկ նորա. զի կոչի օծանումն հիւանդացդ, և ոչ առողջաց կամ մեռելոց: Լոյս և ի կանոնս ի սահմանութիւնս լուսահոգևոյն Գրիգորի. զի նոյն հայր սուրբ ևս յառաջ առաքեալ զայս խորհուրդս ի այն հիւանդացդ, որպէս և այլ ուրուք ինոց բոհոտութեանցն: ևս յլ և ի յայնմանութիւնսն արբոց հարցն և հնոց ցուցեալ ժողովոցն. զորոց վկայութիւնս

յետոյ

mulgans, non aſſignet aliud eius ſubiectum, niſi ſolos corpore ægrotantes; profectò quodlibet aliud ſubiectum non erit huius Sacramẽti capax: quippè tota Sacramentorum ratio à ſola Chriſti voluntate, & inſtitutione dependet.

Probatur ſecundò ratione: quia adhibetur hoc Sacramentum per modum medicationis, vt diximus quæſt. 3. §. 3. num. 18. & ex memoratis Iacobi verbis colligitur: ſed medicatio non competit ſanis, nec mortuis, ſed ſolùm infirmis: ergo ſolis infirmis hoc cõpetit Sacramẽtum. Tum quia præter effectum primarium, quem tribuit infallibiliter, ſcilicet animæ ſanationem, poteſt etiam tribuere effectum ſecundarium ſalutis corporalis, vt loc. ſup. cit. explicatum eſt: ergo non cõpetit, niſi ſolùm corporali ſalute indigentibus, ac proindè infirmis.

Probatur denique, tum ex proprio eius nomine, quod eſt etiam apud Armenos ծ֊ուծ հիւանդաց, *Vnctio infirmorum*; tum ex antiqua totius Eccleſiæ conſuetudine: nam primitùs Græca pariter Eccleſia, & ipſa quoq; Armena, iuxtà rectum, ac perpetuum morem Latinæ, hoc Sacramentum ſolis infirmis adminiſtrabant (etſi nunc more peruerſo Græci, vt tradit Archudius, illud conferunt & infirmis, & ſanis; Armeni verò nec infirmis, nec ſanis, ſed mortuis): tum denique ex traditione veterum Sanctorum Patrum, & Decretis Conciliorum; de quibus infrà.

ud. de lib. 5.

DI-

որ էր հաստատեալ ի քէն, յայտնապէս
հրամայէ, թէ պատա՛ծ օծանել միայն
զհիւանդս. և ապա՛ միայն ասել զկնի
հուրդս զայս. որպէս ապա՛ծ այլ
ինչ մարդ. որ առողջ նիցէ, կամ մեռեա
ալ, և ոչ հիւանդ. ընդունակ ոչ լինի
ցի այսր խորհրդոյս; զի բան խորհր
դոյն ոչ ՚ի կատարս մարդկան, այլ՚ի
կամացն քէ միայն կախեալ.

Երկրորդ՝ ցուցանի բանականաւ
պէ. զի այս խորհուրդս առաքեալն
դէն ըստ կերպի բժշկութեան. որպէս ասա
ցաք՚ի յերրորդ՝ պատկին երրորդ՝ վիճա
բանութեան՚ի թիւն. ՃԽ. և յայտնի
դէ այս՚ի բանիցն յակոբայ: քանզի բժշ
կութիւնն ոչ պատշաճի առողջ մարդ
կան, և ոչ մեռելոց. այլ միայն հիւա
նդաց: ապա՛ ուրեմն միայն հիւանդ
ացդ պատկանի այս խորհուրդս: Ետա
և զի խորհուրդս հաստատեցաւ առ
՚ի գործել ոչ միայն զհոգեւոր առող
ջութիւն, որ է անապրկեալական և առ
աքինի գործ նորա. այլ և զմարմնաւո
որ առողջութիւն, որ է երկրորդական
գործ նորա, և լինի երբեմն, յորժամ
օգուտ է վս հոգեւոր ջրկութեան: ա
պա՛ ուրեմն պատա՛ծ պաշտել զնա
միայն այնոցիկ, որ կարօտին մարմն
աւոր առողջութեան. իբր հիւանդաց
և ոչ մեռելոց, կամ առողջաց:

Եւ երրորդ՝ ցուցանի՚ի յանուանէ
ինքն նորա. զի կոչի ծ֊ուծ հիւան
դաց, և ոչ առողջաց կամ մեռելոց:
Ետա և՚ի կանոնս սուրբ ընդհա
նուր եկեղեցւոյ. զի նոյն հայրք սուրբ
ելին յառաջ առաքեալսն այս
այն հիւանդաց. որպէս և այլ ուղղա
փառ քրիստոնեայքն: ձայն և նոյ
ն՚ անգամ էնէ արբոց հաւատն և հնոց
գրոց ժողովոյն. զորոց վկայութիւն
կեսոյ

DICO secundò: *Sacramentum Extremæ Vnctionis non est conferendum cuilibet infirmo, sed solùm illi, qui de Vita periclitetur.* Probatur primò ex subsequẽtibus verbis eiusdem Apostoli: *Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus:* quæ verba manifestè indicant, loqui Apostolum de infirmo, qui de vita periclitetur, & cùm angoris æstu, morti obluctetur: quarè sic communiter exponuntur à Doctoribus.

Probatur secundò ratione: quia hoc Sacramentum est vltimum remedium, quod Ecclesia potest cõferre, quasi immediatè disponens ad gloriam, vt loquitur D. Thomas: & ideò ab ipsis adhuc Armenijs vocatur non solùm *Vnctio infirmorum*, sed etiam *Extrema Vnctio*: ergo ijs solùm infirmis adhibendum est, qui sunt in extremo vitæ termino constituti.

Et confirmatur: quia non minùs iuuari debemus in egressu ab Ecclesia militante, quàm in ingressu ad illam, & in progressu; præsertim cùm nunquàm magis homo indigeat auxilio, ac robore, quàm in articulo mortis: tunc enim & hostes fortiùs impugnant, & ipse homo ob ægritudinis molestias ad resistẽdum ineptior est: ergo sicut diuina prouidentia factum est, vt ad nos in ingressu militantis Ecclesiæ iuuandos institutum fuerit Baptisma, & in progressu alia Sacramenta; ita pariter fieri debuit, vt institueretur Extrema vnctio, qua in egressu ab eadem Ecclesia, & transitu

ad cæleſtem Patriam iuuaremur. Igitur ijs tantùm infirmantibus exhiberi debet hæc Vnctio, qui ſunt in ſtatu exeuntium, ſicut Baptiſma exhibetur intrantibus.

DICO tertio: *Teneturex diuino præcepto quælibet Eccleſia Chriſtiana Vnctionem infirmorum adminiſtrare:* ac proindè nulla ratione potuit, nec poteſt Armena Eccleſia priſtinum huius Sacramenti vſum penitùs, ac perpetuò à ſe abijcere.

Probatur primò ex ijſdem Iacobi verbis: *Infirmatur quis in Vobis? inducat Presbyteros*, &c. His enim verbis Apoſtolus, vſum huius Sacramenti præcipiẽs, non ſuum, ſed Chriſti præceptum promulgauit; vt communiter SS. Patres, & Doctores exponunt, præſertim Auguſtinus, qui lib. 2, de Viſit. infirm. cap. 4. inquit: *Nec prætereundum eſt illud Iacobi Apoſtoli præceptum: infirmatur quis in Vobis? inducat Presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, Vngentes eum oleo ſancto in nomine Ieſu, &c. ergo ſic roges, de te, & pro te fieri; ſicut dixit Apoſtolus Iacobus, immò per Apoſtolum ſuum Dominus.*

Probatur ſecundò ratione: quia Sacramenta nouæ Legis, vt ſuprà diximus *, annexam habent ex inſtitutione Chriſti non ſolùm gratiæ promiſſionem, ſed etiam diuinum mandatum de ſtabili vſurpatione illorum in Eccleſia ad homines ſanctificandos. Et ratio huius mandati eſt; quia, ſi licitum foret Eccleſiæ Chriſtianæ vel Chriſti Sacramenta reſcindere, vel penitùs ab illorum vſu

* Quæſt. 3. §. 1. num. 1.

ձեռնադրից մեզոյ ի նմա՝ հաստատուն ոչ լսեմք այլ խորհուրդք. նոյնպէս և ամենայն խնամուն ի պատուական ընկերին և հաստատեալ լիցի խորհուրդք վերջին օծմանն ի օգնելոյ և զօրացուցանելոյ զնոյն ի հիւանդութեանն և ի բանաձայն առ բժշկութիւն հոգւոյն. ձեռնադրութիւն պատշաճեալ մատուցողացն. և այլ խորհուրդք ընծայողաց. նոյնպէս և վերջին օծումն պատուական միայն հիւանդութեան եղեալ զաց և հոգեվարացն:

ԵՐԻՑ՝ ասեմք. Թէ ամենայն հրամանաւք հաստատութեան իւրեանց չիւրք եկեղեցի առ հոգեվար հիւանդսն զոյ զիսորհուրդ վերջին օծմանն ըստ որոյ ոչ կարացոյ հայոյ եկեղեցին ձգել յաւուրս յիմարեալ զաւղութեան այսր աշխարհիս զայս խորհուրդս առանց հակառակելոյ ամենայն հրամանացն:

Նախ զոյգ այս ինդիր բաղձեն յանկարծ առ քրիստոս: Հիւանդ նայեցէ ոք ի նէնջ. կոչեսցէ զերիցունսն եկեղեցւոյ:] քանզի այսպիսի բանից առաքեալն հրամայելով զաղօթս ընծայիցն խորհրդոյս այսորիկ՝ հրաման կեաց ոչ միայն հրաման, այլ զբնութիւն ունելոյն սէր հարկ և վճռական եղեալ զոյ. մանաւանդ սէն օգտաբեր. որ ինքնիւրն զնա յոյս այնքան հիւանդացն առնել զայն հրամանն յանկարծ առ քրիստոս. հիւանդանայցէ ոք ի նէնջ. կոչեսցէ զերիցունսն եկեղեցւոյ. և աղօթեսցեն ի վերայ նորա օծեալ զնա. օծմամբ և այն: ապա և դու այնպէս ուղեչիր. զի ասացեալ ի քէն քո. որպէս ասաց առ քրիստոս յանկարծ. այլ մանաւանդ առիթ եսկ ի նէնն առ քրիստոս խ-ոյ:]

ԵՐԿՐ՝ զոյգանէ բանականութեան

զան

ջանզի ըս՝ ած-ոչ միայն հաստատեաց զկարգս-ուղն նոր օրինացս առ՚ի պա-
ըժել մեզ ընդ[ունդ]հս եւ-ք. այլ եւս տրա-
մայնաց. զի հաստատ լիցի՛ մեզ նկն զնշ-ոյ սովորու-Թ՚ն նոյն խորհրդոյն
առ՚ի սրբացու-ցանել զմարդինս. որպ
ցու-ցաք յառաջին պրակին Երդ՚ վե
Ճառաբանու-Թեանն: և պատճառ այդր
հրամանիդ եղե. վ՚ն զի ԵՊԷ կարող
էր նկնեղիցի խափանել զկարգ-ուղն
քն, կամ պարապիլ աւելնե՛ն սովո
ցու-Թէ և յաղագու-Թէ հոգւոյ. ընդ.
զկայր արգելոք և ունայն եղեալ լինէր
նոցայ հաստատե՛ն: քանզի սակս այսո
րինկ հաստատեցան՛ ի քն՛. որպէս զի
սովորացին՛ ի մեզ նկնեղեցւոյ. և՛ ի
Ճիւն սովորու-Թէն նոցայ մարդինն
սրբեսցին: ապա՛ ԵՊԷ հայոց նկնզն
քին հաս՛ատայ. Ըէ զկերպին օծ-ու-մն
է՛ ձ՚մարիտ խորհո-ըդ՚ ի քն՛ հաստատ
առեալ. որպէս և այլ կնցո. ու-բեմն
ած-ային հրամանաւ՛ն հարկաւ՛որ՛ի
գործ արկանել զիւրն խորհո-ըդն. և
ոչ կարէ պարապիլ յաղագու-Թէնէ
նոցայ:

Երդ՚ ցու-ցանի՛ ևսովորու-Թէ յայ
և նկնէն և յարեւմտեան նկղեցւոյ, որ
յաւմ Ճեղիս կատարէսց զայս հրաման
ած քն պարզեալ հիւ՛անդաց զայս ևս
բհու-ուս՛ ի հոգէ՛ւորն օծ՛ւս: ԵՒսմ և
ցու-ցանի զկատու-Թէ սրբոց հարց և
ժողովոց, որք ա՛ւանդեցին, Ըէ պար
տէր քահանայք՝ ունի ևսանդակն առ
նել զայն, զոր հրամայեաց ՍՔ առ՚քն
յակոբ: և ևսանա՛ւանդ այսու ա՛ևս
գնաց սբն իննօքնեսիոս առաքին պա
տն՛ ի Թուղն առ դ-ևկեսիոս. Որո
գինէս՛ եկեղեցի՛՝ անբծելոյն ևմկոյ
զնա առական գոյցն. ևբն ոսկեբերան
Յ՚ևկոբ՝ գնաց ած յայգս քահանայու-

ՔԷ

Jա vſu ceſſare; fuiſſet certè diuina eorum inſtitutio fruſtratoria; cùm non ad aliud inſtituta ſint, niſi vt exercerentur in Eccleſia, & per illorum exercitium ſanctificarentur homines. at verò, quòd Vnctio infirmorum ſit verum Sacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum, & nos alibi * latè probauimus, & ipſa Armeniorum Eccleſia firmiter credit: igitur hæc Eccleſia, ſi Chriſtiana eſt, tenetur ex diuino mandato huius Vnctionis Sacramentum exercere; ac proindè non potuit ab eius vſu deſiſtere.

* Qu. ſt. 3. §. 2. nu. 13.

Jբ 12 Probatur tertiò, non ſolùm ex praxi Orientalis, & Occidentalis Eccleſiæ, quæ hoc ipſum Chriſti mandatum de vngendis infirmis, grauiter decumbentibus, nullo vnquàm tempore exequi prætermiſit: verum etiam ex Decretis veterum Conciliorum; nam, præter Concilium Florentinum, & Tridentinũ, quæ prædictas noſtras aſſertiones propter Nouatorum hæreſes aperta ſanctione definierũt, habemus Concilium Nicænum primum, ab Armenis ſuſceptum, quod Can. 69. Arabico meminit olei infirmorum, & à Chriſmate, & oleo Catechumenorum illud diſtinguit: extant etiã multa Concilia Prouincialia, ſed antiqua, quamuis Armenis ignota, quæ monent, ne hoc Sacramentũ negligatur: vt Cabilonenſe II. canone 48. Wormatienſe, can. 72. Meldenſe, apud Burcardum lib. 4. can. 75. Aquiſgranenſe II. can. 8. & Moguntinum ſub Rabano Archie-

chiepiſcopo, can. 26. Ac præterea ex traditione veterum Patrum, qui expreſsè docuerunt, debere Presbyteros omni tempore id facere, quod Iacobus præcepit: ita Origenes homil. 2. in Leuit. Innocentius l. in epiſt. 1. ad Decentium, cap. 8. Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio; Auguſtinus in ſpeculo, & in Serm. 215. de tempore, & in lib. 2. de viſit. infirm. cap. 4. Cyrillus Alex. de Adorat. in ſpiritu, lib. 6. Beda in c. 6. Marci, & c. 5. Iacobi: Theophylactus in cap. 6. Marci; ac præter alios, Ambroſius in Miſſali, & Gregorius Magnus in libro Sacramentorum de Feria 5. in Cœna Domini, Orationem etiã ponunt pro infirmorum Oleo benedicendo.

Probatur denique ex ipſis Armeniorum Magiſtris, qui ſuis in libris communiter aſſerunt, hoc præceptum, à Iacobo promulgatum, eſſe in Eccleſia obſeruandum: immò Vartanus in lib. de Monitis, infirmorum Vnctionem in Sacramẽtorum numerum referens, inquit cap. 6. *Chriſtianiſmus in ſeptem Sacramentis Eccleſiæ nititur*: ergo, per ipſum, in ea Eccleſia, vbi aliquod ex his Sacramentis deeſſet, Chriſtianiſmus ipſe deficeret.

Reſpondent ad hæc Armenij, & præcipuè Gregorius Datticuẽſis loco ſup. cit. ſuam Eccleſiam coactam fuiſſe huius Vnctionis vſum interdicere; ne Populus à Sacramento Pœnitentiæ, quod eſt magis, quàm infirmorum Vnctio, neceſ-

ՅԴ ԹԷ: Մբն ամբոսիոս՝ի գիրս պատա-
ճաղամասուցին. Մբն օգոստինոս
14 ՝ի. ՈՀԵ. երդ՝ Հաուն յիշգս Յամա-
նակի. Մբն հինբեղ աղէքս՝՝ ՝ի վեցե-
րդ՝՝ գիրս յիշգս եպիսկոպոսՔէ հղ-
գ-ով. Բեդա քահանայն՝ի մեկնու-
Թի ՊղՔոյն յակոբայ. Մբն գրիգոր
հռոմի հիւպատ՝ի գիրս խորհրդոցն. և
այլ սբ հարքն առ հաւասարակ: Ծնայն
և ո հրամայեցին սբ Ժողովքն. ոչ մի
այն գլխօրհնեցիոյ, և ազրնՔոյ. այլ և
առաջին սբ Ժողովն նիկիոյ. որ՝ի. ԿՔ.
երդ՝՝ կանոնին յայտնապէս յիշէ զՀիւ-
Հիւանդաց. և ասէ. Թէ այս ձէթս առ
ՅԼ սբՔերն՝ի յիւղոյն մեռանի որ վա գրոշ
15 մելոյ. և՝ի ձիթոյ վա օծանելոյ զերս
խայտս յառաջ քան զմկրտուԹիւնն:
Էֆեսն և այլ հին գաՀատական Ժո-
ղովք, հայոց անծանօԹք, որ զնոյն
ասՀատեցին. ՅԲ. Եպկդ՝՝ սբ Ժողովն
կաբիլոնոյ՝ի. Հոբ. երդ՝՝ կանոնին.
սբ Ժողովն վարմաՀոյ՝ի. ՀԲ. կրդ՝՝
կանոնին. սբ Ժողովն մելդոյ՝ի. ՀԵ.
երդ՝՝ կանոնին. Եպկդ՝՝ սբ Ժողովն
ակիվիսգրատոյ՝ի. Ը. երդ՝՝ կանոնին.
և սբ Ժողովն մագունաՀոյ՝ի. ՆՁ. երդ՝՝
կանոնին:

ՅԶ Եւ ՉորդՔ՝՝ ցուցանի վկայուԹիւ
16 ինքնանց հայոց. որք՝ի գիրս խոստո-
նոյ ասՀանդէն. Թէ պարտէ՛ կատա-
րել զայս հրամանս ապաքէն՝ի քնե,
և հրաժարականալ՝ի յակոբայ առաքե-
լոյն: և զարդանն՝ի գիրս խրատուց
՝ի վեցերդ՝՝ գլխոն դնէ զօծ-ումն հիւ-
նդոյ՝ի մէջ Լուսն սբ խորհրդոյն. և
յետոյ ասէ այսպէս: ՕնՔն խոհրդ
դոյն եկեղեցւոյ հաւատարակ կատա-
րելք գործ-ովք. զի բրիստոնէուԹիւն
Լ-Ըն խորհուրդ եկեղեցւոյն է:]
ապա ըստ բանից նորա՝ պահաս իմ

ՆԼԲ

ցեր ըստ առնէ ոմն ախտ եկեղեցւոյ ԺԷ
ոյն , որ ոչ կատարէր գործ ոմն զին ոք 17
ի խորհրդոց այսոցիկ :

Զի եւ այսոսիկ պատճառք գրիգոր տաթեւացին ի գիրս հարցմանց . Թէ բանադատեցաւ եկեղեցին հայոց բա ռնալ ի մէջ ի նեբեան զխորհուրդ օծմանն հիւանդաց . զի մի բարձել լիցի ինամանէ խորհրդոյն խոստովա նութէ , որպէս ի հնարից չարին բաց ձնալ եղե ի յազգին յոհնաց , և վերա ց , և աստուց : զի խոստովանութի՛ն հարկաւորագոյն է քան զվերջին օ ծումն : ԺԸ

Իսկ այս պատճառս չի է առնուստ 18
բանութ . Նախ զի յոյնք և վերջ ինչո ցն արկանեն զերկոսին խորհուրդսն խոստովանութի՛ն և վերջին օծմանն հիւանդաց . որոյ յայտնի է . ուստի ստուգ ասէ գրիգոր տաթեւացին : Զի յլ և առ որիք զերկոսին խորհուրդսն ունին , բաց միայն ի նեստորականացն . որք ընդհանի ի բաց կացին ի խոստովա նութէ . նոքա այժմ ոչ գիտեմ ըստոյգն գնս : Երկրորդ զի ոչպատճառ է մեզ զայլ ինչ առնել վասն բժշկելոյ այրումն չարի : զի եթէ ոչ կարեմք առաւ ասել . Թէ ԺԹ
՝խոստո՛ւ անտի բազում բարիք բու սանէին . ընդեւ և առաւել ոչ կարէք 19
ևս ազգ յարուցա՛ն ձգել զխորհուրդ վերջին օծմանն ի քո՛ հաստատել և հրամայել : Երրորդ զի այլովիկք պիե՛ կարէին վկայել հայոց բանա դատել զժողովուրդն առ ի յոչ հրա ժարել ի նեստովանութե՛ն . Թէ տալա նալոք . Թէ հրամանօք . Թէ նղովիւք . հասի Թէ այլ ինչ կերպիւ՛ . որպէս ա րարքն յոյնք և վերջ : Եւ չորրորդ զի յորժամ չեսոյ վերջացու՛ մոլորու Թիւն վն հրաժարելոյ՝ նեստովանու

ԹԷ

cessarium , se retraheret ob rationes allatas .

Sed hæc excusatio non admittitur : Primò , quia non sunt facienda mala , vt eueniant bona . si enim vel simplex mendacium dicere prohibemur , etiam si bona quammaxima indè orirentur ; quàto magis Sacramentum , à Christo Domino institutum , ac mandatum , perpetuò ab Ecclesia exterminare ? Secundò , quia alio modo induci poterat Populus ad errorem illum de Pœnitentia deponendum : si scilicèt prædicatum ipsi fuisset , Sacramentum Pœnitentiæ nõ in hac Vnctione , sed in auriculari Confessione consistere ; ac insuper iniunctum esset Presbyteris , vt solummodò extremum spiritum agentes inungerent , & non etiam beneualentes . Tertiò , quia postquàm error ille cessauit , & Populus omninò resipuit , cur ei pristinum huius Sacramenti exercitium restitutũ non fuit ? aut nunc saltem quid obstare poterit , quominùs Dominico huic mandato , Apostolicæque traditioni obtemperetur ? Quòd si etiam num id facere Præsules Armeni neglexerint , dum monentur ; profectò nulla erunt apud Deum nec excusatione , nec venia digni .

DICO quartò : *Materia huius Sacramenti non est Vnguentum Chrismatis , sed oleum simplex oliuæ , ab Episcopo consecratum : Forma verò sunt illa Verba : Per istam sanctam Vnctionem , & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus , quic-*

quid

quid deliquisti per visum, aut *per auditum*, &c. vel alia verba similia secundùm substantiam :

Probatur : quia sic habet praxis Ecclesiæ, ac definierunt Generalia Concilia, Florentinum, & Tridentinum: quod etiam colligitur ex verbis illis Iacobi : *Orent super eum, Vngentes eum oleo :* igitur materia esse debet oleum simplex oliuæ, quia hoc solùm simpliciter oleum nominatur ; tum quia vnguentum Chrismatis non consecratur verbis ad hunc finem idoneis ; tum deniq; quia Concilium Nicænum, vt diximus, contradistinguit Oleum infirmorum à Chrismate, docens, aliter benedicendum esse, quàm Chrisma : debet autem priùs ab Episcopo consecrari ; quia sic de sacris alijs vnctionibus fieri solet, & traditione accipitur. Forma verò esse debet Oratio deprecatiua : tali enim Orationi Iacobus huius Sacramenti efficaciam tribuit, dum præterea subijcit : *Et oratio fidei salualit infirmum*. & ratio præcipua est : quia in hoc Sacramento remittuntur reliquiæ peccatorum ex sola Dei misericordia ; cùm grauiter decumbentes, proprijs viribus destituti, nequeant opera pœnitentiæ facere : vndè indigent orationibus adiuuari.

DICO quintò : *Minister Extremæ Vnctionis est Presbyter*, & consequenter etiam Episcopus. Constat ex illo : *Inducat Presbyteros*, &c. *Membra verò Vngenda, sunt oculi, aures, nares, os, & manus*;

pro-

ՔԷ. և ժողովուրդն դարձեալ՝ ի միտս. ընդէր վերատին ոչ հաստատեալ եղև 20
նմա օծումն հեթանոսաց : և այժմ ընդէր կրկին՝ ի գործ ոչ առնուն զայս խորհուրդս. և ոչ հրապարակին ամաչ ինչ հրամանացն, և առաքելական ա՛ նադրութեան :

Զոր ՚ի՛ասեմ. Թէ նախ քան զկրկին օծանիլն ոչէ՛ մեռանիլն. այլ 21
ձէթ անխառն, և օրհնեալ լինիցի՛ : և ձեռնադրեն բանքս այսոքիկ : Աշխա՛ օծմամբս և ողորմութեամբն Քրիստոսի քեզ ամ՛ զոր ինչ մեղանչեցեր առնանելեօք, կամ լսելեօք, և հոտով ասի զայլ զգայութեամբ : և կամ այլ ինչ բանք, որ նմանք լինիցին սոցա ըստ նախնեաց :

Ասացանի այս. զի այսու՛ ի սկզբա նէ առաքելոյն աբ եկեղեցին և ասհմանի ցին անենչելիցն աբ ժողովէն ջնջութեն ցիոյ և տըրնեայ : և այսպէս յայտ առնեն բանքն յանկարծ ասելով. Աշխատցին եղբա՛ ներ աղօթս. օծ-ցին նովքա՛ :] նովքա՛ ասի ըստ հայոց Բարգմանութեն. բայց ըստ այլ ազգաց Բարգմանութեն և ըստ բնաբան օրինակի՛ ոչ ասի նովքա՛. այլ ձեռնա՛ : ապա՛ ուրեմն նեռեն է՛ նոչ ձեռնադեայ անխառն, որ պարզապէս ձէթ կոչի : Եւ ա՛ զի աբ ժողովն նիկիոյ առարօրշէ զձէթն հեթանոսաց ՚ի մեռանիլ. և ասէ, Թէ այլ բանիւ պարտ է՛ օրհնել զնոսա: նոկ օրհնեալ լինին յառաջ քան զի այսպէս օրհնին այլ աբ նոքա՛. և այսու՛ ուրեմն սա՛ անպէտ՛ ի սկզբանէ : Եա՛ ձեռնադրեն պարտ է՛ զոր բանս աղօթս ինքն. ըստ այնմ. Աշխատցին նովքա՛ աղօթս :] և յետոյ դնեն ասե՛. Եա՛ զ ոք ինչ հաճ առուիք փրկեալքն զաշխա առնելոյն :] Եա՛ պատճառ առնեն ա՛ այս.

propter quinque ſenſus, ex quibus ortum habet noſtra cognitio, ac proindè origo peccandi: & prætereà renes, vbi ſedes eſt concupiſcentiæ; ac pedes, propter vim progreſſiuam, ſeu exequutiuam. Ita docet Concilium Florentinum. Quænam verò ex his vnctionibus ad eſſentiã Sacramenti pertineat, quæſtio eſt inter Doctores: ſed communior ſententia eſt, vnctiones quinque ſenſuum, quæ ab omnibus Eccleſijs Occidentalibus fiunt, ad eſſentiam pertinere, quia ibi origo eſt omniũ peccatorum; reliquas verò duas ad ſolennitatem Sacramenti; cùm vis appetitiua, & exequutiua pendeant à cognoſcitiua. Ideò in fœminis vnctio renum poteſt omitti, ratione honeſtatis: nam Concilium Florentinum non præſcribit, vt partes illæ omnes vngantur; ſed enumerat omnes partes, quæ iuxta varium Eccleſiarum vſum vngi ſolent.

Græcorum ritus, quem refert, ac defendit Archudius, eſt, vt primùm vngãtur in capite frons, mentum, & ambæ genæ; ita vt fieri videantur ibi, vbi ſedes eſt omnium ſenſuum, vnctiones illæ ad modum Crucis: deindè ſine manus tantùm, ſine pectus, manus, & pedes, pro Eccleſiarum diuerſitate. Armeni verò, qui ſolius cadaueris manus, frontem, ac verticem ſuperſtitioſo more inungunt, non dubito, quin deinceps ab errore ſe retrahentes, adminiſtraturi ſint hoc Sacramentum duntaxàt ægrotis grauiter decumbentibus, imitantes

Archudius lib. 5. cap. 7.

fortaſsè in vnctionibus tutiſſimum Eccleſiæ Romanæ ritum.

COROLLARIA

Ex doctrinis præcedentibus deducenda.

Sectio III.

EX dictis collige primò, Sacramentum Extremę vnctionis miniſtrandum non eſſe infirmis, quibus conſtat, ſe teneri peccato lęthali, niſi poſtquàm per Pœnitentiæ Sacramentum ab eo ſint abſoluti. nam, vtì docuimus quæſt. 3. §. 3. num. 16. hac Vnctio per ſe non habet auferre peccata mortifera, ſed ſolùm illorum reliquias.

Secundò, neque conferendum eſſe infantibus, qui vſum rationis non habent; neque ijs adultis, qui perpetuò fuerunt amentes: cùm iſti non habeant reliquias peccatorum, è quibus abſtergantur: quarè ipſis non competit illa forma: *Indulgeat tibi Deus, quicquid deliquiſti per Viſum, auditum*, &c. neque ſint capaces lętitię, & alleuationis, quam Sacramentum adfert.

Tertiò, neque dari deberę benevalentibus, aut ijs ægrotis, qui ad mortem non infirmantur, propter rationes ſuprà poſitas. Quarè iure optimo Græcos de hoc abuſu graviter reprehendit Archudius, doctiſſimus eorum Theologus, hiſce verbis: *Quòd Græci, pœnitentes, quamuis benevalentes, in omnibus*

Archud. lib. 5. de Sacr. c. 4.

ijs

հոգեվարս ըստ աւանդութեան կը-
րօ-ղնկե նկեղեց-ոյն:

Տ ա ղ ա գ ա

Եղրակացութեց ուանց. որք հետեւին ի նախասացեալ վրդ-ովմունքեցն:

Երդ" գլուխ:

Ի Տասացեալոյն իվերոյ նախ հետեւի. ըէ չէ՛ արժան պաշտել զխորհուրդ վերջին օծ-մանն հիւանդացոյն ոմանցիկ. որ գիտեն ունել յինքեանս զմահու-չափ ինչ մեղս: այլ պարտ ունին յառաջ խոստովանիլ և ապաշխել յերս մահու-չափ մեղացն. և ապա օծուանիլ: զի այս օծումն ըստ ինքեան ոչ ունի բառնալ զմեղս մահու-չափս. այլ միայն զիաւացորդս մեղացն, և կամ զմեղս նուազել. որպէս ուսուցաք ի յերդ" պատկին երդ" վերնաբանութեն. ի Քիւն. Ժզ:

Երկրդ" հետեւի. ըէ և ոչ է՛ արժան պաշտել զսոյն հիւանդ տղայոցն որք ոչ հասին ի Ժամն բանաւորութեն. և ոչ մարդկանն, որ միշտ էղին անմտութք ի յերէկայութէ անտի: զի դոքա ոչ ունին զիաւացորդս մեղաց, յորոց սրբեսցին. զի ոչ երբէք կարացին մեղանչել չունելով զբանաւորութէն: ուստի և ոչ պատշաճի նոցայ այն անէն բանիւն. Թողէ քեզ ամ- դոր ինչ մեղանչեցեր տեսանելեօք և լսելն:

Երրդ" հետեւի. ըէ ոչ և ս պարտ է՛ տալ զխորհուրդս առողջ մարդկանն. նոյն ոչն հիւանդացոյն, յորս ոչ լինի կաթծիք մահու, զի պատճառացոյն, զոր բերաք իվերոյ: Ուստի յանցս ամենեմեան վրդ-ովմունս արկուածոյս

ի

ijs corporis partibus, adhibita quoque forma Sacramenti, non aliter atque infirmos inungant, nulla ratione probare poſſum. Cùm enim ſubiectum non ſit aptum ad recipiendum Sacramentum, quandò neque grauiter quis infirmatur, & ad mortem, vt requirit Apoſtolus, & exponunt ſacri Doctores, fruſtrà, temerèque, ac non ſine ſacrilegio illud Graeci adminiſtrãt; non ſecùs, ac ſi aliquis eum baptizaret, qui nolles Baptiſmum ſuſcipere, proindè non eſſet idoneus ad recipiendum ſacrum Lauacrum: Vel etiam vt ij, qui corpora mortuorum baptizabant, quos Valdè reprehendunt ſancti Patres; propterea quòd nullus effectus Sacramenti ſequeretur. Graeci verò, qui alios nouitatis accuſant, & in eos aliquandò inſolentiùs inſultant, reſpondeant ipſi, à quo iſtud acceperint, vt contra doctrinam Apoſtolicam ſanos vngere debeant? Ad hæc, multos inungunt feria quinta ſanctionis hebdomadæ, qui non ſunt expiati Sacramento pœnitentiæ. Non ſolùm igitur errant, quia ſubiectum minùs aptum inungunt; ſed etiam, quia antè Sacramentum pœnitentiæ inungunt, &c. Hactenùs ille.

Quartò denique, quòd, ſi tam acri reprehenſione digni ſunt, qui Sacramentum Extremæ vnctionis ſacrilegè ſanis hominibus exhibent, etiamſi ritè infirmis illud conferre non omittant: quanto duriùs, acriùſque illos coarguere neceſſe ſit, qui poſtquàm moribundos ægrotos hac ſalutari corporis, & animæ medicina inique fraudant, eam execra-

biliori cum sacrilegio, & in omni Christianorum memoria inaudito, extinctis, & omni vita, sensuque carentibus mortuorum cadaueribus prodigioso ritu Gentilium applicare, ac frustrà prodigere non horrescunt? *Perficimus*, inquiunt, *huius Vnctionis Sacramentum suprà defunctos Sacerdotes: Vngimus enim illos, quasi luctatores, vt cum prauis spiritibus huius aëris viriliter decertare valeant*. At cur quæsò non omnium hominum, sed Sacerdotum tantùm cadauera præparentur ad certamen, ac luctam? num fortassè quòd aliorum cadauerum animæ separatæ, ad quas ipsi putant huius Sacramenti effectum transmitti, viribus fortioribus præditæ sint; aut Vnctionis istius auxilio indignæ; aut luctari, ac certare non debeant? Quæ maior fatuitas? aut quæ vnquàm hæretica persuasio, ista deterior, inueniri queat? Ac miror equidem, quomodò factum sit, vt Armena Ecclesia, in qua singulari per secula Præsules, ac Magistri nó pauci prudentia, & pietate, cæterisq; virtutibus floruerút, ac florent, abusum hunc adeò detestabilem tamdiù in suo Populo permittere potuerit, & æquo animo tolerare,

Sed videamus, quotuplex sit in hoc facinore crimen, & turpitudo; Primò enim Christi mandato, & Apostolicæ præceptioni superbissimè aduersantur. Secundò, contra Vniuersalis Ecclesiæ praxim, Conciliorum decreta, & omnium Sanctorum Patrum doctrinã hocipsum te-

Ը 7

Ը 8

Ը 9

temerè, & contumaciter perpetrantur. Tertiò, subiectum sacrilegè inungunt omninò incapax tum effectus primarij huius Sacramenti, qui est animæ sanitas, tum effectus secundarij, qui est sanitas corporis. Quartò, creaturæ, animæ rationalis experti, quin insensibili, Vnctionē hanc per modum Sacramenti adhibere superstitiosè conantur. Quintò, posse Sacramentum, cadaueri datum, transmittere suos effectus ad eius animam separatam, hæreticè opinantur. Sextò, materiam applicant, huic Sacramento ineptam, nempè vnguentum Chrismatis. Septimò demùm, forma illa, quam proferunt: *Benedicatur, Vngatur, & sanctificetur manus*, vel *frons*, aut *Vertex huius Sacerdotis, per signum istius sanctæ Crucis, per hoc Euangelium, & hoc sanctum Chrisma, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: non est idonea, etiamsi Sacramentum infirmo ministraretur. Etenim præter alia, quæ non congruunt, illud præcipuè: *Sanctificetur manus, frons*, &c. perquàm ineptè dicitur, quia effectus Sacramentorum non est membrorum sanctificatio, sed hominis, hoc est, animæ, prout membra illa viuificat. Deindè, de qua sanctificatione loquuntur, cum hoc dicunt? si enim de illa, quæ fit per gratiam sanctificantem, & ab hoc tribuitur Sacramento; talis certè sanctificationis capax membrum non est. Sin autem de illa, quæ fit in rebus inanimatis per benedictionem, &

con-

consecrationem Ministri, vt cùm consecrantur aliquorum Sacramentorum materiæ, Chrisma, Oleum, Aqua Baptismalis, &c. quæ propterea sancta, aut sanctificata dici solent: & quorsùm membris illis talis sanctificatio, præsertim si sint membra cadaueris, quæ mox euasura sunt materiæ non Sacramentorum, sed vermium?

Debent itaque Armenij (si ritè hoc velint Sacramentum administrare) oleo ab Episcopo benedicto solos in extremis agentes ægros inungere, illamque proferre formam deprecatiuam, quam suprà tradidimus Sect. 2. num. 19. Quòd si nolint à forma imperatiua (quę media est inter indicatiuam, & deprecatiuam), nec à suis verbis recedere; tolerari possunt, dummodò in hunc saltem modum, aut similem, eam efferre velint: *Benedicatur, Vngatur, & sanctificetur hic Dei seruus per hanc sanctam Vnctionem, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Vt more militis Vncti præparatus ad certamen, aëreas possit superare Potestates.* Nam (vt refert S. Bonauentura in 4. dist. 23. quæst. 4. & post illum Paludanus, Riccardus, Gabriel, & alij) similis quædam forma, tametsi omninò indicatiua, vsu recepta fuit, ac permissa in Ambrosiana Ecclesia: eaque talis est: *Vngo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Vt more militis Vncti præparatus ad certamen, aëreas possis superare Potestates.* Et Palacius ibidem disp. 1. ex

lib.

Ժգ 13

մայր առ ի լինել գործիք հոգեւոր սր
բուԹԵ : և արդեօք ինչ պիտոյ է այգ
պիսի սրբուԹիւն իւղի քահանայական
դեայ անդամոյն . որչ սակաւիկ ին ի ա
ռայ լինելոց են ուղիղ սրԲ խորհուրդ
քն , այլ նիւԹ գարշելի որդնից :

Հաւատ Ըէ կամիցին հոյք յայսմ
հետէ պաշտել զայս խորհուրդս սր
ժանապ . պարտ է նոյա օծանել մի
այն զհոգեվար հիւանդս ձիԹով , ու
օրհնեալ լիցի յեպիսկ . և ասել զայդ
ԹանկանձԵ բանիւն զոր եգաբ ի վեր բոյ
ԹԵ ԼԸէ ոչ կամիցին յոյժ հետանալ
ի ձեւոցէ բանիցն նորայ . կարէը Նիշդի
Թայլատալ նոցա ասել այսպէս : Հաւ
հնեսցի , օծցի , և սրբեսցի ծառայ
այս սր օծմանբս յանուն հօր և որ
դւոյ և հոգւոյն սրբոյ . զի որպէս զդ
զինուորս օծեալ և պատրաստեալ ի
պատերազմի , կարասցէ յաղԹել զայս
չարուԹԵ օդոյս :] քանզի Եբեմն ի
յեկեղեցին սրբոյն ամբրոսիոսի ի քա
ղաքն Մեղանոյ ասեն ինչ ձեւ բանին ի
գործ արկանելս ի յորմամ տուեալ լի
նէր այս խորհուրդս . և պատճն քահա
նայքն այսպէս : Հաւատանամ զքեզ սր
ձիԹով յանուն հօր և որդւոյ և հո
գւոյն սրբոյ , ոյք զի քաջամարտեսցէ օծեալ
զինուորի պատրաստեալ իպատերազմի ,
կարասցես յաղԹել զդեւսն ի վեր
նուածս :] Հետ և ի գիրսն մաշտո
ցին վիճակաւորացն գտանի այլ հնարն
ինչ ձեւ խորհրդոյս . զոր երբեմն ա
սէին այսպէս : Հաւատանամ զքեզ սր
ձիԹով . որպէս զի օծմամբ սոյսոս
կ զգաթացեալ կարասցես կալ քաջա
ԹԸ ընդ դեմ պատերազմ լեգէովնից . յան
ուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ]
Ասացս ասացի հնդկացիք : զի լսեալ
ձեւ բանին է այս , զոր եդաբ ի սկիզբ
նէ ;

Ժգ 14

Ժե 15

libro Sacramentali Venetorum ſimilem aliam refert, his verbis conſtantē: *Vngo te oleo ſancto, Vt hac Vnctione protectus, fortiter ſtare valeas aduersùs varias cateruas, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Et hæc pro Armena gente, de hoc Sacramento inſtruenda, dicta ſufficiant. Cæterùm ſuſpicati ſunt aliqui, ab ipſa quoque hoc idem Sacramentū ſanis hominibus, haud aliter quàm Græci faciunt, miniſtrari: propterea quòd etiam Armeni Presbyteri Feria quinta Maioris hebdomadæ fideles omnes in Eccleſia, poſt pedum lotionem ab Epiſcopo factam, inungunt, quamuis non oleo (cùm maxima ſit ſuis in Prouincijs olei caritas), ſed butyro, quod tamen ijſdem ferè verbis tunc ab Epiſcopo benedicitur, quibus infirmorum oleum benedici ſolet, atque his præter alia: *Sanctifica Domine hoc butyrum, vt ſit medicamētum omnium ægritudinum, & ſanitatem afferat animabus, corporibuſq; illorum, quibus applicatur,* &c.

Sed reuerà non eſt hic alius error Armenijs imputandus: ſiquidem hanc ipſi vnctionem non faciunt per modum Sacramenti, ſed ſolùm ad excitandam Populi deuotionem in memoriam illius vnctionis, quā Maria Magdalena Domino exhibuit, vti explicant, cùm butyrum benedicunt; ac præterea ad præſeruandos fideles per vnctionem illā benedictam à morbis, alijſque malis, quæ contingere poſſent: & ideò Presbyter non alia membra inun-

git,

git, nisi solos pedes, ab Episcopo priùs lotos; ac, dum vngit, nullam prorsùs verborum formulam profert, vt indicet, se extra Sacramentum id facere.

Tamen nihilominùs ab hac etiã Cæremonia abstinere deberent Armenij; primò, quia noua est in Ecclesia, nec ab vllo è Sanctis Patribus tradita. secundò, ne per eam alijs fieri videantur erroris Græcorũ participes. tertiò, ne ob hanc vnctionem negligatur ab ipsis alia Sacramentalis, & extrema in fine vitę: quippè ipsorum nonnulli, cùm de irrita mortuorum vnctione redarguuntur, hac alia viuis adhibita se defendunt. quartò denique, quia post initium eius Orationis, qua butyrum benedicunt, sequũtur alia quædam erronea verba de Apostolica traditione, quæ nullo pacto tolerari possunt, sed inferenda omninò sunt. Incipit enim sic Oratio illa: *Domine Deus noster, qui pre magna tua misericordia Voluisti à muliere meretrice Vnguento inungi, atq; huius rei memoriam per Vniuersum Mundum in tuo sancto Euangelio prædicari: quapropter & Apostoli tui, à Spiritu sancto edocti, hoc ipsum benedictionis Vnguentum susc ipientes, omnibus fidelibus tradiderunt: Vt scilicet idem Spiritus gratiarum per Sacerdotale ministerium Veniat, ac sanctificet illud in remedium omnium ægrotantium*, &c. Mendaciter certè, atque adeò superstitiosè in hac Oratione adseritur, Cæremoniam illius vnctionis fuisse ab Apostolis ipsis

fu-

ſuſceptam, & fidelibus traditam: cùm conſtet, Catholicam Eccleſiam nunquàm tali Cæremonia vſam eſſe, ſed ſolos Armenios in vnctionis Mariæ Magdalenæ memoriam illam introduxiſſe. Adde, quòd Chriſtus Dominus huius quidem vnctionis non exercitium, ſed Euangelicam ſolùm narrationem, in vniuerſo Mundo futuram, prænunciauit.

Ղբ 22

ՅԱՂԱԳՍ ԽՈՒՀԵՐՈՑ ԿԱՐԳԵՆ

ԳԼՈՒԽ. Ը.

ԹԷ ՈՐՊԷՍ ՀԱՅՔ ԱՌԱՇԱՒՆ ԶՍՈՒՐԲ
ԽՈՀԻՒՐԴՍ.

ՀԱՒԱՍՔԻՆ ՊԼՈՒԽ.

DE SACRAMENTO ORDINIS,

§. VI.

Quomodò adminiſtrent Armenij hoc Sacramentum.

SECTIO I.

QVanquàm Armeniorum Cęremoniæ cum in minoribus conferendis Ordinibus, tum præcipuè in ſacris, longè multùmque alias aliorum Chriſtianorum prolixitudine ſuperant; in illis enim præter hymnorum, & Orationum, Pſalmorumque ſeriem quaſi ſempiternam, adhibentur etiam ritu peculiari variæ, ac repetitæ Lectiones, & noui, & veteris Teſtamenti: tamen, ſicut in cæteris non multùm à more reliquorum Orientalium diſcrepare videntur, ita in ijs, quæ magis ad ſubſtantiã rei pertinent, Latino ritui quammaximè conformãtur. Immò hunc ipſum ritum ab Eccleſia Romana Armenios accepiſſe, teſtatur Gregorius Cæſarienſis, Armenus Doctor, & Epiſcopus, tametſi eiuſdem

ՊԱՏՃԱՌԱԿ ԱՍՈՒՄՆ ԱՅՍ ՍՐԲՈՅ ԱՒԱՆԴԱՆԱՑԴ ՎԱՐՔԻՆ ՅԱՌՈՒԿ ԱՒԱՆՈՒԹԵՔ. ԵՒ ԸՍՏ ՀԱՒԱՏՔԻՆ ԻՆՉ ԱՂՕԹՔԻՑ ԵՒ ԱՌԱՔԵՀԱԿԱՆ ԱՐԱՐՈՂՈՒԹԵՒՆՔԷՆ ԽԱՌՆ ԱՌ ՄԻՆՉԵՒ ՀԱՏՈՒԱԾՔԻՆ ԶՈՐ ՄԻՒՍ ԿՐՆԱՑ ԱՒԱՆԵԼԻՔ ՅԱՒԻՏԵԼԵԱՆ ԿՈՂՄԱՆՔ, ԵՒ ՆԱՄԱՆԱՊ ԶՈՐՍ ՅՈՅՆ : ԲԱՅՑ ԱՒԵԼՈՐՆ ԸՍՏ ԱՅՍՄ ՈՐ Ի ՀԱՒՔԷ ԱՌԱՔԱՆՆ ԱՒԵՏԱՐԱՆԻՆ ԽՈՀԻՒՐԴՈՑ. ՅԺ. ԸՍՏ ՆԵՒՐԵՑ ԵՒ ՀԻՆ ԲԱՆԻՆ, ՈՐՈՎ ԱՒԵԼԱԼ ԼԻՆԻ ՆՅԱՒԱՍՏՈՒԹԻՒՆ ԱՒԱՆՈՒԱՆԱՑՆ. ՎԱՐՔԻՆ ՈՐՊԷՍ ԱՒԱՆԴԷ ԱՐ ԵԿԵՂԵՑԻՆ ՀԱՒԱՏՄԱՑ : ԵՒ ՅՈՅՆ ՎԱՐՔԱՒՔ ՅԵՐԿՈՒՔՍ ԿԷՍ ԱՐԱՐՉԻՆ Ի ԹԱՒՂԱՅ, ԶՈՐ ԴՐԱՑ ԱՒԱՆՈՒՄՆ ԿԹ ՀԻՆԱՆ, ՎԿԱՅԵ. ԹԷ ՀԱՅՔ ԱՌՆԻՆ ՀԻՆԳԵՐՈՐԴ ՀԻՆԱՒԱՏՔԻՆ ՀԱՒԱՏՔԻՆ ԻՆՉ ԸՍՏ ԴՐՈՑՆ ՊԱՀԻՊԱՏԵՔ ՀՈՌՈՄԱՅ ՀԱՅՐԱՊԱՏԻ ԱՒԱՆ. ԵՒ ԲԱՆՔ ՆՈՐՈՅ ԵՆ ԱՅՍՈՐԻԿ : ԸՆԴ ԴՐՈՑՆ ԱՌԱՔԵՒՆ ԿԱՐԳ ԱՒԱՆԴԱՆԱՑԴ ԸՆԴՈՒՆԵԼՈՅ ԵԿԵՂԵՑԻՔՆ ՀԱՅՈՑ. ՈՐՊԷՍ

dem Romanæ Ecclesiæ infensissimus hostis: inquit enim in Epist. ad Moysen Patriarcham suum: *Armeniorum Ecclesiæ ritum conferendi Ordines à Gregorio Papa suscipimus; Vt in nostro Rituali manuum impositionis compertum habetur: quoniam eo ritu* (scilicèt ab ipso nobis tradito) *suscipimus eorundem Ordinum potestatem*, huiusmodi verbis indicans, ea præsertim, quibus potestas Ordinum propriè traditur, videlicèt materias, & formas singulorum Ordinum, à Latinis ipsos mutuatos fuisse. Nec profectò alienum à veritate testatus est, cùm Armenus Pontifex, dum Ordines singulos confert, eorundem omnino instrumentorum materias porrigat Ordinandis, ijsdemque ferè formulis verborum vtatur, quas præscripsit Romana Ecclesia, seu potiùs Sacramentarium antiquum D. Gregorij Papæ I. Quod certè ab alia Ecclesia, quàm à Latina, non potuit Armenica mutuari: quippe Græca, cum quæ illa in reliquo ritu Ecclesiastico maximè cõformatur, longè aliter experiri solita est; nec solùm tres minores Ordines tradere negligit, ac prorsùs omittit, vt infrà dicetur; verùm etiam haud aliâ in cæterorum traditione agnoscit materiam, nisi solam manus impositionem, nec aliam formam præter Orationes consecratorias, aut fortasse illa solummodò verba: *Diuina gratia promouet talem in Diaconum, in Presbyterum, in Episcopum*, qua de re vide Archudium,

libro 6. de Sacramen. cap. 3.

Itaque, vt Armeni cautiùs, tutiùsque se gererent in Ordinum collatione, tanti scilicet momenti re, vt, si quod in eam vitium fortè obrepat essentiale, corruat ob id omninò necesse sit tota ferè Sacramentorum administratio; iure meritò statuerunt, Græco ritu posthabito, imitari Romanam Ecclesiam, quæ caput est, ac prudens Magistra omnium Ecclesiarum; quæque semper Apostolicarum traditionũ, ac Dominici cuiuslibet instituti fouendi, conseruándique inter alias omnes Ecclesias studiosissima fuit. Quapropter in primis distinguunt ipsi cum Latinis quatuor minores Ordines, eosque singulos seorsim exhibent, per materias, & formas peculiares: primùm quidem Ordinem Ostiarij, deindè Lectoris, tum Exorcistæ, postremò Acolythi. Imminò, antequàm ad primum Ordinem promoueant quempiam, conferunt illi primam Tonsuram, quæ est quædam ad Ordines dispositio: vt priùs per hanc Cæremoniam Ordinandus à Populo, curisque huius seculi segregetur, & ad vacandum diuino cultui Clericus efficiatur. Ideò vocatur hæc Cæremonia in eorum Rituali, *Initium Ordinum pro Clericis faciendis*: in qua canitur illud: *Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*: & incidit Armenus Pontifex capillos Oblati in quatuor partibus ad modum Crucis, dicens præter alia ver-

Ջ 6

Է 7.

Ը 8

ջահընկալին՝ և յընթերցողէ. և գործ
ադպհանցուցչին՝ ի քահանայէ.

Բայց՝ ասացանօր ոչ՝ արժան և
հնդեցուց պատուիլ՝ ի փոքր ասել
ձայնացդ յայդոցիկ. զի ոչ կարէ պա
տճառել այժմ զպակասու Թիւնն
նմից. որպէս կարէր երբեմն՝ եկեղ
ցանն Հռոմ: Նաև և զի ուսուցչանն
ամենաբան վարդապետիսդ տա հասու
ցեալ. Թէ այն երեք փոքր աստիճանքն
են և ձեռնադիր խորհուրդք, ի քեր
հաստատեալք, որպէս և այլ ասաց
ցանքն: զի ապաւէորէն իմիեթայ հո
գւոյն զինիք. զի որոյ և ոչ կարեն կր
նել միւս ասպետ: ապա ուրեմն ոչ
պարտիմք արհամարհել զնոսա և Թո
ղուլ: Նաև և դրեալ՝ զի Եպիսկո՛պ
գիրքն ոչ յիշեն զփոքր աստիճանան,
և ոչ և ս զնիստասարկուսագութեն.
այնո՛ զի Թերևս՝ ի սկզբանն եկեղե
ցւոյ զո մեծ ի պակասու Թե պաշտ
նէից ամ վայրագոյն պաշտամունքն
անձնանալ լինէին սարկաւագաց. զի
իշխանու Թիւն սարկաւագին նոքա
դունէք և զիշխանու Թիս վայրա
գոյն աստիճանացն: Մակայն՝ ի նմա
առաջին եկեղեցին, յորժամ սկսաւ
անել Թիւն հան՛ ասացելոյ. տային
զիշխանու Թիս այնոցիկ վայրագոյն աս
տիճանացն մեկուսի և զատաբար.
որպէս վկայէ սբն Դիոնէսիոս արէո
պագացին Ա՛ղեքս՛ դլեայ եկեղեցական
գահապետու Թե: ասելով այսպէս.
Ի պաշտամունէից՝ ոմանք կան առ ին
կնալ գրոց առնելոյ. և ոմանք
զայլ գործ առնելոյ զատ յառաջ ասե
ցեալն իւրեանց. Եսկ այլոմանք յա
ռաջադրեալն բահանայից՝ ի վերայ ան
զանցն գոյ հաստ և զբաժանէն օրհ
նու Թե.] Եւ սբն եկեղեցւոյս, ոմն ի

և

verba: *In horum capillorum tonſura præcidatur à te terreſtre deſiderium ſeculi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Apud Græcos autem ex his omnibus nihil diſtinctim, ac ſeorſim confertur, niſi tantùm Ordo Lectoris, à quo eorum Ordinatio per tonſuram inchoatur: reliquorum verò triũm Ordinũ nulla datur peculiaris poteſtas; ſed (vt refert Archudius lib. 6. c. 9.) Oſtiarij munus exiſtimatur ſufficienter exerceri à Subdiacono; officium Acolythi à Lectore, vel ab eodem Subdiacono; & munus Exorciſtæ à Sacerdote.

At horum minorum Ordinum omiſſio, cùm excuſari iam nequeat ex penuria Miniſtrorum, nullo pacto eſt in Eccleſia permittenda: tum quia iſti etiam Ordines, cùm imprimant in anima characterem, & iterari non poſſint, iudicantur iuxta communiorem Diui Thomæ, aliorumque Theologorum ſententiam, eſſe vera Sacramenta, à Chriſto Domino inſtituta, non ſecùs atque Maiores; quapropter negligendi non ſunt: tum etiam, quia licèt ex eo, quod hos Ordines Diuinæ litteræ non commemorant, ſicut nec etiam Ordinem Subdiaconi, putent aliqui, initio naſcentis Eccleſiæ, propter maximam Miniſtrorum paucitatem, omnia inferiora miniſteria Diaconibus fuiſſe commiſſa, quia eorum poteſtas implicitè in vna Diaconi poteſtate continebatur; tamen in illa quoq;

D. Thom. in Supplem. quæſt. 25. artic. 2. & Quæſtione 37. artic. 3.

pri-

primitiua Eccleſia, vt primùm augeri cœpit fidelium numerus, extitiſſe horum Ordinum vſus, & poteſtates, ſeorſim, ac diſtinctè traditas, teſtatur Dionyſius Areopagita in Eccleſ. Hier. cap. 3. par. 2. vbi dicit: *Miniſtrorum, alij ſtant ad portas Templi clauſas, alij aliud proprij Ordinis operantur; alij autem Sacerdotibus proponunt ſuper altare ſacrum panem, & benedictionis calicem.* Et S. Ignatius, qui etiam Apoſtolorum tempore floruit, in epiſt. ad Antiochenſes omnium Ordinum officia his verbis recenſet: *Saluto ſanctum Presbyterorum collegium: ſaluto ſacros Diaconos: ſaluto Hyppodiaconos, Lectores, Cantores, Ianitores, Laborantes, Exorciſtas*, &c.

In Eccleſia verò poſteriori eoſdem ſingulos Ordines proprio nomine, atque ordine recenſuit, tum Cornelius Papa, qui non longè aberat ab Apoſtolicis temporibus, ſic ſcribens (vt refert Euſebius) ad Fabianum Antiochenum; *Is ergo, qui Euangelium Vendicabat, neſciebat, in hac Eccleſia Catholica vnũ Epiſcopum eſſe debere, vbi videbat eſſe Presbyteros 46., Diaconos 7., Subdiaconos 7., Acolythos 42., Exorciſtas, ac Lectores, vnà cum Oſtiarijs 52.* Tum Romana Synodus ſub Syluestro, quæ ita loquitur cap. 7. *Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Oſtiarius, in omni loco repræſentet*

Euſeb. Cæſarien. lib. 6. hiſtor. Eccleſ. cap. 43.

Ժբ 12

Ժգ 13

Ժդ 14

և ի ժամանակս առաքելոց, ի Ծառայն առ. անտեղեակացեալ յիշէ զկամ պաշտաւնս առանձնական ի ձեռն ապեսպէս անուանց. ասելով: Դռնեցին առաջ զբոյդ առաւել քահանայից. ոմանցն առաջի սրբոց սարկաւագաց. ոմանցն առաջի կենսատուիցն ապրանց. ընթերցողաց. երգողաց. դռնապանաց. աշխատաւորաց. երգահանդէսաց. և այլն:]

Իսկ յետ սրբոյն հիւսանոսին ըստ նոյն առաքեանն յիշեալոց սեմիհաւհան անուանարք և կարգաւ առաքելոն կանոնիսին, պապ և մարտիրոս. որ մերձ էր ի Հռոմ առաքելոյ: զի ամ ըստ ոտանաւորի պատմի: եւ սեբիոս հնագոյն պատմի չորեսունս ի վեցերորդ գիրս պատմութեան. Ծառայ գրեալ առ գաբիանոս առաքելով ասելով այս: Լսի գիր առ նոսա. Թէ ի յայսմ կաթողիկէ եկեղեցիս ու պատ էր դալ եպիս կոպոս. ու էին քահանայք երկ. և սարկաւագք է. և կենսատուիցք է. և քահանայք հնգ. և երգահանդէսք եօթնիկք. և ընթերցողք ընդ դռնապանս. ծբ:] Եւ դարձեալ առաջին կարգ և անուանարք յիշեալոց գնասն սրբ ժողովք հռոմայ. որ երկու ի ներկայ սրբոյն անբիծասոսի պատին. և ի յետ Ծառայ կանոնին առեալ այսու: Ի յայսմ առեղիս Թէ ի հռոմապատակս, կամ Թէ ի մէջ եկեղեցւոյ, զհնագանդոսն Թէ և պատիւ մատուցել քահանայ եպիսկոպոսի. սարկաւագ քահանայի. դ սիրոսարկաւագ. քահանայի. երգահանդէսին քահանայի. ընթերցողի երգահանդէս և դռնապանն ընթերցողի:] Եւս և նոյնպես յիշատակեալոց գասուհնան ի. հգ. քգ" կանոնի սրբ ժողովիս յաւելին այս. Յիշ. եւս զի

ժդ

Ժե 15 tet obſequium ſiue in publico, ſiue in gremio Eccleſiæ. Tum denique Concilium Laodicenſe, in Aſia celebratum circiter annum Domini 360. can. 24. nec non etiam Concilium Carthaginenſe 4. actum in Africa, anno Domini 395. quod à Canone 3. vſque ad 9. non ſolùm eoſdem enumerat Ordines, verùm etiam inſtrumenta præſcribit, quæ tradi debêt ſingulis Miniſtris, dum ordinantur.

Ժզ 16 Quare Concilium Florentinum in Decreto pro Armenis de hoc Sacramento ſic docuit: *Sextum Sacramentum eſt Ordinis, cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo: ſicut Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem; Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem; Subdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem; & ſimiliter de alijs per rerum, ad miniſteria ſua pertinentium, aſſignationem. Forma Sacerdotij eſt talis: Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium in Eccleſia pro vivis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: & ſic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano latè continetur. Ordinarius Miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus: effectus eſt augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus Chriſti miniſter.* Hucuſq; Concilium.

Ժէ 17 Itaque iuxta ſacri huius Concilij documentum, & vetuſtum Eccleſiæ morem, Armenus Epiſcopus

pus primùm initiat Oſtiarium, tradens illi claues Eccleſiæ, ac dicens: *Sic age, quaſi redditurus Deo rationem huius muneris, & earum rerum, quæ his clauibus tibi commiſſis recluduntur*, &c.

Deindè Lectorem, dans ei ſacrum librum, ac dicens: *Accipe librum hunc, & eſto Verbi Dei relator, & conſcius, habiturus, ſi recta mente, ac ſpiritu impleueris officium tuum, partem cum cœtibus Sanctorum, & amatorum Dei*, &c.

Tum Exorciſtam, cui tradit librum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, ac dicit: *Accipe, & commenda memoriæ, quæ hic ſcripta ſunt: do tibi poteſtatem imponendi manus ſuper Energumenos*, &c.

Poſtremò Acolythum, cui dat priùs candelabrum cum candela, dicens: *Accipe ceroferarium cum cereo; & ſcias, te poteſtatem habere accendendi luminaria in ſancta Eccleſia.* Et poſteà vrceolum vacuum, dicens: *Accipe Vrceolum hunc ad ſuggerendum Vinum calici pro ſanguine Chriſti*, &c. Et hæc quantùm ad minores Ordines.

Cæterùm initiat Subdiaconum, non ſolùm per manus impoſitionem, & Orationem Conſecratoriam; verùm etiam tradens illi, iuxta ritum Latinum, calicem vacuum cum patina, & dicens: *Vide, ad quod myſterium Vocatus fuiſti; quoniam ab Vltimo miniſterio, in quo eras, Vlteriùs promotus es: Vigilans eſto deinceps in hoc miniſterio.* Et poſt alia, quibus explicat illi,

quæ

18 պան. դնելով՝ ի ձեռս նորա զբանալիս եկեղեցւոյ, և ասելով. ահա քեզ
ասա. որպէս այր պատասխանի տալ վասն գործոյդ. և որք կնքին՝ ի նմանէ
ժամանակաց բանալեացս, որ տեսանի
քեզ. պատրաստ հաց. և աղօթեա՝ ի բանալ և՝ ի փակել զդուռնն նմին
ընդդէմ.]

Եւ յետոյ ձեռնադրէ զընթերցող. դնելով՝ ի ձեռս նորա զնուագ պիտոյիցն, և ասելով: ահա զգիրս զայս. և լեր այր բանին պատմող. և ան
կեալդ նորին՝ եթէ ուղիղ մտօք և
հոգւով զգործս ի պաշտօն. կալ
ՅԲ յետ բաժնի քեզ ժողովս սրբոց և սո
19 րոցայն այլ: և դու եղբայր՝ կնքիս ընթերցո՛ ի տանն այլ. և այլն:]

Եւ ապա ձեռնադրէ զերդումնեցոյցն, դնելով՝ ի ձեռս նորա զգիրս նոր
դմեցուցմանն, և ասելով. Ընկալ
և ամփոփեա զգրեալսս սոսա՝ ի միտս
քո. տաս քեզ հրամանս դնել զձեռս
քո ի վերայ այսահարացս. և այլն:]

Եւ զկնի այսորիկ ձեռնադրէ զսղ
ջահընկալ, դնելով՝ ի ձեռս նորա զաշ
տանակն լապտերօքն. և ասելով.
Ընկալ զաշտանակ լապտերիս. և
ՅԳ ունիս իշխանութիւն լուցանել զսղ
20 ջահս և զկանթեղս՝ ի սուրբ եկեղե
ցին:] և նոյնպէս ասելով յետոյ նմա
զբաժակաման դասուցն, և ասե
լով. ահա զբաժակաման զայս՝ ի հրել
զսուլ զկնի՝ եկեղեցիս փոխանակ սրբ
ոյն քո:]

Յետոյ ապա ձեռնադրէ զդպիր ճի
կնաւորական աստիճանի. ոչ ևս միայն դնե
լով զձեռս իւր ի գլուխ, և ասելով զա
ղօթս ինչ. այլ և դնելով՝ ի ձեռս նո
րա, զսա ամենայնիւ ի փոխանակս,
զկնի դասուցն մաղզմանութիւն. և
այսե

quæ ad ſuum pertinent miniſterium, ſubijcit: *His ergo te mones, Vt officium tuum diligẽtiſſimè exequaris, & acceptus inuentaris Deo*, &c.

Præterea in Ordinatione Diaconi, præmiſſis interrogatione, ac reſponſione de dignitate, & aptitudine Oblati teſtificanda, quod fit etiam in Ordinatione Presbyteri, vt præſcribitur in pontificali Romano; Pontifex Crucem ſignat verſus illum, dicens ſic: *Per gratiam Dei Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Vocamus N. Subdiaconum in ordinem Diaconij; quapropter deprecemur*, &c. Et poſt aliquas Orationes, imponit manum ſuper caput eius, dicens: *Domine Deus &c. extende inuiſibilem dexteram tuam, & benedic hunc ſeruum tuum, Vt dignus ſit Vocari ad miniſterium Eccleſiæ ſanctæ, & accipere gratiam ad ſimilitudinem dilectorum tuorum, qui eam affluenter fidelibus tuis iuxta ordinem Vniuſcuiuſque largiris ad ſeruiendum tibi Deo Vero. Concede huic dignum fieri, qui terrena deſpiciat, & gratias tuas Vberrimas prædicet, & Euangelij pacem*, &c.

Deindè, alijs interpoſitis precibus, iterùm illi manum imponit, dicens: *O diuina, & cæleſtis gratia, quæ ſemper ſupples indigentiam miniſterij Eccleſiæ Apoſtolicæ, Voca N. è Subdiaconatu ad officium Diaconij*, &c. Tum poſt alia, dum induitur Ordinandus Diaconi veſtibus, Pontifex imponit ſtolam ſuper humerum eius ſiniſtrum, dicens: *Accipe puram, & ſanctam ſtolam de manu*

Domini noſtri Ieſu Chriſti ; & eſto mundus ab omni fraude peccati ante faciem eius : Vita tua, & mores tui ſic exemplum præbeant fideli Populo huic, vt te illud videant operari, quo peruenire poſſis ad vitam Chriſti.

Deniq; tradit illi librum Euangeliorum, dicens : *Accipe poteſtatem legendi ſanctum Euangelium in Eccleſia Dei, ad aures viuorum, & in commemoratione mortuorum* ; &c.

ի Քրիստոսէ Տեառնէ մերմէ Յիսուսէ, եւ եղիցի մաքուր ամենայն պղծութենէ մեղաց առաջի երեսաց նորա : Կեանք քո եւ վարք քո լիցին օրինակ ժողովրդեանդ, որ են առ հաւատով ի քեզ . զի զի տեսցեն զքեզ գործել զայն, որով կարող լինիցիս հասանել կենացն քո :]

Եւ ապա տայ նմա զիշատակարան աւետեաց եւ զիշխանութիւն ապրեցուցանել . դնելով ի ձեռն նորա գաւազան հովուապետական գիրքն, եւ ասելով . Առ իշխանութիւն քո ընծեռանել զոչ աւետեալսն կենդանեացդ, յուսկն կենդանանայ, եւ յիշատակ ընդունելոց :]

DE ORDINATIONE Armeni Presbyteri.

Sectio II.

POrrò in Ordinatione Presbyteri (vbi planè tota res agitur) ea, quæ magis ad illam neceſſaria videbantur de latino quidem ritu acceperunt Armenij, ſed ita notabiliter variata tum quoad ordinem, tum quoad ſubſtantiam ; vt, ſi in ipſis Ordinationis eſſentiam conſtitueremus, Armeni Presbyteratus Ordo in controuerſiam vocaretur. Idcirco videamus primùm, quomodo apud eos Ordinatio iſta perficiatur ? tum, quibus in rebus vtiloribus à Latino ritu diſcrepans de-

ՅԱՂԱԳԱՍ

Զհռնադրութիւն հայոց քահանայի.

Երկրորդ գլուխ :

Զհռնադրութիւն քահանայի յոյնս կայանայ բանն մերոյ ի ձեռնադրութիւն . Եւ եթէ հայք առին ի լատինացւոցն զիրարկուածոցն ազգն ոչ միայն ըստ կարգի, այլ եւ ըստ գոյացութիւն : Վասն որոյ նախ առնցուք զդիտել զհռնադրութիւն ազգիս մերոյ ի քահանայութիւն : Երկրորդ քննեսցուք եթէ յորոյ ինչ միջոցաւ ստացեալ իցէ զիշխանութիւն ապրեցուցանել եւ զաւետեալսն ապրեցուցանել : Եւ երրորդ իրիցէ զնացուք . միթէ այնպիսի ազգ երեսից մերոց խափանիչ

de-

զի զքահանայական ձեռնադրու-
թիւն խրթնանց. թէ ոչ:

Ա
3

Ա
ղբդ՝ ըստ առաջին առնու-
թեանն. ի ցուցանելն թէ որպ հայր ձեռնադ-
րեն զքահանայ. զի մի՞ յոյժ երկար
լինցուք. զանց առնեմք զայլ ևրօք. և
միայն առ բերեմք զայնոսիկ, որք հա
մարին պոլ՛ի խորհուրդս յայս պատ
շաճաւորագոյն: Ա՛ր ինքն հայոց ե-
պիսկոպոսն յետ պետական պատահական ա
ղաչանաց և աղօթից. և յետ
դրութեան ձեռաց այլոց քահանայիցն
ի թիկունս նորընտրելոյն. դնէ զաջն ի
վերայ գլխոյն նորայ ասելով. Ա՛ՏԷՐ ԱՆ-
ՄԱՀԱԿԱԼ և այլն. տուր ՀՈՐԴՈ ԴԱ
ԱՅՍԻՍ այսմիկ առնուլ զաստիճան
քահանայութեան ի ձեռն հոգւոյն և
ձեռնադրութեաս. և արժանաւորա
պէս ընդունելութեամբ հոգւոյդ սրբոյ
և առնուլ զպարգեւս վերակացու-
թեան պաշտաւորութեամբ. ՀՈՐՀՐԴԱՆ
ՍԼՈՒՑԱՆԵԼՈՒԹԵՄԲ և վերկրնի յի գլխ:]

Ե
4

Ա
պա զնոսա այլ աղօթից՝ քա-
հանայքն զձեռս ի վեր ի՛ւրեք առնելով ՀԱՒ-
ՐԱՆԱԿԻ, երգեն երիցս անգամ զայն
աղօթեան, զոր յետոյ եպիսկոպոսն եդեալ
զաջն իւր գլխոյն կրկնէ միւս անգամ
այսպիսի բանիւ: ԱՀԵՑԱՅԻՆ և երկնա
յին ՀՈՐԴՈ. որ միշտ ՀՈՒՍԱ զպետս սուրբ
ասաւորութեամբ սրբոյ առաքելական
ԵԿԵՂԵՑՒՈՅ. հոլեա զայս անուն ի սուրբ
հաւատոյ ի քահանայութիւն. և
այլն:] Ա՛պա դնէ զնոսա զաջն իւր
գլխոյն ասելով զայլ ևս աղօթս:

Ե
5

Յետ այսորիկ, և զկնի ընթերց
ուածոց մարգարէից, առաքելոյ, և
այլոց աղօթից. նստին զբեղուցանէ
փոխերէան քահանայապետն հանդերձ
ձիւք: և չղջխալով զուրարն զպարանո
ցաձև ասէ. ԱՀԱ ԶԼՈՒԾ ԱՆ ՄԱՐԴՈՅ ՅԻՆ
ՔԻ:

deprehenditur? deindè, vtrùm talis diſcrepantia quicquàm deroget eius validitati?

Quantùm ad primum: (vt ea prætereamus, quæ minùs pertinent ad rei neceſſitatem) Pontifex Armenus, poſt varias cæremonias, preces, ac benedictiones, ſuper Ordinandum adhibitas, vbi primùm totius Presbyterij manuum extenſio ad humeros peracta eſt, dexteram ſuper caput eius imponit, hæc dicens: *Domine Deus Omnipotens*, &c. *concede huic famulo tuo, Vt Ordinem Presbyterij per hanc Vocationem, & manus impoſitionem ſuſcipiat; dignèque ſpiritum ſanctum tuum, & regiminis donum mereatur accipere, per gratiam Domini, & Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti*, &c.

Tum poſt alias preces, omnes Presbyteri, tenentes manus extenſas versùs Ordinandum, ter concinunt ſequentem Orationem, quam mox Epiſcopus, impoſita ſuper caput eius dextera, denuò replicat his verbis: *O diuina, & cæleſtis gratia, quæ ſemper ſupples indigentiam miniſterij Eccleſiæ Apoſtolicæ, Voca N. è Diaconatu ad officium Sacerdotij*, &c. Ac rursùs tertiò manus imponit, aliam Orationem ſubijciens.

Deindè induit illum veſtibus Sacerdotis: & reflectens ſtolam ab humero eius ſiniſtro, imponit ſuper dextrum, dicens: *Accipe iugum Domini noſtri Ieſu Chriſti: iugum enim eius ſuaue eſt, & onus eius leue.* Imponit capiti eius mitram incuruam, dicens: *Accipe galeam ſalutis*

de manu Domini nostri Iesu Christi. Similiter & amictum super humeros, dicens: *Accipe thoracem iustitiæ de manu Domini nostri Iesu Christi.* Prætereà induit eum casula, dicens: *Dominus noster Iesus Christus induit te Vestimento salutis, & indumento letitiæ, renouatum in decore nouæ, & spiritualis Vitæ.*

Posteà ligat illum cingulo, dicens: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atque soluendi: quam & Dominus noster Iesus Christus dedit sanctis Apostolis, dicens: quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque soluueritis super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Tum vngit eum Chrismate in fronte, & in manibus, dicens: *Domine Deus noster, qui manus hasce sanctitate, & benedictione Vnxisti; quicquid istæ benedixerint, tu benedic; & quicquid manus istius consecrauerint in nomine tuo, tu confirma, & perfice; Vt sint roboratæ per gratiam Domini nostri Iesu Christi, quẽ decet gloria, &c.*

Deindè tradit ei calicem cum vino, & patinam superpositam cum hostia, dicens: *Accipe, suscipe: accepisti enim per Dei gratiam potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum Sacrificium, in nomine Domini nostri Iesu Christi, tam pro Viuis, quàm pro defunctis.*

Tandem benedicit illum, dicẽs: *Benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, qui iam perfectus es in Ordine Sacerdota-*

ք. զի լուծ-նորա քաղցր է, և բեռ նորա փոքր որի:] և դնէ զգլխանն ի վեր զկնոյն ասելով. առ քեզ սաղաւարտ փրկութեան ի ձեռս առն մերոյ յի քէ:] և դնէ զվարշամանկն ի վեր ասն նորա ասելով. առ քեզ զբռնահարպարտութեան ի ձեռս առն մերոյ յի քէ:] և դնէ ի վեր նորա զշուրջառն ասելով. տէր մեր յի քս զգեցուցանէ քեզ հանդերձ փրկութեան, և պատմուճան ուրախութեան, նորակերտ ի վայելչութեան հոգով և հոգևոր կեանսն:]

Ք. 7 Եւ յետոյ կապէ զձեռս նորա գոտով. և ասէ. առ քեզ իշխանութիւն ի հոգւոյն սրբոյ կապելոյ և արձակելոյ. զոր ահաւասիկ մեր յի քս նախ հրամանաւ առաքելոյն սրբոյ ասելով. զոր միանգամ կապեցէք յերկրի, եղիցի կապեալ յերկինս. և զոր միանգամ արձակեցէք յերկրի, եղիցի արձակեալ յերկինս:]

Ը. 8 Ապա օծանէ մեռոնաւ զնոյն իսկ ազն ի ձեռս, և ի ճակատն, և ասէ. Տէր Աստուած մեր, որ օծեր սրբութիւն և օրհնութիւն զձեռս զայս, զամ զոր սրբեսցեն օրհնեսն, օրհնեսցեն. և զոր ձեռք սրբեալ ինչքն յանուն քո, հաստատեսցեն և կատարեսցեն. ի լեցուն զօրացեալք շնորհօք առն մերոյ յի քէ. և այլն:]

Եւ զկնի սորա դնէ ի ձեռս նորա զկնիհն մաղզմանուին ընդ գինւոյ և հացի. և ասէ: առ քեզ ընկալ, քանզի առեր կարողութիւն շնորհօքն այ ինքնի և կատարել զքո պատարագ յանուն առն մերոյ յի քէ ի վերնադասնոց և ընդ ներքնոյս:]

Եւ ի վերջս օրհնէ զնոսա քահանայն ասելով. Օրհնութիւն այ հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ ի ձեզ եղիցի ընդ. որ կատարեցար ի կարգս քահանայ

նայ

[illegible] ի [illegible] ք
[illegible] 9
[illegible]]

[illegible] ամէն. ի [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [

Epiſcopus in fine Ordinationis manus imponit, ac dicit: *Accipe Spiritum ſanctum: quorum remiſeris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta ſunt.* Ղբ 12

Secundò, quòd Ordinandus, accipiens per primam Cæremoniam poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam, recipit quidem tunc Ordinem, ſeu Characterem Presbyteratus, ſed non omninò completum; completur autem character hic, vel potiùs magis extenditur, cùm ille per ſecundam Cæremoniam accipit alteram poteſtatem abſoluendi à peccatis. quare vtraque poteſtas, per vtramque Cæremoniam collata, requiritur ad perfectum Presbyterum, ſeu Sacerdotem conſtituendum. Ղգ 13

Tertiò, quòd hæ duæ poteſtates ità inuicèm ſubordinantur, vt prima dari poſſit ante ſecundam, non autem è contrariò. vndè non poteſt quis accipere poteſtatē dimittendi peccata, & in corpus Chriſti myſticum; niſi priùs, aut ſaltem eodem ſimul tempore, poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam, & in corpus Chriſti verum, acceperit: cùm principalis actus poteſtatis Sacerdotalis ſit conſecrare Chriſti corpus, & ſanguinem; actus verò ſecundarius, abſoluere à peccatis. Chriſtus enim, cùm ordinauit Apoſtolos Sacerdotes, ita diuiſit has poteſtates, vt primam eis in Cœna tradiderit, cùm porrigens illis ſanctum panem, & calicem, ait: *Accipite &c. hoc facite in meam* Ղդ 14

com-

[ձեռնադրութեանն գնէ զերկոսեան ձեռն իմ ի վերայ նուիրելոյն, ասելով. առ հոգի սուրբ. եթէ ումիք թողուցուս զմեղս, թողեալ լինին նոցայ. և եթէ զուրուք ունիցիս, կալեալ լինի:]

Երկրորդ՝ գիտելի է. զի յորժամ նուիրեալն առնու զիշխանութիւն սպասարկելոյ ի ձեռն առաջնագոյնն արարողութեանն. յայնժամ առնու այ դեռ զաստիճան և զկնիքն քահանայութեանն. բայց ոչ ամենևին լրութիւն կատարեալ: [ոչ կատարի բոլորզիմն այսր աստիճանի կնիքն յորժամ նուիրեալն ի ձեռն երկրորդ արարողութեանն առնու զայլ իշխանութիւնն արձակելոյ ի մեղաց: զի որոյ երկրքին իշխանութիւնքն, ի ձեռն երկոցունց արարողութեանցն առեալք, իբրեւ զմի առ ի կացուցանել զկատարեալ քահանայ:

Երրորդ՝ գիտելի է. զի այս երկու իշխանութիւնքս այսպէս ունին առաջնորդութիւն առ միմեանս. մինչ զի առաջինն կարէ առեալ լինել յառաջ քան զերկրորդն. բայց ոչ հակառակառնալ քան. զի ոչ կարէ ոք առնուլ զիշխանութիւն արձակելոյ ի մեղաց և իմիք խորհրդատուր մարմնոյն քո. յառաջ քան զառնուլն զիշխանութիւնն արձակելոյ և իմիք Շնմարիտ մարմնոյն [ան: զի գլխաւորս և նախկին ներգործութիւն քահանայական իշխանութիւնն է կատարել զմարմինն և զարիւնն քո. եթէ երկրորդական ներգործութիւնն է արձակել ի մեղաց: քանզի զի քո, յորժամ արար զառաքեալսն քահանայս. այսպէս բաժանեաց զայս երկուս իշխանութիւնս. մինչ զի զառաջինն եառնացն ի ժամանակին ընթացից՝ առաքելոցն զհացն որ և.

զբաժ-

զբաժանէն. և ասէլով. ձառնէք և այն-
զայս արասջիք առ իմոյ յիշատակի:]
Ժե
15
Իսկ զերկրորդն եառ նոցայ զկնի յա-
յսուհետ՝ ասելով. ձառնէք հոգի սբ.
եթէ ումեք թողուցուք զմեղս. թո-
ղեալ լինիցին նոցայ. և այլն:]

Զորդ՝ գիտելի է. զի իշխանու-
թիւն բանալեացդ. յր. կապելոյ և ար-
ձակելոյ. է կրկին. մինն ասի իշխա-
նութիւն աստիճանի. որ է՝ իշխանու-
թիւն արձակելոյ՝ ի մեղաց: և այս ոչ
կարէ ամենևին պատճառել եթէ ոչ
՝ի ձեռն աստիճանի: զսակս այսորիկ
եթէ մի անգամ առեալ լինի. ոչ և ա-
Ժզ
կարէ յետոյ՝ ի բաց բառնել յառա-
16
ջին. եթէպէտ կարէ առաքինորդ կա-
խել և արգելուլ զնեցուցուածուքին նո
յա՝ ի հնազանդելոյ նեբեան քահա-
նայիցդ. և հրամայել նոցայ. զի ոչ ա-
ձակիցեն՝ ի մեղացն. և մի՛ ի գործ-
արկցեն զիշխանութիւնն զայն: Իսկ՝
մինչ մի ասի իշխանութիւն օրինաց. որ
է՝ իշխանութիւն նզովելոյ և արձակելոյ
՝ի նզովմանց և յայլոյ եկեղեցական կա
պանացն: և այս կարէ՝ ի հայրապետա
ց պատճառել արտաքոյ աստիճանի
այլոց. և մանաւանդ առաքինորդաց
Ժէ
վանից. զի կարիցեն նզովել և արձակել
17
՝ի նզովմանց զհնազանդեալս նեբե-
ան և այս իշխանութիւս կարէ յետոյ
բառնալ միւս անգամ՝ ի յառաղագս:

Զդ՝ ըստ ասացելոցս այսոցիկ
երկուս ինչ տարակուսութիւն անկանի
ի մէջ քահանայապետին ձեռնադրու-
թեան հայոց: ձառաջինն է. զի իշխանու-
թիւն արձակելոյ՝ ի մեղաց ոչ կարէ պա
տճառել յանկեալ քան զառաջ
զիշխանութիւն պատրաստելոյ: իսկ հայոց
նպատակն ասի նուիրելոյն զիշխանու-
թիւն արձակելոյ՝ ի մեղաց յառաջ քան

զդ՝ն

commemorationem: alteram verò poſt Reſurrectionem, cùm dixit: *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata*, &c.

Quartò, quòd poteſtas clauium, ſeu ligandi, & ſoluendi, duplex eſt: altera Ordinis, quæ eſt remittendi peccata; & hæc vti diximus, tradi non poteſt, niſi per characterem Presbyteralem; & ideò ſemel tradita, nequit rursùs auferri, quamuis poſſit eius actus à Superiore ſuſpendi, ſeu impediri. Altera iuriſdictionis, quæ eſt ligandi per cenſuras Eccleſiaſticas, & abſoluendi ab illis; & hæc traditur extra Ordinem, & rursùm ab ijs, quibus tradita eſt, poteſt auferri.

His ita præmiſſis, duplex ſuboritur ſcrupulus in collatione Armeni Presbyteratus, maximè ſi, vt dicunt, ipſorum intentio ſit, *ritu latino ſuſcipere Ordinum poteſtates*. Primus eſt: quia poteſtas abſoluendi tradi non poteſt ante traditionē poteſtatis conſecrandi: Armenus autem Pontifex, antequàm porrigat calicem cum vino, & patinam ſuperpoſitam cum hoſtia, dicens: *Accipe* &c. per quam Cæremoniam traditur à Latinis poteſtas conſecrandi Euchariſtiam; confert poteſtatem dimittendi peccata: quod facit per Cæremoniam, licèt à Latina diuerſam, non tamen ineptam, nempè ligationem cinguli, & verba illa: *Accipe poteſtatem à Spiritu ſancto ligandi, atque ſoluendi*, &c.

Secundus eſt; quia, cùm idem Pontifex porrigit ea inſtrumenta,

quo-

quorum traditione confertur poteſtas conſecrandi Euchariſtiam, nō vtitur formula verborum idonea. inquit enim: *Accipe, ſuſcipe: accepiſti enim per Dei gratiam poteſtatem conſecrandi, & conficiendi ſanctum Sacrificium* &c. quibus verbis videtur materiam ſolùm tunc velle tradere, ſed non etiam eam poteſtatem, quam refert fuiſſe iam ab Ordinando acceptam: ac ſi diceret: Accipe hanc materiam, & illam ſuſcipe exercendam; quia iam accepiſti poteſtatem conſecrandi &c.

Ժը 18

ՔՈՒՆ ՏԵՍՈՒԹԵԱՆ ՅԱՐԱԿՈՒՍԱՑ ԱՍԷ. ՊԱՏՐԱՍՏԵՑԻՐ ԶՔԵԶ ԱՍՏՈՒԱԾԱՅԻՆ ՇՆՈՐՀՔԻ ԱՐԱՐՈՂՈՒԹԵԱՆ ԵՒ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ ՔԱՀԱՆԱՅՈՒԹԵԱՆ. ԱՌ ՔԵԶ ԱՍԷ ՀՈԳԵՒՈՐԱՊԷՍ ԱՌԱՔԵԼՈՒԹԵԱՆ ՍՐԲՈՅ ՀՈԳՒՈՅ. ԵՒ ՈՉ ՄԻԱՅՆ ԶԱՅՍ ՇՆՈՐՀՔԻ ՈՐ ՏԱՑԱՒ ՔԵԶ ԱՌԱՋԻՆ ԱՆԳԱՄ. ԱՅԼ ԱՍԷՐ ՔԵԶ ՍՈՒՐԲ ՀՈԳԻ ԱՅՍ ՊԱՏՐԱՍՏՈՒԹԵԱՆ ՔԱՀԱՆԱՅՈՒԹԵԱՆ ԵՒ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ. ԱՅՍՊԷՍ ԱՍԱՑ ԱՌԱՔԵԼԸ ՔԵԶ ՀՈԳԻ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ ԱՅՍՈՑԻԿ ՏԱՐԱՑԱՒ. ԵՒ ՈՉ ԱՅԼ ԻՆՉ.

QVOD ſpectat ad tertium: Videndum ſupereſt, qua ratione duplex hæc obiectio nequaquàm obſtet, quominùs Ordinatio Armeni Presbyteri valida ſit, ſeu illi non deſit, quod ex inſtitutione Chriſti requiritur ad eius eſſentiam. Res enim nimis ardua eſſet, aſſerere, Armenam Eccleſiam veris hucuſque Sacerdotibus caruiſſe; maximè quòd non ſoleat Romana Presbyteros Armenos, qui ab hæreſi, vel ſchiſmate conuertuntur, iterùm ordinare. Dum ergo huius re. explicationem, in quarta Sectione ponendam, lectores Armenij præſtolantur, interea, vt Latinis illa magis arrideat, varias Catholicorum Doctorum opiniones circa huius Ordinationis eſſentialia ſeorsim vnà cum eis excutiamus, indicemuſque, quæ nobis in hac quæſtione ſententia probabilior videatur.

Ժթ 19

ՅՈՐՄԷ ՀԱՐՑԱՆԻՔՆ ԱՌԱՋԻՆ ՆԱՅԻ ՔԱՀԱՆԱՅՈՒԹԵԱՆ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ ՀՈԳԵՒՈՐԱՊԷՍ ԱՌԱՔԵԼՈՒԹԵԱՆ ՍՐԲՈՅ ՀՈԳՒՈՅ. ԵՒ ՈՉ ՄԻԱՅՆ ԶԱՅՍ ՇՆՈՐՀՔԻ ՈՐ ՏԱՑԱՒ ՔԵԶ ԱՌԱՋԻՆ ԱՆԳԱՄ. ԱՅԼ ԱՍԷՐ ՔԵԶ ՍՈՒՐԲ ՀՈԳԻ ԱՅՍ ՊԱՏՐԱՍՏՈՒԹԵԱՆ ՔԱՀԱՆԱՅՈՒԹԵԱՆ ԵՒ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ. ԱՅՍՊԷՍ ԱՍԱՑ ԱՌԱՔԵԼԸ ՔԵԶ ՀՈԳԻ ՍՐԲՈՒԹԵԱՆ ԱՅՍՈՑԻԿ ՏԱՐԱՑԱՒ. ԵՒ ՈՉ ԱՅԼ ԻՆՉ.

ՔՆՆԵԼ Ի ՀԵՌՈՒ ՆՈՅԱ ՊԱՀԻՆ ԸՆԴ ՊԱՏՈՒԱՐԱԿԱՆ ՀՈԳԻՆ. ՈՐՈՎ ԱՊԱՐԱՏՈՂՈՒԹԵՔՆ ԱՌԵԼԵԼ ԼԻՆԻՔ ԱՌ ԼԱՒ ԱՆԻՄԱՑԻՆ ՆՇԱՆԱԿՈՒԹԻՒՆ ՊԱՏՎԱԿԱՆ ԱՊԱՀՈՎԵՑԱՆ ԵՒ ԱՅԼՔ:

ԷՐԿԻՂ՝՝ ՊԱՏՐԱՍՏՈՒԱԾՈՒԹԻՒՆ Ի. ՊԻ ՅՈՐՄԻՍ ՀԱՅՈՑ ԵԿԵՂԵՑԻՆ ԻՆԵՔ Ի ՀԵՌՈՒ ՆՈՐԻՆԼՈՑՆ ՀԱՄԱՌԱՍՏԱՑԵԼ ԳՈՐԾԻՆ ՈՐՊԷՍ ԵՒ ԱՌԱՔԱՒՆԱՑԻՆ ՆՈՒԻՐԵՔ ՔԱՀԱՆԱՅԱԿԱՆ ԱՍՏԻՃԱՆԻ ՅԱՅՏԱՐԱՐԵՑԱՒ ՈՉ ԱՍԵՔ ԱՊԱՐԱՇԱՀԱՍԻ՛ՐՈՒ ՀՆԻ ԲԱՆԻՆ. ՍՏԻ ՀԻՄՔ ԶԻ ՀԱՆԻՖՀԱԿԱՆ ՆՇԱՆԱԿՈՒԹԻՆ ՆՈՐԱ ԱՍԵԼՈՎ. ՀՀԱ ԸՆԿԱԼ. ՔԱՆԶԻ ԱՌԵՔ ՀԱՐՈՂՈՒԹԻՆ ՀՆՈՐՀՔԷՆ ԱՅՑ ԿՈՉԵԼ ԵՒ ԿԱ ԱՍԱՐԵԼ ՁԵՌ ԱՊԱՍԱՒՈՐԱԿԱՆ ՅԱՆՈՒՆ ԱՆ ՄԵՐՈՑ ՅԻՆ ԶԻ ՀՆԴԿԱՍՏԱՆԵԱՑ ԵՒ ՆՈՒՔՆ ՅԵԼՈՑ:] ՈՐՈՎ ԲԱՆԻՒ ՑՈՒՑԱՆԵ. ԶԷ ՅԱՅՆԺԱՄ ՀՆԻՒՆ ՄԻԱՅՆ ԿԱՄՍ ՈՐ ՏԱԼ ՆԱՄ, ԵՒ ՈՉ ԵԱՒ ՀԻՇԱՏԱԿՈՒԹԻՆ, ՁՈՐ ԱՍԷ ԶԷ ԱՌԵԼ ԵՂԵՒ ՅԱՌԱՋ Ի ՆԱՄԱՆԻ ԲԱՑՑ Ի ՀԻՆԳԵՐԴ ԿՈՉԵՑԱ ՅԱՌԱՋ ՏԱԼ ՆԱՄ ՀԻՇԱՏԱԿՈՒԹԻՆ ԱՊԱՏԱՐԱԳԵԼՈՑ ԱՌԱՆՑ ՏԱՐՑԱ ՀՆԻՒՆ, ԵՒ ԱՌԱՆՑ ԱՍԵԼՈՑ ՀՆԻՒՆ ԲԱՆԻՆ:

ԸՆԴԻՒՐ ԽՐԻՏԻ՝՝ ՏԵՍՈՒԹԻՒՆ՝ ԱՊԱՐԱՆ Է՛ ՄԵԶ ՔՆՆԵԼ ԵՒ ԽՆԴՐԵԼ. ՄԻ՞ ԶԷ ՀԻՆԱՑԱԳՐԵԱԼ ԵՐԿՈՒ ՏԱՐԱԿՈՒՍԱՑ ԶԻՒՆՔՆ ԿԱՐՈՂՔ ԻՆՔՆ ԽԱՓԱՆԵԼ ԶՔ ԲԱՀԱՆԱՅԱԿԱՆ ՀՆՈՒՆԱԴՐՈՒԹԻՆ ՀԱՑՈՑ ԶԷ՞ ՈՉ: ՔԱՆԶԻ Է ՄԻԱՑ ԿԱՊՄԱՆԵՄ ՅԱՄ ՅԱԾԱԲԱՆ ՀԱՐԴԱՊԱՀՔԷ ՈՒՍՈՒՑԱՆԵՆ, ԶԷ ՀՀԱՆԱՒՈՒԹԻՆ ԱՐՁԱԿԵԼՈՑ Է ՄԵՂՍ ՈՉ ԿԱՐԷ ԱՌՆԱՆԻՀ ՅԱՌԱՋ ԲԱՆ ԶԻՀԻՆԱՒՈՒԹԻՆ ԱՊԱՏԱՐԱԳԵԼՈՑ: ԵՒ ԶԷ ՈՉ ԿԱՐԷ ԽՈՐՀՈՒՐԴ ԻՆՉ ԿԱՏԱՐԵԼ ԱՌԱՆՑ ԱՊԱՐՀԱՒՈՒԹԻՒՆ ՊԱՏՃԱՌԱԿՈՒՑ ԵՒ ՀՆԱՒՈՑ ԲԱՆԻՆ: ԷԱ ԳԱԼ Է ՄԻԱՒ ԿՈՂՄԱՆ ՆԷ ՅՈՅԺ ԴԱՒԱՆ ԵՒ ԴԺՈՒԱՐԻՆ ԲԱՆ ԷՓ ԱՍԵՆ ԶԷ ԱՐՁԱՆ ՀԱՅՈՑ ՈՉ ՈՒՆԻ ՍՏՈՒԳ ԵՒ ՀՀՄԱՐԻՏ ԳԻՏՈՒԱԾԱՅ: ԳՈՒՇ ԼԻՆԻՔ

գայս ասել՝ զի Եպիսկոպոս յոյնք այսպէս հրամայեցեալ զիարդ. սակայն զիսոյն ա-
սէքն ոչ վայել է գրանկացս. որ՝ի սկզբանէ առաքելական հայրապետէն մերոյ սիղեստ
տրոսի սէրնի բարեկամէ և եղբօրէ եղաք հայոց: մանաւանդ զի ոչ քահանայէ,
վրդովեալ, և եղիկէն հայոց, որ գամ՝ի քաղաքս հռոմէայ՝ի սէր և՝ի միաբանու-
թէ ընդ առաքելական աթոռ աՌաւոյս. ընկալեալ լինին սիրով և պատուով.
և ոչ խնդրէ զբ սոՌոս՝ի տացանէ. զի կրկին ձեռնադրեացին քահանայ: և զայն
որոյ պատրաստ եմք մեք՝ի չորդ" դիմեն պատասխանին տալ վասն հրամա-
հաւատ քնածոյն այնոցիկ. և զատապով լինել քահանայական ձեռնադրու-
հայոց: Եւ զի մի՞ մեր վրդովութիւն նոր ինչ երևեսցի գրանկաց վրդովոցն
մերոյ. կամիմք յառաջ՝ի հետագայ նորդ" դիմեն վերացել նոցա. և իմ՞ երդու-
թեամ զբ առնիցանացն մերում սրբասաբանել ընդ նոսա, և ցուցանել, թէ
չէ՞ն և ձև սուրբ խորհրդոյս հայոց և ս բաղմագունակ լինելոյս զանազան
տեսակս. թէ ոգդտ և եկեղեցեաց քրիստոնէից:

DE MATERIA,

Et Forma Ordinationis Sacerdotalis variæ ſententiæ, & Auctoris aſſertio.

Sectio III.

PRima opinio eſt adſerentium (id quod minùs probabile puto) poſſe Papam ſine vlla exhibitione materiæ, nec alterius extrinſecæ Cæremoniæ, aliquem ordinare pleniſſimè Sacerdotem, ſi tantummodò illi dicat: *Eſto Presbyter*. Supponit enim hæc ſententia, materiam non eſſe Ordinationi neceſſariam, niſi ſolùm ex inſtituto Eccleſiæ, cui Chriſtus Ordinationis modum præſcribendum commiſerit: vndè, cùm Papa nulli Eccleſiaſticæ conſtitutioni ſubijciatur, ſequitur, illum ſolis verbis Ordines conferre poſſe. Ita Angelus in l. 11. c. de cri. ſacri. & in l. 1. c. de ſent. par. 5. Felinus par. 1. in Decret. cap. 2. de Conſtit. num. 23. Decius in Decret. lect. 1. de conſtit. num. 50. Rebuffus in praxi beneficiorum, tit. de Clericis, à quibus, & quomodò creẽtur, nu. 9. Hieronymus Gigas tract. de Penſionibus, quæſt. 8. quibus conſentit Franciſcus Victoria de Sacram. Ordinis, quæſt. 5. 1

Sed hæc opinio diſplicet: nam communiter exiſtimatur, ad Ordines conferendos non ſolùm verba, verùm etiam viſibilem aliquam materiam ex ipſa Chriſti Domini præſcriptione requiri. Siquidem Apoſtoli, qui de hoc Sacramento adminiſtrando inſtructi fuerunt à Chriſto, nunquàm Ordines contulerunt ſine verbis, & præterea à ſine aliquo viſibili, & externo ſymbolo, nempè manus impoſitione, iuxtà illud, Act. 6. *Orantes impoſuerunt eis manus*. Cuius rei rationem reddit S. Bonauentura in 4. diſt. 24. par. 1. art. 1. quæſt. 4. his verbis: *Quoniam verò manus eſt organum* 2

organorum in operando, & lingua in exprimendo, rectè significatur conferri potestas in officio vtriusque: & hæc in quolibet Ordine reperiuntur. Immò & ipse Dominus, cùm vtrãque potestatem Sacerdotalem dedit Apostolis, vsus est non solùm signo audibili, nempè verbis, sed etiam visibili, aliqua scilicet externa Cæremonia. dicens enim in Cœna: *Hoc facite in meam commemorationem*: porrexit illis sanctum panem, & calicem: & post Resurrectionem, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis*, &c. insufflauit in eos.

Secunda igitur opinio (ex ijs, quæ iuxta communem sententiam docent, præter verba requiri de iure diuino materiam) adserit, in Diaconatu, & Sacerdotio manus impositionem, quæ præcedit instrumentorum porrectionem, esse Cæremoniam accidentalem, & fieri solùm ad solemnitatem; ipsam verò traditionem instrumentorum esse materiam essentialem. Ita Dominicus Sotus in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 4. Valentia tom. 4. disput. 9. quæst. 1. Maldonatus tom. 2. de Sacr. tract. de Ordine, quæst. 3. part. 2. Nugnus par. 3. in Addit. quæst. 37. art. 5. Bonnecina de Sacr. disp. 8. quæst. vnica, punct. 4. & alij.

Ratio istorum est: Prima, quia cùm tradũtur in Diaconatu, & Presbyteratu materię instrumentorum & proferuntur formæ illis correspondentes, imprimitur character, & confertur potestas vtriusque Ordinis; & tamen tunc non imponitur manus, sed multò anteà fuit imposita. immò in Presbyteratu prior ista impositio manus fit sine vlla prolatione verborum; ergo nõ potest esse materia, quia hæc exhiberi debet simul cum forma verborum. Secunda, quia Subdiaconatus est verus Ordo, ac Sacramẽtum, sicut etiam alij minores Ordines iuxta communiorem opinionem; & tamen traduntur sine manus impositione, sed per solam instrumentorum porrectionem: ergo eadem ratio esse debet de alijs. Tertia, quia Gregorius IX. de Sacramentis non iterandis, cap. *Presbyter*, inquit: *Manus impositionem esse ritum ab Apostolis introductum*: vndè sequitur, esse Cæremoniam accidentalem: nam materiæ Sacramentorum non ab Apostolis, sed à Christo sunt institutæ. Quarta, quia idem Gregorius ibidem definit, non esse iterandam Ordinationem Diaconi, & Presbyteri, factam sine tali manus impositione: *sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos cautè supplendũ, quod per errorem extitit prætermissum*: sed omissa materia essentiali irritũ esset Sacramẽtum, atq; adeò iterandum: ergo &c. Quinta denique, quia Concilium Florentinum tradit pro materia Diaconatus, & Sacerdotij solam instrumentorũ porrectionem, ac nullam de manuum impositione mentionem facit.

Tertia opinio est, in prædictis duo-

&

duobus Ordinibus hanc eandem impositionem manus esse materiã essentialem; traditionem vero instrumentorum esse accidentalem. Ita Beccanus par. 3. tract. 2. cap. 26. quæst. 4. alijq; complures, quos citat, & sequitur Hugo Menardus in Notis ad librum Sacramentorum D. Gregorij Papæ, nu. 238. lin. 33.

Fundamentum huius sententiæ est; quia non est credibile, Sacras Scripturas, antiqua Concilia, veteres SS. Patres, & vetustissima Pontificalia, quibus olim Latina Ecclesia in Ordinationibus vtebatur, solùm ea, quæ essent Ordinationi accidentalia, tradidisse; omisisse verò essentialia: immò oppositum omninò credendum est. At in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri, solius manuum impositionis mentionem faciunt, Primò sacræ Scripturæ, 1. Timoth. cap. 4. & 5. Et 2. Timoth. cap. 1. Et Actorum cap. 6. & 13. atque etiam cap. 14. vbi illud: *Cùm constituissent illis Presbyteros*: Græcè, & Armenicè legitur: *Cùm per manus impositionem creassent illis Presbyteros*.

Secundò Concilia, vt Ancyranum, can. 10. Nicænum 1. can. 9. Antiochenum can. 10. & 17. Carthaginense IV. can. 3. & 4. Toletanum IV. can. 27. Nicænum II. can. 14. & alia. immò ipsum Tridentinum Concilium, sess. 14. c. 3. de Extrema vnctione inquit: Ministrum extremę vnctionis esse *Episcopum, aut Presbyterum, ritè ordinatum per impositionem manuum Presbyterij*.

6 Tertiò SS. Patres, vt Clemens lib. 8. Const. Apost. cap. 16. Dionysius in Eccles. Hierarch. cap. 5. par. 2. Damasus Papa in Epist. 4. Innocentius I. Papa in epist. 22. & sic deinceps alij, ex quibus Ambrosius de dignit. Sacerd. cap. 5. *Homo*, inquit, *manum imponit, & Deus largitur gratiam*. Et Hieronymus in cap. 58. Isaiæ: *Ordinatio*, inquit, *non solùm ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem impletur manus*.

7 Quartò denique, vetustissima quædam Latina Ritualia non ponũt in Ordinatione Presbyteri porrectionem instrumentorum, neq; formam illi correspondentem, sed solùm manus impositionem cum sua forma deprecatoria, vt videre licet in Sacramentario D. Gregorij; & testatur Hugo Menardus loco sup. cit. his verbis: *In Ordinatione Presbyteri traditio instrumentorum cum sua forma: Accipe potestatem offerendi &c. deest in Sacramentarijs excusis D. Gregorij, Vt in Codicibus manuscriptis, Remensi, Rodradi,* 8 *S. Eligij, & Ratoldi, atque etiam in Pontificali manuscripto, quod putatur esse Anglicanum: non habetur etiam in Concilio Carthaginensi IV. neque in Toletano IV. can. 27. neque Vlli antiqui Patres mentionem aliquam illius aliquandò fecerunt, non S. Isidorus, non Amalarius, non Rabanus*, &c. qui de hac materia tractauerũt. Item Ioannes Morinus in Commentario de Sacris Ordinationibus, nouissimè typis dato

Parisijs, par. 2. vetera Latinorum Ritualia profert propè viginti, è quibus pleraque, nimirùm vetustiora, eandem traditionem instrumentorum cum sua forma in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri non commemorant. His etiam concordant omnia Euchologia Christianorum Orientalium, Græcum, Illyricum, Antiochenum, Chalcedonense, Chaldaicum, Ruthenorum, Maronitarum, Iacobitarum, Nestorianorum, & Abyssinorum, vt refert Pater Vetricellus in tract. de Apostolicis Missionibus, quæst. 312. sect. 2. & videri potest apud eundem Morinum. 10

Præterea, cùm ordinarentur ab Apostolis primi Diaconi per manus impositionem, Act. 6. nondum erat scriptum Euangelium, cuius liber nunc traditur, vt materia Diaconatus. immò Durandus in 4. dist. 24. quæst. 3. refert, quòd suo tempore non omnes Ecclesiæ, neque præsertim Aniciensis, cui præfuit ipse, morem habebant tradend librum Euangeliorum in Ordinatione Diaconi; vnde probat, per solam manus impositionem sufficienter Diaconum ordinari. 11

Quarta opinio est, tum præcedentem illam manus impositionē, tum porrectionem instrumētorum esse materiam essentialem. ita Petrus à Soto de Sacr. Ordinis lect. 5. Martinus Ledesinius in 4. quæst. 36. art. 4. ad 1. Bellarminus tom. 2. de Sacr. Ord. lib. 1. c. 9. Marchinus de Sacr. Ord. tract. 2. par. 7. c. 2. & par. 8. cap. 5. Card. Lugo de Sacr. disp. 2. sect. 5. Verrice Ius de Apost. Missionib. in Append. quæst. 312. sect. 12. & alij. 9

Nititur hæc sententia rationibus, in secunda, & tertia opinione adductis; ac præcipuè, quia ex diuersis Orthodoxis, & approbatis Concilijs, alia manus impositionem pro materia Diaconatus, & Presbyteratus assignarunt, vt Carthaginense IV. &c. alia porrectionem instrumentorum, vt Florentinum: dici autem non potest, quòd vnum Concilium cum altero pugnet; neque quòd alterutrum materiam accidentalem præscripserit, omittendo essentialem: igitur dicendum est, vtrumque explicuisse materiam essentialem Ordinis, non quidem totalem, sed partialem.

Quinta opinio est, in Presbyteratu per solam posteriorem manus impositionem, ac suam formā, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittūtur* &c. imprimi characterem, & conferri potestatem Sacerdotalem quoad vtrumq; actum, offerendi scilicet, & absoluendi. Hanc sententiam refert Riccardus in 4. dist. 14. art. 4. his verbis: *In Ordine Sacerdotij dicunt aliqui, characterem imprimi, cùm Episcopus manus imponit, dicens: Accipe Spiritum sanctum, &c. quia dicunt, tunc Christum dedisse discipulis potestatem Sacerdotalem, quando post resurrectionem dixit eis: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis* &c. Et Angelus in verbo, *Ordo* 1. num-

&

num. 6. tribuit illam D. Bonauenturæ, & Petro de Palude, dicens: *Potestas Sacerdotis confertur, quando ab Episcopo dicitur, Accipe Spiritum sanctum, &c. & huius opinionis est S. Bonauentura, & Petrus.*

Videtur ergo supponere hæc sẽtentia, quòd sola manuum impositio sit materia necessaria, sicut tertia probabat opinio: sed non prior, ergo posterior: vndè sequeretur, per hanc posteriorem conferri Presbytero vtramque potestatem: Minor probatur: quia prior impositio manuum, quæ fit simul ab Episcopo, & Presbyteris, existimatur communiter à Theologis esse cæremonia accidentalis, ob rationes secundæ opinionis. Tum, quia Concilium Tridentinum, sess. 23. can. 4. inquit: *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, anathema sit.* vbi declarari videtur, tunc ordinari Presbyterum, & tunc illi dari gratiam Spiritus sancti, cùm ei dicitur, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. quod fit, quando illi manus vltimò imponuntur. Nec obstat, in hac forma non exprimi actum primariũ, sed secundarium tantùm potestatis Sacerdotalis: quia etiam Diaconatus conferri existimatur per formã, quæ tantùm e primit potestatem Diaconi quoad actum secũdarium, qui est legere Euangelium; in qua potestate (vt asserit D. Thomas in suppl. quæst. 37. art. 5. ad 5.) intelligitur alia quoad actum primarium, qui est ministrare Sacerdoti.

12 Sexta opinio docet vtramq; potestatem Sacerdotalem consecrandi, & absoluendi, simul conferri, cùm porrigitur calix cum vino, & patina cum pane, atque dicitur: *Accipe potestatem offerendi* &c. sequentem verò manuum impositionem cum iis verbis, *Accipe Spiritum sanctum*, non conferre vllam Ordinis potestatem ad dimittenda peccata, sed anteà traditam declarare, & iam datum Spiritum sanctum ostẽdere: dici autem, *Accipe*, in præsenti, quia Ordinatio adhuc est moraliter præsens. Ita Capreolus quæst. 13 1. art. 3. ad 2. contra 1. concluſ. Maior quæst. 3. art. 2. Syluester in verbo, *Ord.* 2. quæst. 4. Candidus tom. 4. disq. 4. art. 2. dubio. 5. alijque plures.

Fundamentum huius sententiæ est: primum, quia Concilium Florentinum non aliam assignauit materiam totius Ordinis Sacerdotalis, nisi porrectionem instrumẽtorum, neque aliam formam, nisi verba illa: *Accipe potestatem offerendi* &c. Secundum, quia posterior manuum 14 impositio cum sua forma, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. non habetur in antiquis Ritualibus, de quibus suprà fecimus mentionem, neque in Sacramentario D. Gregorij, neque in Pontificali, quod explicat Durantus Episcopus Mimatensis, neque tandem in antiquo Ordine Romano. Tertium, quia potestas secundaria dimittendi peccata est adnexa cum illa primaria cõsecrandi Eucharistiam, tanquàm eius

Sex-

eius proprietas; ergo simul cùm illa confertur; cùm Sacerdotium vtramque potestatem, tanquam sibi propriam, trahat: vt asserere videtur Concilium Tridentinum, sess. 23. c. 1. de Sac. Ord. per hæc verba: *Hoc autem* (Sacerdotium) *ab eodem Domino Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque Successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus, & sanguinem eius, nec non & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ litteræ ostendunt, & Ecclesiæ traditio semper docuit.* 15 16

Septima demùm opinio adserit, potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi, conferri, cùm Episcopus, porrigens instrumenta, dicit: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. potestatem verò dimittendi peccata, cùm manus imponit, dicens: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris* &c. Ita Scotus in 4. dist. 24. art. 3. Henriquez lib. 10. cap. 6. & 11. Vasquez disp. 239. cap. 3. Molfesius in Summa, de Sacr. Ord. tract. 2. cap. 10. Diana par. 9. tract. 6. resol. 9. & reliqui ferè omnes. 17

Ratio istorum præcipua est; quia cùm constat de forma, qua Christus aliquod Sacramentum instituit, non potest idem Sacramentũ per aliam formam substãtialiter diuersam conferri: non enim potest Ecclesia formas Sacramentorum, à Christo Domino institutas, substantialiter variare. Sed Christus, diuidens has duas potestates Sacerdotales, alteram tradidit in Cœna (tunc enim, vt habet Concilium Tridentinum, sess. 22. cap. 1. Apostoli facti sunt Sacerdotes): tunc inquam alteram tradidit per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*: cui formæ æquiuale: ista: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. alteram verò tradidit post Resurrectionem, dicens: *Accipite Spiritum sanctum*, &c. quãdo (vt idem Concilium sess. 14. de Sacr. pœnit. cap. 1. affirmat) Pœnitentiæ Sacramentum institutum est. Ergo non potest per alterutram istarum formarum vtraq; simul potestas conferri. Et hęc hactenùs de varijs sententijs in hac materia; quæ quidem fuisse videtur vltrò citròque in diuersum à Doctoribus tracta, & omnifariàm definita.

IAM verò, tum ad hanc de materijs, & formis Ordinum controuersiam opinionum inter se tam dissidentium dirimendam, quarum quælibet, extra primam, rationes pro se pontentissimas habet; tum præcipuè ad varios Ordinationis ritus, Orientalem scilicet, & Occidentalem, antiquiorem, & recentiorem, conciliandos, triplex dicendi modus excogitatur.

Primus modus dicendi traditur ab Archudio lib. 6. de Sacr. cap. 7. vbi asserit, dici posse, ac debere, vt omnes ritus concilientur, solam manus impositionem esse in Ordinis Sacramento de iure diuino materiam necessariam, & à Christo de-

terminatam pro qualibet Ecclesia tam Græca, quàm Latina: nam
18 Græca nunquam illam omittit; nec etiam Latina; quia licèt hęc in Subdiaconatu, alijsque Ordinibus inferioribus non imponat manus super caput Ordinandi, porrigit tamen illi instrumentum; ac protensio illa manus cum instrumento dici propriè potest manus impositio, determinata tamen per instrumentum ad hanc, vel illam Ordinis potestatem significãdam: quia per illam Episcopus mediatè coniungit manus suas cum Ordinando per physicam coniũctionem: quòd
19 enim mediet instrumentum, non tollit verum contactum; sicut etiã apud Græcos inter manum Episcopi, & caput Ordinandi mediat pallium.

Confirmatur ab eodem hic dicendi modus; Primò, quia traditur etiam à D. Bonauentura in 4. dist. 24. par. 2. art. 1. quæst. 4. vbi sic loquitur. *Quod obijcitur de manuum impositione, quòd non reperitur in omnibus Ordinibus, ratio iam dicta est: reperitur tamen aliquid simile,*
20 *quia reperitur collatio instrumenti, in quo est protensio manus, & fit signatio collationis potestatis.*

Secundò, quia Marci 7. Christus, vt satisfaceret petitionibus eorum, qui *deprecabantur eum, Vt imponeret manum* Lunatico, hoc ipsũ fecit tangendo linguam, & aures eius.

Tertiò, quia ex D. Thoma 3. par. quæst. 84. art. 4. ad 2. in Sacramento Confirmationis est necessaria manus impositio: vndè hoc Sacramentum in sacris Scripturis, & à Patribus manus impositio dicitur: at Confirmatio stare potest cũ sola vnctione Chrismatis: ergo dicendum est, quòd cùm Episcopus vngit, propriè manum imponat. Quod etiam affirmat Bellarminus, de Sac. Confir. lib. 2. cap. 2. dicens: *Bis Episcopus manus imponit Confirmandis: semel, cùm super eos manus extendit, atque orat: & rursùs, cùm signat in fronte, atque vngit. ipsa enim Vnctio, & signatio, cùm manu fiat, manus impositio rectissimè dicitur; Vt docet Hugo lib. 2. de Sacram. par. 7. cap. 2.*

Quartò tandem, quia ipsummet Concilium Florentinum non dixit, Ordines conferri per instrumenta, sed dixit, per instrumentorum *traditionem*, vel *porrectionem*, vel *dationem*, vel *assignationem*: vndè vim potiùs facit in illa extensione manus, qua porrigitur instrumentum, & coniungitur Episcopus cum Ordinando, & quæ causat potestatem dandam; quàm in ipso instrumento, quod illam tantùm determinat.

At multas gratias habemus Archudio, viro certè ingenij laudibus, atque ac Fidei Catholicę florentissimo; quòd Latinæ Ordinationis materiam, hoc est, porrectionem instrumentorum, ad materiam Græcæ Ordinationis trahere, & cum illa conciliare voluerit. Nihilominùs ista eius dicendi methodus mihi non placet: Primùm

cra-

mùm, quia nullo testimonio, aut ratione probatur solam manus impositionem esse materiam à Christo determinatam pro quolibet Ordine, immò ne pro vllo quidem. Vndè enim hoc colligitur? cùm neque à sacris Scripturis, neque à traditione Ecclesiæ, neq; a Concilijs, neque à Patribus traditum sit. Immò colligitur oppositum, Primò, quia Gregorius Papa IX. in cap. *Presbyter*, de Sacram. non iterá. hanc manus impositionem vocat *ritum ab Apostolis introductum*. Secundò, quia si Christus illam determinasset, certè, cùm Apostolis tradidit vtramque potestatem Sacerdotalem, potiùs hanc ab ipso determinatam, vel determinandam cæremoniam vsurpasset, quàm aliam: at neque in Cœna, neq; post Resurrectionem manus imponere voluit, sed vel tradidit calicem, &c. vel insufflauit. Tertiò, quia Ecclesia Latina semper solita fuit dilatare potiùs, & magis explicitas reddere veras Sacramentorum materias: ergo in Subdiaconatu, alijsque minoribus Ordinibus nunquàm occultasset, nec restrinxisset in porrectione instrumentorum impositionem manus, si hæc fuisset materia necessaria de iure diuino pro quolibet Ordine.

21

22

23

Deindè: quia falsum etiam est, porrectionem instrumentorum esse illam veram, & propriam manus impositionem, quæ ad Ordines requiritur: vndè, si daremus, fuisse hanc à Christo determinatam, ad maiorem potiùs dissidentiam, quàm conciliationem, adducerentur ritus Ecclesiarum, & Concilia: Primò, quia Concilia, & Patres non dicunt, conferri Ordines per quamlibet impositionem manus; sed tantum per illam, quæ fit supra caput: ita Concilium Carthaginense IV. can. 3. Clemens Rom. lib. 8. Constit. cap. 16. Dionysius Areop. de Eccles. hier. c. 5. Damasus Papa, epist. 4. Innocentius 1. epist. 22. ad Episcopos Macedoniæ: Augustinus lib. 5. de Baptismo contra Donatistas, cap. 20. & alij.

Secundò, quia Gregorius IX. decreuit, vt diximus, in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri, peracta sine manus impositione, supplendum esse, quod omissum erat: ergo traditio instrumentorum, quæ non supponeretur omissa, non est propria manus impositio, alioquin nihil supereset supplendum, quia nihil esset omissum.

Tertiò, quia Concilium Carthaginense IV. can. 5. de Subdiacono inquit: *Quia manus impositionem non accipit, patinam de Episcopi manu accipiat Vacuam, & calicem Vacuum*: ergo expresse contradistinguit traditionem instrumentorum à manus impositione; atque asserit, Subdiaconum manus impositionem non accipere, tametsi de manu Episcopi accipit instrumenta, alioquin eius verba hunc facerent sensum ineptum: Quia manus impo-

fuisse

posi-

positionem non accipit, ideò accipiat manus impositionem.

Ad rationes, adductas in contrarium, respondeo: Ad primam, quòd D. Bonauentura non ait, porrectionem instrumentorum esse propriè manus impositionem; sed dixit, esse aliquid simile: quod autem est simile, propriè non est idem.

Ad secundam, & tertiam, quòd qui tangit aures, & linguam alicuius, aut vngit eius frontem, verè super illum manus imponit, immò in ipso capite, cuius membra tangit. at Episcopus, dum tradit Ordinando instrumentum tangendũ, non imponit manum super illum; imò sepè ne manum quidem multùm extendit; sed potiùs Ordinandi manus suas extendunt versùs Episcopum, vt tangãt instrumentum in manibus eius existens.

Ad quartam, quòd Concilium Florentinum non solùm ait, Ordines conferri per instrumentorum porrectionem, traditionem, &c. quibus verbis indicat materiam proximam Ordinis in ritu Latino, verùm etiam affirmat, ipsa instrumenta esse materiam, hoc est, remotam inquit enim: *Ordinis materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo:* igitur iuxta mentem Concilij porrectio illa instrumenti causat effectum Sacramenti, non quatenùs extensio, seu impositio manus est, sed quatenùs est datio instrumenti, quomodocunque ista datio fiat, siue per extensionem manus Episcopi dantis, siue per extensionem manus accipientis de manu Episcopi.

24

SECVNDVS modus dicendi est; ipsam traditionem instrumentorũ fuisse à Christo determinatam pro materia Ordinis: manus autem impositionem esse etiam *implicitam* quandam, & virtualem traditionẽ cuiuslibet instrumenti: vndè Pontifex, cùm manus imponit, virtualiter, & implicitè porrigit instrumenta. Ita Grauina, quem citat Morinus de sacris Ordinat. par. 3. Exercit. 1. c. 1. num. 28. his verbis:

25 *Vna hæc est ex Cõciliationibus, à Grauina adinuentis: Græci, inquit, manus imponunt: in manuum autem impositione instrumenta implicitè continẽtur: implicitè igitur, & virtualiter ea tãgunt Græci; explicitè, & formaliter Latini. instrumẽta enim in manu, vt in organo organorũ, continentur.*

Huic dicendi modo suffragari videtur D. Thomas in 3. par. quæstione 83. art. 5. ad 1. vbi dicit, quòd manus est loco omnium instrumentorum: *Cùm*, inquit, *manus sit organum organorum (vt dicitur 3. de anima); omnia opera attribuuntur manibus.* Ac magis apertè S. Bonauentura in 4. dist. 24. par. 2. art. 1. quæst. 4. vbi sic habet:

26 *Ad illud, quod obijcitur de libri, vel Vasis traditione, dicendum, quòd sicut omne instrumentum, siue armatura in virtute manus est; sic etiam per impositionem manuum, vbi deessent talia instrumenta, possunt signari. Vndè, sicut post videbitur, in im-*

positione manuũ in Ecclesia primitiua ceteri Ordines implicabantur, qui postmodùm processu tẽporis explicati sunt & quantùm ad Verbũ, & quantùm ad signum, & quantùm ad personas.

Verùm multò minùs subsistere potest ille modus conciliandi: Primò, quia gratis etiam fingitur, Christum pro materia Ordinum determinasse porrectionem instrumentorum. cùm enim in Ordinatione Diaconi, ac Presbyteri neque Apostoli in primitiua Ecclesia, neque Apostolorum successores in Ecclesia posteriori tam Orientali, quàm olim in Occidentali, tradiderint explicitè instrumenta; quis vnquàm credere valeat, hanc eandem materiam, tamdiù ab Ecclesia vniuersali explicitè omissam, fuisse à Christo Domino institutã? Secundò, quia impositio manus, & traditio instrumenti, sunt actiones inter se plusquàm specie differentes, ergo, si hæc posterior esset de iure diuino materia Ordinis, non posset, neque potuisset Ecclesia loco illius adhibere alteram: nequit enim Ecclesia Sacramentorum materias à Christo determinatas, substantialiter variare. Tertio, quia magis frumetum continet virtualiter panem, quàm manus contineat instrumenta: sed nequit frumentum etiamsi coctum, & exculentum, esse Eucharistiæ materia loco panis, à Christo determinati: ergo multo minùs posset impositio manus esse materia Ordinis pro traditione instrumentorum, si hæc fuisset Ordinis materia de iure diuino. Quartò denique, quia ad 27 Sacerdotium conferendum V. G. non sufficeret cuiuscunque traditio instrumenti, etiam vagè, aut vniuersaliter sumpti, sed talis instrumenti determinati, puta Calicis cum vino, &c. quod scilicet sit aptum ad potestatem Sacerdotij significandam: at impositio manus non esset magis virtualis, & implicita traditio Calicis, quàm ensis, aut alterius instrumenti; cùm illa virtualis continentia manus in sua vastitate, quicquid libuerit, com- 28 plectatur; & hoc est, quod loc. cit. adserit S. Thomas, omnia opera manibus attribui: ergo &c.

Ad illud D. Bonauenturæ respõdeo, ideò ipsum docuisse, quòd ad Ordines conferendos sufficiat quæcunq; implicita designatio instrumentorum, facta per manus impositionem; quia supponebat, instrumenta non esse materiam, de iure diuino necessariam.

TERTIVS dicendi modus, aptior ab alijs iudicatus, est ille, qui 29 fundatur in ea communiori sententia, pro qua P. Verricellus in Append. de Apost. Mission. quæst. 312. sect. 2. triginta & septem Doctores grauissimos citat; nempè Christum, cùm Ordinis Sacramentum instituit, non determinasse materias, ac formas in particulari, sed in genere tantùm, monendo scilicet Apostolos, vt Ordines conferrent per aliqua visibilia signa, & verba, quæ essent apta ad eorum po-

potestates significandas; ac proinde in arbitrio Ecclesiæ reliquisse, vtrùm his potiùs signis, ac verbis, quàm alijs, vti vellet. Quarè Concilium Tridentinum. sess. 23. c. 3. de materijs, & formis Ordinum tantummodò ait; *Sacram Ordinationem verbis, & signis exterioribus perfici.*

Hoc itaque posito fundamento (quod planè certum supponimus tum ex auctoritate tot, tantorumque Doctorum; tum ex sufficienti partium enumeratione, cùm nullũ aliud relinquatur, in quo niti firmiter valeamus) vnum superest inquirendum: quænam materiarum species fuerint ab Ecclesia auctoritate publica constitutæ pro conferendis Ordinibus?

Adserit R. P. Amicus in Cursu Theologico, tom 7. de Sacramen. disp. 2. sect. 4. (cuius dicendi modum pro tertio recensemus): ab Ecclesia Catholica decretum iam fuisse, vt vbique terrarum sufficiens, & integra materia cuiuscunque Ordinis sit alterutra ex his duabus, vel manus impositio, vel instrumentorum traditio, dummodò illi accedat forma verborum, sufficienter potestatem Ordinis exprimens. Sic enim, inquit, dicendo, conciliantur non solùm omnes ritus, Cõcilia, & Patres, verùm etiam graues Auctores, quamuis oppositas inuicèm sententias tradidisse videãtur. Quòd autem Ecclesia sic vniuersaliter definierit,

Probat primò (& hæc est potior eius ratio): quia Ecclesia Catholica, tradens ritum Latinum, in quo Diaconus, & Sacerdos de facto initiantur per vtramque materiam, reliqui verò inferiores Ministri per solam instrumentorum traditionem; approbat etiam ritum Græcum, in quo omnis Ordinatio fit per solam manus impositionẽ: siquidem Clemens VIII. in Bulla, edita anno 1595. die 31. Augusti, decernit, ac mandat, Romæ habendum esse Episcopũ Græcum Catholicum, qui Græcos ordinet ritu Græco: approbat igitur Summus Pontifex ritum Græcum. Præterea noua Congregatio, Romæ erecta ab Vrbano VIII. pro Euchologio Græcorum examinando, post longam discussionem, hunc ritum ordinandi Græcorum denuò approbauit; vt deinceps de validitate ipsius nulli dubium esse valeat. Dici autem nõ potest, quòd Ecclesia manus impositionem, vt sufficientem, & adæquatam materiam Ordinum approbauerit dũtaxàt pro Christianis Orientalibus, seu Græcis, & non etiam pro Occidentalibus, seu Latinis: nam faciẽdi hoc aliud potestatem non habet Ecclesia; cùm Christus de facto illi eam non ita communicauerit, vt quod ipsa pro vna Ecclesia statuisset, illud tantùm pro ea, & non etiam pro alijs omnibus Ecclesijs esset sufficiens Ordinis materia: ergo, cùm iam pro Græcis approbauerit manus impositionem, vt materiam sufficientem, & integram;

vtique pro omni alia Ecclesia talem eam esse declarauit.

33 Minorem huius Syllogismi suadere nititur duplici argumento: Primùm Inductione ex alijs omnibus Sacramentis, quorum materias, ac formas voluit Christus esse vbiq; substantialiter easdem. Deindè ex Ecclesiæ vnitate, ad quam minùs expediret, vt materiæ, & formæ substantiales eorundem Sacramentorum non eædem, sed diuersæ essent in diuersis Ecclesijs. quippè, cùm Ecclesia maximè dicatur vna ex vnitate religionis, quæ in externa Sacramentorum professione potissimè consistit, iuxtà illud Ephes. 4. *Vnus Dominus, Vna Fides, Vnum Baptisma*, &c. non esset certè perfectè vna, si ita aliæ materiæ, & formæ substantiales huius Sacramenti deputarentur pro Græca Ecclesia, & aliæ pro Latina; vt non possent vel alterutræ, vel vtræque indifferenter, & æquè vtrobique vsurpari saltem pro valida, si non etiam pro licita illius collatione: ergo, sicut Græcus validè ordinaretur à Græco Pontifice per materiã, & formam Latini ritus, ita pariter dicendum est, quòd etiam Latinus validè ordinaretur à Latino Pontifice per Græci ritus materiam, atq; formam.

Probat secundò: quia Gregorius IX. in cap. *Presbyter*, statuit, vt si quid in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri per errorẽ esset omissum, iterandum non esse Sacramentum; sed cautè suo postea tempore supplendum, quod anteà prætermissum fuerit. Sentit igitur Pontifex, Diaconatum, & Presbyteratum validè conferri vel per solam manus impositionem omissa instrumentorum traditione, vel per solam instrumentorum traditionem omissa impositione manus: alioquin alterutra omissa, iteranda esset Ordinatio: id quod ab ipso prohibetur.

Probat Tertiò: quia Concilium Nicænum I. can. 9. & Carthaginense IV. can. 3. & 4. pro integra materia Diaconatus, & Presbyteratus assignat manus impositionẽ; 34 & ipsum Tridentinum sess. 14. c. 3. *De Extrema Vnctione*, supponit Sacerdotes ritè ordinatos esse per impositionem manuum Presbyterij: Florentinum verò Concilium pro integra materia eorundem Ordinũ assignat instrumẽtorum porrectionem: igitur dicendum est, alterutram ex his materijs fuisse ab Ecclesia determinatam, vt sufficientem, & integram pro quacunque Ecclesia.

35 Probat denique quartò, ex ipsa varietate materiæ, ac formæ, quibus Latina ipsa Ecclesia diuersis temporibus vsa est ad hoc Sacramentum conferendum: anteà enim ordinabat Diaconum, & Presbyterum per solam manus impositionem cum vnica forma; deindè verò per vtramque materiam, & per duplicem formam. Ita, sed disertissimè, ac pro more doctissimè ratiocinatur P. Amicus.

Adhuc tamen tertius hic dicendi

di modus peregrinus mihi videtur, ac violentus, nec minores pati difficultates, quàm duo alij præcedentes. Illud enim perdifficile & dictu, & captu duco, Catholicam Ecclesiam aliquando constituisse, vt alterutra materia, vel manus impositio, vel instrumentorum traditio, esset apud omnes Fideles, ac proindè etiam apud Latinos, sufficiés, & integra materia cuiuscunque Ordinis. etenim oppositum ab ipsa Ecclesia constitutum, colligo ex Concilijs, ex Decretis Summorum Pontificum, ex Patribus, ex Ritualibus, ex praxi, ex omni denique ratione; vt tum ex ijs, quæ hactenùs dicta sunt, percipi potest; tum ex infrà dicendis, præsertim in Responsione ad allatas pro ista sententia rationes, ostendam.

Quarè, sicut priscis illis Ecclesiæ temporibus, quando Diaconatus, & Presbyteratus ab omnibus Ecclesijs per solam manus impositionem conferebantur, irrita certè fuisset Ordinatio, si tunc particularis quis Episcopus siue Orientalis, siue Occidētalis, contra vsum, ac præscriptum veteris illius Ecclesiæ, omissa ea materia, vsurpasset in ijsdem conferēdis Ordinibus traditionem instrumentorum: ita pariter esse omninò dicendum puto, cùm deindè posterior Ecclesia Catholica, permittens priscum illum ritum Orientalibus, qui eum retinere voluerunt, præscripsit, & sufficienter in Occidente promulgauit vel per antiquum Ordinem Romanum, vel per nouum Pontificale, vel tandem per Concilium Florentinum, vt traditio instrumentorum esset præterea Diaconatus, & Presbyteratus materia; ex eo inquam tempore nouæ, ac sufficienter promulgatæ præscriptionis Ecclesiæ, adeo necessariam materiam horum etiam Ordinum euasisse apud Latinos instrumentorum traditionem; vt Ordinatio sine illa inter eos facta per solam manus impositionē, & quamcunq; vel aptissimam verborum formulam, irrita planè sit, & inualida. Quòdsi hoc de duplici Ordine illo dicendum est, tametsi aliquando sine traditione instrumentorum vbique conferebantur; quantò magis idem de alijs inferioribus dici oporteat, quos in Ecclesia Latina per traditionem instrumentorum semper collatos esse & conferri debere, perpetuus vsus, & eiusdem Ecclesiæ præscriptio docuit?

36

37

Ad primam ergo P. Amici rationem, seu Syllogysmum, respondetur primò: Nego Maiorem, si accipiatur in eo sensu, qui ad concludendum desideratur. Falsum enim est, Apostolicam Sedem directè vnquàm, aut ex professo, ritum ordinandi Græcorum per solam manus impositionem, approbasse: nam ex eo, quòd iusserit in sua Bulla Clemens VIII., Græcum vnum Episcopum Catholicū residere Romæ, qui Græcos ordinet ritu suo (cuius quidem rei cogens erat necessitas; ne Græci Catho-

38

tholici, præſertim Miſſionarij, ſuis in Prouincijs à Schiſmaticis, hæreticiſue Epiſcopis contumaciter ordinarentur; neue, ſi quando Romæ alio ritu, quàm ſuo, initiati ſuiſſent, ab alijs poſteà Græcis reijcerentur): ex eo inquam Clementis mãdato vix tantùm colligimus, ſed à poſteriori, non à priori, quandam eius de tali ritu non quidem approbationem, aut confirmationem, ſed bonam exiſtimationem, haud tamen præclaram; videlicèt Græcam Ordinationem non malè apud Pontificem audiuiſſe; ſiquidem voluit prædictum ad finem eam in Vrbe fieri. Nec prætereà mirandum, quòd Clemens, Ordinationem illam in priſtino robore ſuo relinquens, hoc iuberet: quippè ſola manus impoſitio in Diaconatu, & Presbyteratu fuerat quondam in ritu veteri materia integra non ſolùm apud Orientales, verùm etiam Occidentales. quapropter euenerat, vt poſt nouum ritum, à Latinis deindè magis explicitum per inſtrumentorum traditionem, toleraret Eccleſia, permitteretque Orientalibus, vt ſuo quiſque ritu, quem à principio licitè accepiſſent, nec vnquàm omiſiſſent, perſeuerarent. Hoc autem de Latinis pariter dici non poteſt, quibus ſemper fuit prohibitum à prçſcriptione noui ritus, ſufficienter promulgati, diſcedere. Et hæc quidem de Clementis Bulla,

39

40

41

Quòd autem ſpectat ad approbationem Congregationis Euchologij; de qua rursùm Amicus loc. citat. num. vlt. ex aliorum relatione ſic loquitur. *Hæc me Viennæ Auſtriæ ſcribente, Roma ſcriptum eſt, poſt longum, ac diligens examen iuſſu Vrbani VIII. omnes materias, & formas Ordinum, quæ hactenùs in ritu Græco ſeruatæ ſunt, quæque in eorum Euchologio habentur, confirmatas fuiſſe.* reſpondetur, quòd etiamſi ita eſſet, vt ipſe refert, neque rem ſuam probaret, vt infrà; verùm ne ita quidem ſe res habuit: nam neque confirmatas, neque abrogatas, neque approbatas, neque reprobatas, ſed tantùm in priſtino ſuo eſſe, ac robore Cæremonias eas Græcorum à S. Congregatione relictas, ego, qui Romæ iam inde ab Vrbano Pontifice ſedeo, ſemper accepi. Vndè verò, aut quonam modo cofirmatas, & approbatas eas dicamus, quando nec Bullam Vrbani, aut alterius Summi Pontificis vllam, nec vllum Sacræ eius Congregationis Decretum hac de re, non dico denunciatum, ſed ne editum quidem vidimus vnquàm, aut audiuimus extitiſſe?

Cæterùm vel ſolum diligens illud, ac longum examen, Vrbani iuſſu nouiſſimè habitum à Latinis ad inquirendum, vtrùm Græca Ordinatio, ſine inſtrumentorum traditione facta poſt noui ritus præſcriptione, rata haberi poſſet, ac firma; ſatis ſuperque eſſe Amico poterat ad ſententiam deponẽdam. quippè, ſi adhuc ita pro dubia illa ducebatur à Latina Eccleſia,

vt ad eius dubietatem euacuandam longa, diligensque discutiio requisita sit; quis vnquàm credere valeat, Latinam ipsam Ecclesiam aliquandò constituisse, vt eiusmodi Ordinatio, ab ipsis etiam facienda Latinis, rata esset, ac valida.

Adde, quòd etiamsi darem, quod falsum est: simplicem aliquã approbationem, & à Clemente Papa per suam Bullam, & à Sacra Congregatione per aliquod Decretum, apertè, ac directè fuisse hac de re exhibitam: neque tamen idcircò sequeretur (quod ad concludendũ desideratur) determinasse Papam, aut Latinam Ecclesiam, pro integra materia Græcæ Ordinationis manus impositionem; scilicèt definitiuè, & Apostolica auctoritate decreuisse, vt manus impositio esset apud Græcos sufficiens Ordinũ materia. Nam aliud est, simpliciter approbare, hoc est, ob dictam permissionem validum, ratumque esse adiere modum ordinãdi Græcorum: in quo casu præsuppositus tantùm fuisset valor in ritu, non autem datus: & aliud est, Apostolica auctoritate decernere, vt ritus ille validus, ratusque sit; quo decreto datus præterea rituì fuisset valor; quodque nulli vnquàm Summo Pontifici venire in mentem potuit.

Respondetur secundò ad Syllogismum: transeat Maior, quomodocunque intelligatur, etiam insensu, quòd Apostolica Sedes Clementis, & Vrbani directè approbasset, immò verò definitiuè decreuisset pro integra materia Græcæ Ordinationis manus impositionẽ; 42 nego autem Minorem: nego inquã, eandem manus impositionem euasisse per hoc in omni Ecclesia, etiã Occidentali, sufficientem, & integram Ordinis materiam; & Christum non dedisse potestatem Ecclesiæ determinandi materiam aliquam vt sufficientem pro vna tantùm Ecclesia, & non pro alia.

Ad primam huius minoris probationem, ex Inductione aliorum Sacramentorum petitam, respondetur primò, retorquendo sic eandẽ Inductionem: Nullum aliud Sacramentum habet vbiq; pro sufficiente alterutram ex duabus certis materijs: ergo neque hoc habet Ordinis Sacramentum. Respondetur secundò, negando, Inductionem illam esse veram: quippè inter alia Sacramenta est Matrimonium, cuius contractus clandestinus in ijs Ecclesijs, vbi Concilium Tridentinum non est receptum, perseuerat esse sufficiens materia Sacramenti, sicut erat vbique antedictum Concilium; secùs verò in alijs Ecclesijs, vbi talis contractus desijt ex præscriptione eiusdem Concilij esse sufficiẽs materia Matrimonij, sed requiritur contractus, seu consensus publicus coram Parocho, & testibus. Respondetur tertiò: transeat Inductio: nego tamen Consequentiam: non enim omnia Sacramenta sunt eiusdem rationis, & essentiæ, vt quod essentialiter non competit alijs, nec possit eorum

43

44

uis-

rum alicui conuenire: quandoquidem Inductio non concludit, nisi 45
fiat inter ea, quæ eâdem habent essentiam. Falso inferrem, Leonem non esse rugibilem ex eo, quòd rugibilia non sunt animalia cætera: rectè verò id inferretur, si cætera animalia Leonis haberent essentiã. Adde, quòd Sacramenta pendent à libera institutione Christi, qui potuit in materia cuiusquam eorum non eundem modum præscribere, quem præscripserit in aliorum materijs.

Ad secundam eiusdem Minoris 46
probationem, ex Ecclesiæ vnitate deductam, ac sæpiùs aliàs inculcatam, vt videatur totum istius sententiæ robur ipsi incumbere; respõdetur primò, diuersitatem formalem rituum diuersarũ Ecclesiarũ in Sacramentis perficiendis nihil officere vnitati Ecclesiæ Catholicę; ad quam cõstituendam sufficit vnitas Capitis, vnitas Fidei, & vna etiam Sacramentorum administratio, vna inquàm quoad substantiam, non quoad modum, hoc est, 47
vt eadem Sacramenta in Ecclesia administrentur, quomodocunque administrentur, dummodò ritè, ac validè. & hoc significat illud Ephes. 4. *Vnus Dominus, Vna Fides, Vnum Baptisma*. vnum scilicèt, atque idem Sacramentum erit tam in Oriente, quàm in Occidẽte Presbyteratus V. G. qui confertur; etiamsi alia hic, alia ibi materia ex instituto Ecclesię collatus fuerit. Cùm igitur ex cõfesso dederit Christus Ecclesiæ potestatem determinandi in speeie materias, & formas huius Sacramenti; cùmque benè etiã Ecclesię vnitas saluaretur, si pro diuersis Ecclesijs partialibus non eædem, sed diuersæ materiarum, & formarum species determinarentur; vtique ratio ista Ecclesiasticæ vnitatis non obstat, quominùs Ecclesia id efficere possit. Patet instãtia in exemplo Matrimonij, de quo suprà.

Respondetur secundò: transeat Antecedens: nego autem sequelam illius. Nam, etiamsi daretur, formalem diuersitatem materiarum huius Sacramenti pugnare cum Ecclesiæ vnitate; neque tamen sequeretur, vnitatem hãc tolli, si in vno loco determinaretur ab Ecclesia pro sufficienti eius materia sola manus impositio, in alio sola instrumentorum traditio, vel vtraque materia: & ratio est, quia hæ duæ materiæ, quamuis ad inuicem comparatæ, sint rationes formales specie differentes; tamen consideratæ in ratione generica signi expressiui potestatis Ordinis (sub qua vnica ratione, ex institutione Christi determinata, concurrunt ad potestatem Ordinis conferendam) non sunt diuersæ formaliter, sed tantùm materialiter: vtraque enim est vna ratio formalis generica, expressiua, & effectiua potestatis Ordinis: vndè vt sic consideratæ, specificarent vnitatem Ecclesiæ, si ad illam (quod suprà negauimus) pertinerent. neque id mirùm: siquidem etiam

stus

etiam in Phyſicis potentiæ vitales ſpecificantur, ſeu ſumunt ſuam vnitatem ab vna ratione formali obiecti generica, non ſpecifica: vt potentia viſiua ab vna ratione formali generica colorati, non ſpecifica talis, vel talis coloris; potentia volitiua non ab hoc, vel illo ſpecie volibili, ſed ab vna ratione generica boni; & ſic de alijs. Idem dico de habitibus ſcientiarum, virtutum, &c. vna eſt ars Medicinę, quia vnũ genere eſt corpus ſanabile; vna eſt ſcientia Metaphyſicæ, quia vna eſt ratio generica ẽtis; vna eſt virtus Fidei, quia vnum genere eſt obiectũ credibile, vt diuinitùs reuelatum, etſi multę articulorũ Fidei ſpecies.

Confirmatur hoc ipſum primò; quia conſenſus, ſeu contractus clãdeſtinus, & publicus, quamuis ſint diuerſæ ſpecie materiæ formales Matrimonij pro diuerſis Eccleſijs; quia tamen conueniunt in vna ratione formali generica contractus legitimi vt ſic, ſub qua ratione Chriſtus materiam huius Sacramẽti inſtituit, benè poſſunt Eccleſiæ vnitati congruere: ergo idem à pari dici poſſet de Ordine.

Confirmatur ſecundò ad hominem: Nam inquit Amicus nu. 58. *Potuit Eccleſia pro Varijs temporibus Varias adhibere materias huius Sacramenti, irritando priorem, & nouam ſtatuendo.* Et paulò poſt rationem reddit: *Quia, ſi penès Eccleſiam eſt, materiam huius Sacramenti aſſignare, aſſumendo illam, Vt ſignum expreſſiuum poteſtatis; poterit pro Vno tempore aſſumere Vnam materiam pro ſigno expreſſiuo poteſtatis, pro alio aliam, priorem irritando.* Et rursùs num. 59. afferens diſparitatem inter diuerſitatem tẽporum, & diuerſitatem Eccleſiarum: *Non eſſet*, inquit, *Vna Eccleſia, ſi in diuerſis Eccleſijs diuerſæ eſſentialiter eſſent materiæ Sacramentorum. Eſt autem ſemper Vna, etiamſi pro diuerſis temporibus Varietur materia; quia non Variatur in ratione ſigni formalis, ſed tantùm materialis; Vnde in ratione ſigni formalis ſemper manet eadem.* Quarè ſic ipſe argumentor: Eccleſia Chriſtiana non magis eſt vna ſecũdùm vnitatem eius permanentem, hoc eſt, comparata ad plures Eccleſias partiales, quæ vno ſimul tempore eam conſtituunt; quàm ſecundùm vnitatem eius ſucceſſiuam, hoc eſt, comparata ad omnia ſua tempora. nam, ſicut in ſingulis quibuſque temporibus vnitatem indiuiſam permanẽter habuit; ita pariter toto ſuo tempore vnitatem indiſcretam ſucceſſiuè habere debuit: ſemper enim eſſe in ea debuit etiam ſucceſſiuè vnum Caput, vna Fides, & vna eorundem Sacramentorum communicatio. Sed potuit per Amicum in tota, & ſucceſſiuè vna Eccleſia eſſe diuerſitas materiarum huius Sacramenti pro diuerſis temporibus, ſalua eius vnitate ſucceſſiua; taliſque variatio materiarum non fuiſſet in ratione ſigni formalis, ſed tantùm materialis: ergo poterit etiam in tota

& permanenter vna Eccleſia eſſe, diuerſitas materiarum eiuſdem Sacramenti pro diuerſis Eccleſijs partialibus, ſalua eius vnitate permanenti; ac talis variatio materiarum non erit in ratione ſigni formalis, ſed tantùm materialis. vtrobique enim par ratio eſt. igitur potuit Eccleſia pro diuerſis etiam locis diuerſas deputare materias ad eundē Ordinem conferendum, irritando ſcilicèt pro Eccleſia Occidentali tantùm, & non etiam pro Orientali, manus impoſitionem vt integram, & ſufficientem Ordinis materiam. Alioquìn, ſicut ipſe, comparans vnam Eccleſiam partialem cum altera, dicit, ſi vno ſimul tempore varietur in illis materia, nō ſaluari vnam rationem ſigni formalis, nec vnitatem Eccleſiæ permanentē; quia variata materia non ſignificaret ampliùs ex inſtituto Eccleſiæ in vno loco poteſtatē illam Ordinis, quam ſignificaret in altero: ſic etiā ego, comparans totam Eccleſiā iuniorē cum tota Eccleſia ſeniori, per eandem pariter rationem dicerem, ſi pro diuerſis temporibus varietur in illis materia, non ſaluari pro toto vtriuſque Eccleſiæ tempore vnā rationem ſigni formalis, nec vnitatem Eccleſiæ ſucceſſiuam; quia prior materia non ampliùs ſignificaret in iuniori Eccleſia poteſtatem illam Ordinis, quam anteà ſignificaſſet in ſeniori.

51

52

53

Et hæc ſatis ad Syllogyſmum, qui etiamſi totus, & cum abundantia concederetur, neque tamen *videretur columna eſſe.* quoniam, interea dum ad antiqua Concilia, veteres Patres, varioſque ſeneſcentis iam Eccleſiæ ritus conciliandos incumbimus, & ad rem vetuſtiſſima quæpiam Eccleſiaſtica conſtitutio poſtulatur, vix ille concludit, Eccleſiam poſtremis hiſce Clementis, Vrbanique temporibus declaraſſe, ad Ordines vbique conferendos, alterutram ſufficere materiam. quid enim ad præteritorum concordiam hæc vltima proficeret declaratio?

Ad ſecundam rationem reſpondeo: Gregorium IX. in cap. *Presbyter*, longè aliter ſenſiſſe, quàm, vt putatur, alterutram materiam ad Presbyteratum & Diaconatum ſufficere: immò, quòd dereuerit ibi oppoſitum, non obſcurè indicant eius verba: inquit enim, *Si in Ordinatione Presbyteri, vel Diaconi manus impoſitio fuerit prætermiſſa, non eſt iterandam Ordinationem, ſed ſtatutis temporibus ſupplendum eſſe, quod omiſſum fuerit.* Non ego idem de vtraque ſenſit materia; alioquìn idem de vtraque materia loquutus eſſet. cùm ergo hæc dixerit de ſola manus impoſitione, & non etiam de traditione inſtrumentorum; innuere certè voluit, inſtrumentorum traditionem ita etiaſſe apud Latinos neceſſariam illorum etiam Ordinum materiam, vt ſi forte omitteretur, repetenda eſſet Ordinatio.

Ad tertiam reſpondeo: Ex eo, quòd priora Concilia vnam declarauere materiam, & alteram poſte-

ſteriora, non ſequitur, Concilium vllum, ſeorſim acceptum, alterutram declaraſſe, vt ex ipſis conſtat principijs: neque, quòd vtraque Concilia, vnà ſimul accepta, hoc fecerint; nam conſtitutio prioris Concilij non ſuſpenditur vſque ad decretum poſterioris: neque tandē, quòd id factum intelligatur à poſteriori Concilio, quatenùs adiuncto priori; quia ſic non alterutra quidem materia, ſed vtraque potiùs Ordini deputata colligeretur, cùm vnumquodque Cōcilium per ſeſe alteram, ac diuerſam materiā conſtituerit. nullo igitur modo iſtius alterutrius materiæ conſtitutio à Concilijs emanauit. Quid autem ex illa Conciliorum varietate ſit inferendum, dicam:

Decreuiſſe Concilium Nicænum 1., & Carthaginenſe IV. pro materia Diaconatus, & Presbyteratus ſolam manus impoſitionem, nihil aliud indicat, niſi priſcis illis Eccleſię temporibus ſolam manus impoſitionem fuiſſe vtriuſque Ordinis materiam integram, ſicut etiam fuerat iam vſque ab Apoſtolis: immò tempore ipſo Gregorij 1. Papæ, qui longè poſt illud Carthaginenſe Concilium extitit, non per inſtrumentorum traditionem, ſed per ſolam manus impoſitionem in Latina ipſa Eccleſia Diaconatus, & Presbyteratus conferebantur, iuxtà Rituales Gregoriani præſcriptionē.

Deindè Concilium Florentinū, quod anno Domini 1439. celebratum eſt, inſtrumentorum traditionem

54 nem, vt materiam vtriuſque Ordinis, promulgans, ſe remiſit ad Romanū Pontificale, quod citans, ait: *Vt in Pontificali Romano continetur.* iamdiù enim inſtrumentorum traditio ab Eccleſia Occidentali, & per antiquum Ordinem Romanū, poſt Gregorij Papę tēpora editum, & per nouum Pontificale, vt materia horum etiam Ordinum neceſſaria, Latinis præſcripta fuerat, adhibenda tamen non ſine prȩcedente manus impoſitione, cuius Florentinum apertè non meminit ob

55 cauſam, quæ adducetur infrà in Reſponſione ad primam rationem ſextę Opinionis. Hoc igitur tempore, ac deinceps, vtraq; materia iam euaſerat pro vtroque Ordine integra, & ſubſtantialis apud Latinos.

Poſtremò denunciaſſe Concilium Tridentinum, *Extremæ Vnctionis miniſtrum eſſe Presbyterum ritè ordinatum per impoſitionem manuum Presbyterij:* non perſuadet, impoſitionem manuum Presbyterij fuiſſe poſteà apud Latinos integram materiam Sacerdotij; ſed ad ſummum, requiri etiam illam, vt materiam partialem: quia per hoc,

56 quòd huius tantùm materiæ mentionem fecerit, traditionem inſtrumentorum, in ritu Latino neceſſariam, non excluſit; ſicut neque excluſit poſteriorem impoſitionē manuum ſolius Epiſcopi, quæ ad complendum Ordinem Latini Sacerdotis erat inſuper neceſſaria. Cur autem Synodus manuum impoſitionis tantùm meminerit, & non

vtriuſque materiæ, duplex ratio adferri poſſet: Vel quia Hæreticis Luteranis, quibus Romani iam ritus, ac Cæremoniæ, ipſu mq; Ordinis Sacramẽtum cœperant faſtidio eſſe, inſinuare voluerit, ſi quãdo deinceps ſacram Ordinationem per illam duntaxàt Apoſtolorum cæremoniam vellent perficere, fore vt ipſis, non ſecùs atque Græcis, id ab Eccleſia permitteretur: quã etiam ob cauſam factum, ni fallor, puto, vt eadem Synodus Tridentina ſeſſ. 23. cap. 3. noluerit ſpeciales huius Sacramenti materias, & formas nominare, ſed tantùm dixerit, *Sacram Ordinationem Verbis, & ſignis exterioribus perfici.* Vel etiam, quia, ſi dixiſſet, miniſtrum Extremæ vnctionis eſſe Presbyterum ritè ordinatum per vtramque materiam, aut per inſtrumentorum traditionem: Græcorum certè & Sacerdotium, & extremam ipſã Vnctionem, irrita declaraſſet. idcirco eius tantùm materiæ meminiſſe, ſatis Concilio viſum eſt, qua vſi erant Apoſtoli, quæque in omni Eccleſia ſemper fuerat, & erat, ſicut eſt etiam num materia Sacerdotij, quanquàm apud Latinos non integra, ſed integranda per inſtrumentorum traditionem, quam Cõcilium non excluſit, ſed quaſi remiſit hoc tum Decreto Synodi Florentinę, tum Romano Pontificali.

Ad quartam denique rationem patet reſponſio ex ijs, quæ modò in Reſponſione ad tertiam dicta ſunt. ex eo enim, quòd Eccleſia Latina diuerſis temporibus diuerſa materia vſa ſit in Diaconatu, & Presbyteratu; non rectè deducitur, alterutram materiam pro quolibet tempore ſibi ipſi conſtituiſſe, vt Ordinibus illis ſufficientem; ſed potiùs pro vno tempore vnam, pro alio alteram, vel vtramque. 57

QVARTVS ergo dicendi modus relinquitur, qui ad varios Eccleſiarum, ac temporum ritus, Conciliorumque decreta componenda, mea quidem ſententia reliquorum omnium aptiſſimus videatur: quo nimirùm dicamus, Eccleſiam Catholicam, in cuius arbitrio Chriſtus materias, & formas huius Sacramenti in ſpecie determinandas reliquerit, eas pro diuerſitate Prouinciarum, ſeu Nationum, atq; etiam temporum non eaſdem, ſed diuerſas inſtituiſſe: ita tamen, vt pro diuerſitate temporum diuerſas quidem materias aſſignauerit, non abrogando veteres, ſed magis explicitas eas reddendo per nouas; pro diuerſitate vero Prouinciarum, ſeu Nationum alias à principio materias in Subdiaconatu, cæteriſque Ordinibus inferioribus dederit Latinis, alias Græcis: porrò in Diaconatu, & Presbyteratu eaſdem initiò vtriſque præſcripſerit; deinde verò, cùm veteres per nouas explicuit, Occidentales tantùm Eccleſias recenti hoc ritu obligauerit, Orientalibus autem permiſerit, vt priſtinis vterẽtur materijs. Sic ergo factum eſt, vt pro ſingulis ritibus, atq; temporibus 58 59

illud ſemper in una, eademque tota Eccleſia ſeruatum ſit, quod Chriſtus generatim monuit, ac præcepit, vt ſcilicèt Ordines conferrentur per aliqua viſibilia ſigna, & verba, quæ eſſent apta ad eorum poteſtates ſignificandas.

Hinc eſt, quòd in Ordinibus non hierarchicis, vt ſubdiaconatu, alijsque inferioribus, quorum nulla fit in ſacris litteris mentio, apud Latinos ſola inſtrumentorum porrectio pro materia ſufficit; qui tamen apud Græcos ſola manus impoſitione traduntur.

Hinc ſimiliter factum eſt, vt ſemper in Orientali Eccleſia, & etiam quandoque in Occidentali, nempè priſcis illis temporibus, traditio inſtrumẽtorum non fuerit materia Sacerdotij, & Diaconatus, ſed tantùm impoſitio manus; quia ſolùm hanc, vt adæquatam materiã eorum Ordinum, ſemper apud Græcos, & olim apud Latinos Eccleſia vſurpauit: ideòque priſca Concilia, Patres, & Latina etiam Ritualia vetera, ſolius manuum impoſitionis in his Ordinibus mentionem faciunt.

Poſteà verò in Occidente tum manus impoſitio, tum inſtrumentorum porrectio ex Eccleſiæ inſtituto euaſit partialis materia vtriuſque Ordinis. Nam Latina Eccleſia, retinens priſcum illum ritum, ab Apoſtolis introductum, ordinandi Diaconos, & Sacerdotes per manus impoſitionem, materiam hanc magis explicitam reddere voluit, adiungendo paulò poſt illã
60 inſtrumentorum traditionem; ita vt ex vtraque materia partiali, moraliter coniuncta, fiat vna integra, & totalis magis explicita; per quã, & per formam, quę tunc profertur, hoc eſt, in Diaconatu, *Accipe poteſtatem legendi ſanctum Euangeliũ*, &c. & in Presbyteratu, *Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. traditur Diacono quidem completa ſui Ordinis poteſtas, Presbytero autem ſola poteſtas ſacrificandi: deindè vero per alteram manus impoſitionem, & alteram formam,
61 *Accipe Spiritum ſanctum, quorum* &c. datur eidem Presbytero abſoluendi poteſtas.

Vnde colliges primò, quòd qui adſerunt iuxta 4. & 7. Opinionem, vtramque hanc materiam, & vtrãque formam ſubſtantialiter requiri ad Sacerdotem completè conſtituẽdum; intelligant neceſſe eſt ex inſtituto Eccleſiæ Latinæ, quę talem ſibi ritum præſcripſerit, cùm nouum edidit Pontificale; permittens tamen Eccleſiæ Orientali priſtinũ
62 ritum, in quo per ſolam manus impoſitionem, & vnicam verborum formulam conferebatur ſimul Presbytero vtraque poteſtas Sacerdotalis, idque etiam apud Latinos, vt vetera eorum Ritualia indicant.

Nec obſtat huic ritui ratio illa, pro 7. Opinione allata: quòd ſcilicèt Chriſtus Dominus per ea verba *Accipe Spiritum ſanctum, quorum* &c. dederit Apoſtolis poteſtatem dimittendi peccata, quia ex hoc

non

non sequitur, illum instituisse, per ea tantùm verba, & non per alia, ab Ecclesia conferri posse, alioquin debuisset etiam Ecclesia Latina ad hanc potestatem conferendam non manuum impositionem præcipere pro materia, sed insufflationem, quam Christus in illa Cæremonia adhibuerat.

Qui verò docent iuxta 3. Opinionem, solam præcedentem manus impositionem cum sua forma sufficere ad Diaconatum, & Sacerdotium conferendũ; spectant duntaxàt ad priscum illum morem Ecclesiæ veteris: idcircò ipsorum doctrina in Orientali tantùm Ecclesia admitti posset, in qua etiamnum ritus ille antiquus sic inexplicitus perseuerat; secùs autem in Occidentali, vbi iam magìs explicitus, vt dixi, ex Ecclesiæ instituto redditus est.

Colliges secundò, eandem manus impositionem, quæ in Diaconatu, & Sacerdotio præcedit traditionem instrumentorum, non esse in ritu Latino cæremoniam accidentalem, vt efferebat secunda Opinio, sed materiam partialem, quæ ad substantiam Ordinis vtriusque pertineat, vt probant rationes, pro tertia Opinione adductæ: maximè quòd non solùm Dionysius Areopagita, Clemens Romanus, alijque Patres, & Concilia vetera, præsertim Carthaginense 4. can. 3. & 4. præscribunt in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri eandem manus impositionem, vt quiddam Ordini substantiale: verùm etiam 63 ipsum Concilium Tridentinum sess. sione 14. cap. 3. inquit, *Ministrũ Extremæ Vnctionis esse Presbyterũ, ritè ordinatum per impositionem manuum Presbyterij*: vbi apertè loquitur de priori manuum impositione, quæ fit ab Episcopo, & Presbyteris; quamuis prout fit à Presbyteris, dici possit cæremonia accidentalis. Tum quia talis impositio manus erat olim in ijsdem Ordinibus sola, & substantialis materia, tam tempore Apostolorum, vt constat ex Actibus; quàm in ipso ritu 64 veteri Ecclesiæ Latinæ, vt antiquissima eius Ritualia indicant: ergo non est credibile, eandem Latinam Ecclesiam, quæ ritus suos veteres, & Apostolicos semper pro dignitate venerata est, ac potiùs ampliare studuit, quàm abolere, voluisse posteà materiam hanc de substantiali reddere accidentalem.

Ad rationes, quæ pro 2. Opinione afferebantur, respondeo: ad primam, quòd in Sacramentis non requiritur inter materiam, & for- 65 mam coniunctio physica, sed sufficit moralis: vndè satis est, formam subsequi paulò post materiam, præsertim partialem; nam in moralibus, quæ parùm distant, censentur inesse. Adde, falsum esse illud, quòd communiter dicitur, priorem illam manuum impositionem adhiberi in Ordinatione Presbyteri fine vllis verbis. Nam licèt Episcopus nihil tunc propriè dicat, cùm ipse, ac Presbyteri successiuè tangunt

Or-

gunt

gunt caput Ordinandi, vt ſcilicèt detur illi Cæremoniæ locus: tamen immediatè poſt, cùm tenent manus ſuas extenſas versùs illum, quaſi continuando ſic eandem manus impoſitionem immediatè præteritam, dicit Epiſcopus Orationem antiquiſſimam, quæ in ritu Latino veteri erat forma deprecatiua ad Presbyteratum completè conferendum: quamuis nunc, cùm ritus ille antiquus factus ſit magis explicitus, forma, correſpondens vtriq; materiæ partiali, ſit illa, quæ profertur in traditione inſtrumentorũ ad conferendam poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam.

66

67

Ad ſecundam, & tertiam reſpondeo, argumentum nihil concludere contra nos, qui ſuſtinemus, materias, & formas Ordinum determinatas eſſe in indiuiduo ab Eccleſia. Ratio autem, cur Latina Eccleſia in Hierarchicis tantùm Ordinibus conferendis, & non etiam in alijs inferioribus, præter exhibitionem inſtrumentorum, imponat etiam manus, eſt; quia in illis Ordinibus confertur Miniſtris excellens quædam poteſtas diſpensãdi alijs Sacramenta; idcircò imponitur etiam manus, vt (quemadmodùm loquitur D. Thomas in ſupplem. quæſt. 37. art. 5. in corp.) *detur illis plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia fiant idonei*. Tum quia ijdem hierarchici Ordines, nimirùm Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus ab Apoſtolis tradebantur per manus impoſitionem; reliqui verò Ordines in ſacris litteris non memorantur.

68

Ad quartam, in qua eſſe videtur aliqua difficultas, reſpondet Emin. Bellarminus, Conſtitutionem illam Gregorij Papæ IX. fauere potiùs ſententiæ, quæ ſuſtinet, impoſitionem manus eſſe in Diaconatu, & Presbyteratu cęremoniam eſſentialem: *Quod enim*, inquit, *Pontifices nolint repeti Cæremonias ritè peractas, & tamen ſuppleri, quod omiſſum eſt; indicat, eas Cæremonias poſſe diuidi, & dari diuerſo tempore, & eſſe efficaces, quocunque tempore dentur*.

Bellar. com. 2. de Sacr. Ordin. c. 19.

Verùm, licèt hoc dici poſſit in Ordinatione Presbyteri de poſteriori manuum impoſitione, per quam tribuitur poteſtas abſoluendi à peccatis; quæ quidem cæremonia differri poteſt poſt primam ad omne aliud tempus, & eſſe efficax, quocunque tempore detur: tamen dici non poteſt in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri de illa impoſitione manuum, quæ præcedit porrectionem inſtrumentorum, & de qua loquitur ibi Gregorius Papa, vt indicant eius verba immediatè ſequentia. Nam talis impoſitio manus in tantùm eſſet efficax in ritu Latino, ſeu eſſentialiter neceſſaria ad Ordinem Diaconatus, & etiam Presbyteratus quoad poteſtatem conſecratiuam; in quantùm moraliter coniungeretur cum porrectione inſtrumentorum, & cum forma, huic porrectioni correſpondente, in cuius prolatione chara-

reli-

cter

ter vtriusque Ordinis imprimitur. quòd si tunc omitteretur, & ad aliud tempus dilata, separatim adhiberetur, non haberet illam essentialem efficaciam. Tum quia, si esset essentialiter requisita, vtique sine ipsa neuter Ordo subsisteret; ac proindè repetenda esset Ordinatio priùs facta: quod Gregorius prohibet. sin autem adhuc sine ipsa Ordo subsisteret: ergo non esset requisitũ essentiale: quod apertè negat Bellarminus, maxime in Ordinatione Diaconi, vbi præter illam non fit alia impositio manus.

69

70

Respondet secundò Verricellus; priorem illam manus impositionẽ esse quidem materiam essentialem, at non totalem, sed partialem: sine partiali verò materia posse etiã haberi compositum tam physicum quàm morale. vndè, si illa omitteretur, non esset irritum Sacramentum.

Sed neque ista responsio plenè satisfacit: nam si sine partiali materia posset adhuc haberi idem compositum, seu Sacramentum; ergo talis materia non esset illi Sacramẽto essentialis. non enim haberi aliquid potest sine sua essentia.

71

Explico igitur prædictas responsiones clariùs in hunc modum: Hæc eadem impositio manus in nouo ritu Latino pertinet quidem ad substantiam, & integritatem vtriusque Ordinis, non autem ad essentiam: seù non est cæremonia accidentalis, neque essentialis, sed substantialis, & integralis, sicut etiam in Sacramento Pœnitentiæ Satisfactio est pars materialis illius, non essentialis, neque accidentalis, sed substantialis, integrans Sacramẽtum; & brachium in homine est pars integralis illius. Vndè meritò dicit Gregorius Papa, supplendam esse posteà, si per errorem omittatur, non quasi aliquid essentiale defuisset, sed substantiale, quod si positum esset, integrasset simul cum traditione instrumẽtorum materiam: posteà verò supplebitur, tanquàm cæremonia principalissima, & substantialis, integrans, & complens Ordinem; sicut Satisfactio integrat, & complet pœnitẽtiæ Sacramentum.

Ad quintam de Concilio Florentino respondebimus infrà in responsione ad primam rationem 6. Opinionis.

Colliges tertiò; eos, qui sentiunt iuxtà 5. Opinionem (quę communiter quidem reijcitur) in Presbyteratu per solam posteriorem manus impositionem, & formam illam, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. conferri vtramque potestatem Sacerdotalem, non rectè ratiocinari: tum quia, vt suprà diximus, traditio instrumentorum facta iam est in ritu Latino materia essentialis Sacerdotij; vt constat ex Concilio Florentino: tum etiam, quia noui Presbyteri ante postremam illam manus impositionem existimantur consecrare de facto cum Episcopo corpus, & sanguinem Christi: ergo priusquàm illa fiat, con-

consecrandi potestatem accipiunt.

Ad rationes pro eadem opinione allatas, respondeo: Ad primam, quòd prior illa manus impositio Episcopi, & Presbyterorum, quatenùs fit ab Episcopo, non est cæremonia accidentalis, sed materia substantialis, tametsi partialis, vt iam explicatum est. Ad Secundam, quod etiam per posteriorem manus impositionem, & verba illa, *Accipe Spiritum sanctum* &c. Presbyter ordinatur, & accipit gratiam Spiritus sancti; non quidem ad potestatem consecrandi, quam acceperat anteà, sed absoluendi.

Colliges tandem contra 6. Opinionem, neq; per instrumentorum traditionem, ac suam formã, *Accipe potestatem offerendi* &c. conferri Latino Presbytero vtramq; simul potestatem consecrãdi, & absoluendi, sed solùm potestatem consecrandi Eucharistiam. Nam si Episcopus, cùm deindè manus imponit, dicẽs, *Accipe Spiritum Sanctum*, &c. nullã tribueret potestatem; sequeretur, quòd nullam etiam tribueret gratiam Spiritus sancti, nec Ordinationem, contra id, quod definiuit Cõcilium Tridentinum sess. 23. de Sacr. Ord. can. 4. his verbis: *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem nõ dari Spiritum sanctum; ac proindè frustrà Episcopum dicere, Accipe Spiritum sanctum; anathema sit.* frustrà verò ille tunc diceret, *Accipe* &c. si per hoc dictum nihil acciperetur.

Ad primam eiusdem Opinionis rationem respondeo; quòd Concilium

72

73

74

lium Florentinum, cùm in Decreto pro Armenis tradidit pro materia, & forma Presbyteratus solam porrectionem instrumentorum cum illis verbis: *Accipe potestatem offerendi* &c. hoc non fecit, quasi completum ritum huius Ordinationis declarans. Supponebat enim, fuisse iam hoc ab Ecclesia sufficienter declaratum in Romano Pontificali; & ideò ibidem subiecit; *Vt in Põtificali Romano continetur*: sed huius tantùm materiæ, ac formæ mentionem fecit; quia loquens ibi cum Armenis, ac supponens, eos iuxta communem Orientalium ritum manus impositionem cum aliqua verborum formula in Ordinationibus non omittere, voluit de hac alia explicatiori materia, & forma illos instruere, vt si vellent hanc insuper iuxta firmiorem Occidentis ritum adiungere, possent. Cæterùm, sicut per ea verba Concilium Ordinationem Orientalium irritam non declarauit, eoquòd porrectionem instrumentorum omitterent; sic etiam per eadem verba non excluſit à materijs, & formis Presbyteralis Ordinationis Latinæ manus impositionem, ac verba illa, *Accipe Spiritum sanctum*, &c.

Ad secundam respondeo; quòd Occidentalis Ecclesia successu temporum magis, ac magis explicitum reddidit ritum Ordinationis, non detrahendo à ritu veteri quidquam substantiale, sed illi superaddendo. Primitùs enim conferre solebat vtramq; Presbyteralem potestatem

per solam priorem illam manus impositionem, & Orationes consecratorias, sine traditione instrumentorum, vt ostendunt antiquissima eius Ritualia, & præcipuè Sacramentarium Diui Gregorij. Deindè superaddidit illi manuum impositioni, & formæ deprecatiuæ porrectionem instrumentorum, & formam imperatiuam, *Accipe potestatem offerendi*, &c. tribuens etiam sic vtramq; simul potestatem, nempè primariam consecrandi Christi corpus, & sanguinem, & secundariam dimittendi peccata, tanquàm accessoriam ad illam: quod constat ex antiquo Ordine Romano, in quo deest posterior illa manuum impositio cum forma, *Accipe Spiritum Sanctum, quorum* &c. Postremo tandem, quando Apostolica Sedes, antiquo Ordine reformato, nouum edidit Pontificale, hanc præterea peculiarem materiã, & formam adiunxit, ad potestatem dimittendi peccata seorsim conferendam. Quarè nunc, ex defectu intentionis Ecclesiæ, per priorem illam formam, *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. non confertur hæc alia absoluendi potestas, sed tantùm potestas consecrandi Eucharistiam, nec non, quæ ad illam sequitur, baptizandi, & administrandi Sacramentum Extremæ vnctionis. 75

Ad tertiam respondeo; verba illa Concilij Tridentini, quibus asserit, Apostolis, eorumq; successoribus in Sacerdotio potestatem à Christo traditam esse consecrandi Eucharistiam, & absoluendi à peccatis, nihil concludere contra nos: cùm non declarent, duplicem hanc potestatem esse simul eodem tempore traditam, & per eandem formam, nec materiam: maximè cùm ex alijs eiusdem Concilij verbis colligatur oppositum, vt in Opinione 7. visum est. Et hæc hactenùs cum Latinis. Nunc ad Armenum ritum reditum faciamus. 76

QVAE SINT IN ARMENO Ritu materia, & forma Presbyteralis Ordinationis?

Sectio IV.

DICO primò: In Armeno ritu materia Ordinationis Presbyteri non est porrectio Calicis cum vino, & patinæ superpositæ cum pane. Probatur: nam Armenus Episcopus, seu potiùs Armena Ec-

ՈՐ ՈՒՆԻ ԻՍԿ

1 Հի՛ն, և ձև քահանի՛ն ի ձեռնադրու-
թե քահանայական հայոց.

Գլուխ Դ՛.

ԿԱՑՈՒՑ ասեմք. Թէ նիւթ քահանայական ձեռնադրութե ոչ հայելն է դնելն բաժակի ի ձեռնադրելոյն գինեւն ընդ գինեաց և գամպզմանն ընդ հացի: Զոր ցանկ
այս. քանզի հայոց եկեղե ոչ գոյ գոյ
այնպէս

Ecclesia, cùm hanc tradit materiam, non profert formulam verborum idoneam, nec habet intentionem ordinandi per eam Presbyterum; sed supponit, fuisse iam illum plenè ordinatum per cæremonias præcedentes: ergo per traditionem talis materiæ nullam ei tribuit Ordinis potestatem. Consequentia patet: quia ad conferendum Ordinem non sufficit sola traditio materiæ, sed requiritur etiam, vt Episcopus proferat formam idoneam, & intendat per intentionem vel particularem, vel saltem vniuersalem suæ Ecclesiæ, Ordinem conferre per talem materiam. Antecedens probatur: quia præcipit Armena Ecclesia, vt Episcopus, cùm in fine Ordinationis porrigit istam materiam, dicat: *Accipe, suscipe: accepisti enim per Dei gratiam potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum Sacrificium, in nomine Domini nostri Iesu Christi, tam pro Viuis, quàm pro defunctis.* quibus verbis declarat, se tunc non tradere Ordinis potestatem, sed tantùm instrumenta, vt Presbyter illis vtatur ad exercendam potestatem priùs acceptam. Et confirmatur: quia ante hanc cæremoniam traditur Ordinando potestas absoluendi à peccatis, quæ necessariò præsupponit potestatem consecrandi acceptam: ergo porrectio prædictæ materiæ non fit ad potestatem vllam Presbytero conferendam.

DICO secundò: Materia sufficiens Ordinationis Armeni Presby-

teri, quoad poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam, eſt ſola impoſitio manus; & forma ſufficiens eſt Oratio, quam dicit Epiſcopus, cùm primò manus imponit, & præcipuè illa verba: *Concede huic famulo tuo, Vt Ordinem Presbyterij per hanc Vocationem, & manus impoſitionem accipiat*, &c.

Veritas huius aſſertionis probatur primò ex ſupradictis in ſectione præcedente. Probatur ſecundò: quia Ordinatio Presbyteri apud Græcos validè ſit per ſolam impoſitionem manus, & ſimilem formam: quæ eſt; *Diuina gratia promouet N. Diaconum in Presbyterum*; ita enim ſentiunt Doctores cõmuniter; ex quibus Card. Lugo de Sacr. diſp. 2. ſect. 5. nu. 85. ſic ait: *Hodie Epiſcopi Græci Catholici Romæ, dum Presbyteros ordinant, ſciente, & conſentiente Summo Pontifice (me præſente) non per calicis, & patenæ porrectionem id faciunt; ſed per manus impoſitionem ſuper caput Ordinandi; dicente Epiſcopo, Diuina gratia promouet N. Venerabilem Diaconum in Presbyterum*. Ergo ſimiliter dicendum de Armena Ordinatione. Conſequentia hæc probatur a pari, immò à fortiori: tum quia in Græca forma non exprimitur actio Miniſtri Ordinantis, ſicut exprimitur in Armena, cùm dicitur: *per hanc manus impoſitionem*; tum etiam, quia per illam materiã, & formam tribuitur apud Græcos vtraq; ſimul poteſtas Sacerdotalis: ergo multò magis per eaſdem tribui

Ե 5

Ե 6

Ե 7

Ե

bui potest apud Armenos sola potestas conficerandi Eucharistiam.

Obijcies: Armena forma non est indicatiua, vt Græca; neq; imperatiua, vt Latina; sed deprecatiua: forma verò deprecatiua in hoc Sacramento est insufficiens: ergo &c.

Respondetur, negando minorem: quia cùm in hoc Sacramento determinatio formæ, sicut & materiæ in particulari dependeat ex instituto Ecclesiæ, vt suprà ex communiori Theologorum sententia dictum est; sufficit qualiscunque forma ab Ecclesia vsurpetur, etiam deprecatiua, dummodò apta sit ad potestatem Ordinis, qui traditur, significandam. Vndè non solùm Armenum Euchologium, verùm etiam alia Orientalis Ecclesiæ, ac præsertim Antiochenum, Nestorianorum, atq; etiam Maronitarum, qui Catholici sunt, continet in Ordinatione Presbyteri formam deprecatiuam: imò & in ipsis Latinis Ritualibus antiquissimis forma Diaconatus, & Presbyteratus non est, nisi Oratio, vt testantur Morinus par. 3. Exerc. 7. cap 6. & Hugo Menardus in notis ad Sacramentarium D. Gregorij, num 238. Et hoc ipsum videre licet in eodem D. Gregorij Sacramentario. Talem denique formam sufficere, multis rationibus probat Verricellus in Append. quæst. 312. sect. 7. præsertim ex Concilio Carthaginense IV. & Toletano VIII. atque ex Patribus Clemente Rom., Dionysio Areopag., Damaso, Hiero-

ny-

nymo, Chrysostomo, & alijs.

Ժա 11 Obijcies secundò: Concilium Florentinum in Decreto pro Armenis de materia, & forma Presbyteratus sic habet: *Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem*, &c. *Forma Sacerdotij est talis: Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* igitur præscripsit Armenis hoc Cõcilium materiam, & formam in particulari, quibus in Presbyteratu conferendo vti deberent: ac proindè non licuit Armenæ Ecclesiæ cõtra præscriptum vniuersalis huius Concilij aliam formam, & materiam vsurpare.

Ժբ 12 Respondetur, negando Consequẽtiam: Per ea enim verba Concilium non obligauit Armenam, nec vllam aliam Orientalem Ecclesiam ad materiam, & formam illã determinatam in Ordinatione Presbyteri vsurpandã: alioquin expresse prohibuisset Armenijs vsum proprij ritus; quod tamen nõ fecit, sicut neq; Græcis ipsorum ritum prohibuit: sed voluit illis exponere materias, & formas Ordinum iuxta ritum magis explicitum Latinorum, vt ad illum imitandũ inducerentur. Cęterùm ne Latina quidẽ Ecclesia in forma Ordinationis Presbyteri ponit nũc inuocationem Trinitatis, vt tunc Florentinum Concilium admonuerat.

Ժգ 13 Obijcies tertiò: Pontifex Armenus in secunda manus impositione dicit: *O diuina, & cælestis gratia,*

Ցաղանուած ընկղեցեայ և աղօթից բերնանէից՝ զանուզան եղէն տեսակ բանից և նուիրուց՝ ի խորհուրդս յայտնի: վն որոյ ձևն բանին թէ սահմանական եղե. կամ թէ հրամայական. և կամ աղօթական ըստ տալը թէ երկրորդ ընկղեցւոյ. Թուի զոլ բանական վն տալոյ զայս խորհուրդս.

Երկրդ՝ առաջինեցաս. Թէ ասել զերանին ոչ ժողովն գլխոյ՝ ի տահմանադրուածէ, զոր արար վն միաբանութեան հայոց, ուսուցանէ. Թէ քահանայութեն առեալ լինի՝ ի ձեռն առուածէ սկզբի ընդ գնալոյ և մաղթման ընդ հացի. եբր թէ նեն ոչ: և՝ ի ձեռն ձեռաց բանից այսորիկ. ընդ նշանակութեն մատուցանել զպատարագս և այլն:] Ընդդէմ ուրեմն այս առաջ ժողովս հրամայեցաց հայոց զյառաջկն ձև բանին վն տալոյ զքահանայութեն: Ուստի ոչ կարէը հայոց եկեղեցին հաստատել վն ինքն անն եւթեան զայլ նեւթ և զայլ ձև բանին ընդ դեմ հրամանի տիեզերական ժողովոյ. որ գոտարեցաւ՝ ի յամ եկեղեցաց յարևելից և յարևմտից. և ընկեն առնոյ և հրեշտակք հայոց եկեղեցւոյն:

Պատ. Թէ աբ ժողովն գլխոյն ոչ հրամայեաց հայոց, և ոչ այլ ազգի ունին, առնել այսպէս կամ այնպէս զձեռնադրուածն. այլ միայն տահմանեաց և ուսոյց առ հաստատակ. Թէ իւրաքանչիւր աստիճան առեալ լինի՝ ի ձեռն երեսելի նեւթոյ, և ձեռոյ բանին: և յետոյ առ՝ ի յօրինակ եբ ևր ընծայեաց և զձև, որովք վարին յարևմտեան եկեղեցիք. որ ասեն ըզ կատար քահանայութեն ոչ միայն զնել

լով

tia, quæ semper supples indigentiam
14 ministerij Ecclesiæ Apostolicæ, Voca
N. è Diaconatu ad officium Sacer-
dotij. qua prece indicare videtur,
Oblatum non suscepisse Sacerdo-
talem Ordinem per alia verba, in
priori manus impositione prolata,
Concede huic famulo tuo &c. ac pro-
indè neq; se intentionem tunc ha-
buisse dandi per ea verba eundem
Ordinem: igitur præcedentia illa
verba dici non possunt forma talis
Ordinationis, sed potiùs alia po-
steriora, quæ etiam magis similia
15 esse videntur formæ illi Græcorum
*Divina gratia promouet N. Diaco-
num in Presbyterum.*

Respondetur, quòd Armenus Pontifex, quantùm est ex se, sem-
per in tota illa actione intentionem habet conferendi Oblato Presbyte-
ralem Ordinem; quem tamen dici-
mus ab ipso conferri, quoad solam
potestatem consecrandi, potiùs per
verba in priori manus impositione
prolata, quàm per alia subsequen-
tia; quia non modò illa priora ad
16 hoc sufficiunt, verùm etiam aptio-
ra sunt, quàm alia posteriora, in
quibus non exprimitur actio Mini-
stri, sicut in illis. Nec obstat, quòd
iterùm deindè replicet Pontifex si-
miles preces, & manus impositio-
nes: cùm illæ non ad aliud iterentur,
nisi ad rursùs repræsentandam, &
confirmandam priorem illam Cæ-
remoniam, vt passim accidit etiam
in alijs ritibus præsertim Orientali-
bus. Adde quod preces illæ subse-
quentes bene etiam referri possunt

ad

ad complementum Ordinis Sacerdotalis petendum, hoc est, potestatem dimittendi peccata, tradendam deindè ab eodem Pontifice per aliam Cæremoniam.

DICO tertiò: Armenus Episcopus sufficienter tradit potestatem dimittendi peccata per ligationem cinguli, & verba illa: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atq; soluendi; quam & Dominus noster Iesus Christus dedit sanctis Apostolis, dicens: Quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo.* (vbi aduertant Armenij, dictionem illam, *dedit*, non congruere cum subsequentibus Christi verbis: quæ cùm ille protulit Matth. 18., tunc non dedit, sed dandam promisit Apostolis eam potestatem, quam deindè post Resurrectionem tradidit per alia verba, etsi similia quoad substantiam, dicens Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata*, &c. Non enim illam ante tradere debuit, quàm eos in vltima Cœna Sacerdotes institueret). Probatur assertio: quia vtraque ista symbola, nempè ligatio cinguli, & verba prædicta, sunt apta ad collationem huius potestatis significandam: ergo nihil obstat, quominùs possit Armena Ecclesia, post traditam potestatem consecrandi Eucharistiam, illa vsurpare, tanquàm materiam, & formam, vt hanc aliam conferat potestatem; maximè quòd Con-

Յէ 17 Կանխել. Ջէ նուիրելն զեռ էս ոչ առեալ էր զաստիճանն. այլ կամի էս քան զէս հաստատակ զառնալն ի նմանէ՝ ի ձեռն այլոց նմին արարողութեանց և աղաչանաց. զի սուբայ մերում էրէցութեանն և հաստատուն գոյն առաքին արարողութիւն, և զայն առաքին աղաչանս. որք եղեն նախ քան զձև աստիճանիս: Երկրորդ պատճառ. Ըէ յայնժամ Ըէ ոչ էր նուիրեալն առեալ էր յատուկ դէմահանայութեան զոր իշխանութիւն պատարագելոյ. սակայն ոչ էս առեալ էր զնա զոր այլ միւս իշխանութիւն արձակելոյ ի մեղաց: սակս այսորիկ եպիսկոպն կրկին աղաչէ զնա. մալ զկատարեալ քահանայութիւն. Յի. զոր այլ միւս իշխանութիւն արձակելոյ. զոր ինքն յետոյ երբեմն զպաշտօնեայսն իւր պարգեւէնայ ի ձեռն այլոց արարողութեանց:

Յէ 18 Երրորդ" ասեմք. Ըէ առ հայոց քահանայն քահանայական աստիճանն զոր իշխանութիւն արձակելոյ ի մեղաց. է կապելն զմեղս ընդայելոյն գօտով: և բառական ձև բանին է բանն այն, զոր ասէ եպիսկոպն ի կապելն. Յի. ձեռն իշխանութեանն հոգւոյն սրբոյ կապելոյ և արձակելոյ. զոր տէրն մեր յն ըստ հրամանն առաքելոյն սրբոց առնէր. զոր միանգամ կապէիցէ յերկրի, եղիցի կապեալ յերկինս. և զոր միանգամ արձակեցէ յերկրի, եղիցի արձակեալ ի յերկինս:] Տարօրէն կամիմ զգուշացուցանել զհայս. Ըէ յորժամ ըստ ասացս առաքելոյն զայս բանս յատուկ քան զչարչարանսն. յայնժամ ոչ էս, այլ միայն խոստացեալ առալ զորս զայն իշխանութիւն. զոր յետոյ էս առեալ զկնի յարութեանն աստուածբանէն. էս

ci-

ռեբ

cilium Florentinum, quandò Armenis exhibuit ritum ordinãdi Presbyterum, nullam aliam materiam, neque formam, pro hac potestate specialiter tradenda, eis apertè prescripsit.

Obijcies: Christus, quandò dedit Apostolis potestatem dimittendi peccata, vsus est alijs verbis. dixit enim Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis*; &c.

Respondetur, quòd hæc verba accidentaliter tantùm differunt à verbis illis Armeniorũ: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atq; soluendi* &c. Adde, quòd Christus, cùm dixit Apostolis Matth. 18. *Quæcunque alligaueritis super terram*, &c. signincauit etiam potestatem absoluend in Sacramento Pœnitentiæ, vt communiter docent Expositores.

Ex dictis in hac Sectione patet responsio ad alias duas Obiectiones, quæ pro ratione dubitandi de Ordinatione Armeni Presbyteri adductæ iam fuerant Sectione secũda. Dicimus enim ad vtramque, quòd in tali Ordinatione non priùs traditur potestas absoluendi, quàm confecrandi, quemadmodùm supponebatur. siquidem, vt modò iam vidimus, Cæremonia, per quam tradunt Armeni potestatem confecrandi, non est illa vltima, in qua porrigunt instrumenta; sed illa, in qua primò manus imponunt.

AT in fine huius §. interrogatio fieri posset de quatuor: Primò, cur

Armenij, quamuis diserte fateatur, suæ Ordinationis ritum ex Romana Ecclesia desumptum esse; tamen in Ordinatione Presbyteri Latinorum materiam, quam vsurpant, nempè calicem cum vino, & patinam cum pane, non ritè tunc porrigunt, quandò desiderari videretur iuxta ritum Latinum, sed potiùs in fine, cùm iam peracta est Ordinatio?

Secundò, cur formam, huic materiæ correspondentem, quam à Latinis etiam mutuati sunt, depraua runt, verba illa media superaddentes, ac dicentes: *Accipe* [*susci pe: accepisti enim per Dei gratiam*] *potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum Sacrificium, in nomine Domini nostri Iesu Christi, tam pro Viuis, quàm pro defunctis?*

Tertiò, cur potestatem dimittendi peccata ipsi non cõferunt per impositionem manuum, & verba illa: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris &c.* iuxta morem Ecclesiæ Romanæ; sed potiùs per ligationem cinguli, & ea verba: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atque soluendi?*

Quartò denique, vtrùm ipsis expediat, prædicta omnia corrigere, ac reducere ad ritum Latinum?

Ad primum quæsitum respondeo, quòd ex vetustis Codicibus Sacramentarij D. Gregorij Papæ (à quo, asserunt Armeni, se ritum suæ Ordinationis accepisse) etsi aliqui sunt, in quibus nullibi ponitur traditio illa instrumentorum cum

Հայք առն զիշխանու-Թի պատարա-
գելոյ, ոչ է այս յեռնին, յորում դնեն
ի ձեռս նուիրելոյն զբաժակն ու
զդիսն. այլ է առաքելական, յո-
րում նախ դնեն զպնդն հիմերայ զլեռոյ
ասելով զիշխող պրեսպեր ձեռն բանին:

ԵՂԲՈՐ- ի վնջն պատկիս այսո-
քին կարէր ոչ զհարցուածն ինչ առնել
մի ըղձոյ երայց: Նախ՝ ընդ մի եր նկն
զնացին հայոց զպատճառսն գնեն-
դոր առնու ի ձեռնադրու-Թե բա-
հանայի. յի. զակնհին մաղթմանցն
ընդ գնու-ոյ և հացի. ոչ դնէ ի ձեռս
նուիրելոյն ի սկզբան. յորմէ ամ-
նայն քան գրանկոյ ստիպու-Թեամբ,
այլ իմիջն ձեռնադրու-Թե. յորմէ ամ
նայն կատարելոյ: մանաւանդ՝ զի
ինքեանք խոստովանին ընդունել գրե
գոլն կեսարացւոյն ի լատինաց վրդո-
վեն ի Թագաւորն առ մաքսակալ զնան
ասելով. և կեղծին հայոց զպրիգոր
պատուհաս կարգ առաքեալոց ընդու-
նի. զի այսու կարգաւ առնուն զի
շխանու-Թի առաքեալոց:]

Երկրդ՝ հրց. Ընդ էր ի մէջ ձեռ-
նադրելոյն եղելոյն զբանն
զայն, որ ասացեալ զպատշաճաւորն
եշխանու-Թի ձեռնադրելոյն. և առնէ զնա
այսպէս: ԵՂԲ. (ընկալ. քանզի առեր
զնուիրաբերն այ) իշխանու-Թի ինքել և
կատարել զայ պատարագս յանուն
այս մերոյ յի քի վ կենդանեաց և
նահատակաց:] զի զմիջին քանդ զայն
վերստին ելով աւ երկի ձեռնադրեալ նշա-
նակու-Թի ձեռնադրելոյն:

Երրդ՝ հրց. ԵՂՔ էր ոչ առն զիշ
խանու-Թի արձակելոյ ի մեզայ զնե
լով ձեռս եպիս կոպոսն, և ասելով.
ԵՂԲ. հոգի սբ. ԼԵՔ ու-ս Թողու-
ցուս զմեզս, Թողեալ լիցին նոցայ. և
այլն

այլ :] զատ աւանդութիւնք լսեմք 26
զոմանս այլ տուն գիտեալ զմիջս.
և ասելով , զՀոգի երկնաւորի
կամելոյ և արձակելոյ . և այլն :]

Զայսպիսի հիմն . ևս ՚ի պատշաճ
նկատէ հայոցդ , զոր վերոյգրեալ այլոյ
լուծիս բառնալ ՚ի միջոյ ձեռնադրու-
թիւն եպիսկոպոսի . և հաստատեալ ընդ-
դէմ ասացեալս :

Զի առաջին հաստատուն պատճառ
մէ . Թէ ՚ի հին գրոցն ձեռնադրու-
թիւն սբոյն գրիգորի պատրաստ հանեալ
գտանիմք ոմանք ՚ի գրոցդ այլոյդ
այլ . որ գրեալ ունին գիտակապացեալ 27
պարծեանացն ընդ ձեռոք բան-
նին հարցն ոչ ՚ի միջ քահանայական
ձեռնադրութիւնն . այլ կամ ՚ի վերջն
առնին ձեռնադրութիւնն յորժամ նմա
կատարեցաւ . որպէս յոյնքան գիտէ
քն , որ կայ ՚ի միջ գրոցանն Գրիգոր
յունն ՚ի պղպատուն որ կոչի գիրք
զօնից կամ գրեալ ունին զայն ՚ի սկիզ
բան եպիսկոպոսական ձեռնադրութիւն ,
՚ի միջ օրինացն հռոմին . ոմք յոյնք
նոյն այլ գիրք ոմանք , որ կան առ ՚ի
հռոմ :

Եւ քանզի հայք գրեցին ՚ի գիրս
իւրեանց . Թէ ինքնանքն առնուն զին 28
պակ ձեռնադրութեան ՚ի սբոյն գրիգո
րէ պատճէն : ասեմք այսպիսի կարծիք
կայ , Թէ ենհաս առ նոսա մի ոք յոյն
այլեալ գրոցդ . կամ այն , որ ՚ի միջ
քահանայական ձեռնադրութիւն ա-
ւանդէք զայն նիւթս . յորմէ հռոմ
առնալ եցեն զայն սովորութիւնն ; և
կամ այն , որ աւանդէր զայդ ՚ի միջ
օրինաց եպիսկոպական ձեռնադրու-
թիւն , և հռոմ ՚ի վերուստ յայտնու-
թենէն նոցունց պատրաստէք
առ ձեռնադրութիւն ոչ կարկան , այլ

sua forma ad ordinandum Presbyterum ; tamen in reliquis, vbi reperitur , ponitur quidem non in Ordinatione Presbyteri , ſed Epiſcopi , vt videre eſt in Sacramentario, quod inſeritur in 5. Tomo eiuſdem S. Gregorij, Romę excuſo; & teſtatur Morinus , part. 3. de ſac. Ordinat. Exercit. 7. cap. 1. num. 18. vbi ſic loquitur : *Inſtrumentorum traditio , ſi materia eſt , & forma , ſubſtantialiter Ordinem conſtituens ; non Presbyterum , ſed Epiſcopum primò conſtituebat . nam in Sacramentario Gregoriano ex Bibliotheca Vaticana , inter S. Gregorij opera Romæ edito , iſta inſtrumentorum traditio cum ſua formula deprehenditur , ſed in Ordinatione Epiſcopi, non Presbyteri , & in eo loco Ordinationis Epiſcopalis , qui materiam , & ſubſtantiam Ordinationis his Verbis præſcribit :* Epiſcopus cùm ordinatur , duo Epiſcopi ponant , & teneant Euangeliorum Codicem ſuper caput eius : & vno ſuper eum fundente benedictionem , reliqui omnes Epiſcopi , qui adſunt, manibus ſuis caput eius tangant . hoc facto, accipiat patenam cum oblatis, & calicem cum vino , & det ei , dicens: Accipe poteſtatem offerre Sacrificium Deo , Miſſamque celebrare tam pro viuis , quàm pro defunctis . *Hic autem Codex omnium, in quibus iſtud additamentum reperitur, eſt antiquiſſimus: qui primùm illud addiderunt , Ordinationi Epiſcopi addi Voluerunt , eò quòd Sacrificium Epiſcopo primùm conuenit , deindè*

Presbytero, permittente Episcopo; vt adnotant Rituales, & Canones, Hactenus ille.

Cùm igitur Armenij ex Gregoriano Sacramentario ritum suæ Ordinationis acceperint, ratio postulat, vt credamus; eos, ad Ordinationem Presbyteri potiùs, quàm Episcopi, talem Cæremoniam pertinere adiudicantes, illam ex vno loco in alium forsitàn transtulisse; apposuisse verò ad finem Ordinationis Presbyteralis, eo quòd putauerint, nec ad substantiam huius Ordinationis necessariam esse, cũ prędictum Sacramẽtarium ibi eam non præscripsisset. Cæterùm haud quaquàm mirùm est, si ita se res habuerit in Armenia; cùm etiam apud Tolosates (vt idem refert Morinus ibidem, par. 2. fol. 340.) in veteri Pontificali, quod pertinet ad Bibliothecam Collegij de Fuxo, in Ordinatione Presbyteri traditio instrumentorum cum sua forma, Accipe potestatem offerendi &c. præscribitur post vltimam impositionem manuum, & formam illam, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris* &c. quando scilicet completa iam est Ordinatio: qui ritus, vt idem asserit Auctor, in quibusdam olim Ecclesijs seruabatur.

Per hæc patet responsio ad secundum quæsitum: Ideò enim factum est ab Armenijs additamentum illud in significatione præteriti temporis in medio Latinæ eius formulæ, quæ profertur cum traditione instrumentorum; quia Cære-

mo-

քահանայի. զոր ինչ անցուցեալ ցեն զնոսա ի միոյ աստիճանէ առ միւս: եթէ եդեալ լիցին զնոսա ի վերջն ձեռնադրութեանն, զի թերեւս կարծէին. թէ նա ոչ գոյր հարկաւոր ոք զնան խորհրդոյն: մանաւանդ՝ զի ի յայլոյ լեալ գիրսն սէջոյն գրելոյն պատուէն ոչ գտանելոյ այն արարողութիւն ի մէջ ձեռնադրութեանն քահանայի: ուստի հայք ոչ ջան հնարին. այլ բարւոյ մասք արարին զայդ:

Երկրորդ՝ հարցուածն պահանջէ. Թէ հայք սակս այսորիկ եղծին ի մէջ ձեռս բանին գրանակաց զայն վերջաբերութիւնն ըստ նշանակութեան անցելոյ ժամանակին. զոր ոչ առնէն, ինքեանք զարարողութիւնն զայն ի վերջս. յորժամ ձեռնադրեն քահանայ՝ ի ձեռն այլոց արարողութեանցն: ուստի յայնժամ եպիսկոպոսն ծանուցանէ նուիրելոյն. Թէ առեալ է զաստիճանն քահանայութեան. եւ տայ նմա զդործիսն. ոչ իբրեւ պահանջաւորն նիւթ ձեռնադրութեան, այլ որպէս զինուորաց կատարեալք զարս տարագս ի դիսուկ ժամանակի.

Երրորդ՝ հարցուածն պահանջէ. Թէ հայք ասեն զերկնայնութիւն արձակելոյ ի միտս ի ձեռն այլ ոմի արարողութեան իբրեւ զանց. եւ ոչ ի ձեռն արարողութեան գրանակաց: զի Թէ եւս ոչ գոյն ի մէջ քահանայական ձեռնադրութեան գոյն սրբոյն պրն գործ պատուոյն զայդպիսի արարողութիւն: զոյն որոյ հարկ եղեւ նոցա զայդ նոր արարողութիւն հաստատել մի առ լոյ զերկնայնութիւնն զայն:

Չորրորդ՝ հարցուածն պահանջէ. զի Թէպէտ ձեռնադրութիւն քահանայիցն հայոց լուսո մերոյ կարծեցաս

ուն-

ունի զայս ինչ որ պատուհաս առ հայս կատ-
արած գոյութիւնուրյ, զոր այս պատ-
ճառաւ, զորս բերաք եկեղեցի: Սա
կայն ասեմք. Եթէ հայք զնոր ինչ առնեն
ինչ յոյժ սրբանալի գործառնութեան, և քա-
հանայի եկեղեցուոյն Լատինաց. Եթէ
ի նմին ձեռնադրութեանն կամիցին ի
գործ արկանել զինութիւն և զձևն լա-
տինացւոցն այնպիսի և կատարեալ
կերպիւ և կարգաւ քան որպէս ինքն
պահանջէ: և զայս ասեմք մի հինգ
պատճառաւ:

Նախ՝ զի Լատինաց եկեղեցւոյն
կամք և գիտաւորութիւն եղև ի սկզ
բանէ, զհինս երթալ և հաստատեալ
կերպիւ ձեռնադրութեանն հոգւոյ
եկեղեցւոյն. մանաւանդ քան այնմ
որ ի հարկէ պատուհասի էութեան սբ
խորհրդոյս. Յի. քան նոր ձոյ և ձեռ
քանին Լատինաց ընդ ամենայնի: և
զայս Քանաց կատարել քան կարի Լա
տին. և կատարեաց նոքա ի յայլ ամ
ենայնսդիս ասպիսեանս. որպէս և
միոյ տեսաք: Բայց ի քահանայա
կան ասպիսեանն ոչ կարաց անթերի
զայս կատարել վասնզի ասպա
տառաց ասպիսութիւն զոր ինչ ա
նէր այժմ յոյժ ընդունական և գո
վելի, եթէ հասոյցանէր ի կատա
րումն զայն, զոր ի սկզբանէ կամէ
ցաւ կատարել:

Երկրորդ՝ զի նոյն եկեղեցին հայոց
ասաց զինուորութիւն այսոց ասպիսեանս
ցն ի ձեռն այն նորոգ և այն ձևոյ
բանին, զոր ի կիր առնու հոգւոյն
եկեղեցին. և ոչ քան սովորութեան
յոմանց: ապա ուրեմն ոչ է արժան
նմ ասել մինոյն զքահանայութիւն և զն
չիանութիւն պատուազիրոյ քան սո
վորութիւն յոմանց. և ոչ ի ձեռն նո

նոյ

moniam hanc ipsi exercent, quan-
dò peracta iam est Ordinatio quo-
ad substantiam. quarè Pontifex de-
nunciat tunc Ordinato potestatem
acceptam, & instrumenta tradit,
quibus ille ad eandem exercendam
potestatem suo tempore vti debeat.

Ad tertium respondeo; quòd
per aliam potiùs cæremoniam,
quàm per impositionem manûum,
& verba illa, *Accipe Spiritum san-
ctum, quorum remiseris* &c. confe-
runt Armenij potestatem dimitten-
di peccata; quia hæc cæremonia
in Gregoriano Sacramentario de-
erat, eoquòd talis potestas confe-
rebatur olim implicitè apud Lati-
nos simul cum potestate consecrá-
di Eucharistiam, vt nunc fit apud
Græcos.

Ad quartum respondeo: Quam-
uis Ordinatio Armeni Presbyteri,
prout hactenùs facta est, ea omnia
habere mihi videatur, quæ ad eius
essentiam requiruntur, ob rationes
suprà positas: rem tamen Armeni
eíncient laude dignissimam, & cũ
Ecclesiæ quoque suæ sententia con-
gruentiorem, si in eadem Ordina-
tione materiam, & formam Latini
ritus eo modo, quo par est, vsur-
pare voluerint.

Primò, quia Ecclesiæ Armenæ
voluntas, & intentio fuit à princi-
pio, vt in Ordinibus conferendis,
præsertim quoad ea, quę pertinent
ad substantiam, hoc est, materiam,
& formam, Ecclesiæ Romanæ ri-
tum imitaretur: immò & id facere
conata quidem est, vt vidimus; at-

ta-

tamen in Ordinatione Presbyteri eam aſſequi ritus perfectionem non potuit, quæ in nouo Pontificali Romano præſcribitur: nam tunc temporis fortaſsè ne vetus quidem Ordo Romanus in lucem prodierat; ne dum nouum Pontificale, vndè hoc hauiri potuiſſet. igitur æquum nunc eſſet, ac laudabile, vt ipſa tandem aliquando perfectum ad exitum perduceret, quod à principio conſtituerat.

Secundò, quia in Armeno ritu poteſtas reliquorum Ordinum inferiorum confertur per traditionem inſtrumentorum cum formula verborum correſpondente, iuxta ritum Romanum: ergo non eſt ratio, cur ſolus Ordo Presbyteratus aliter apud eos conferri debeat, ac differenter à Romano ritu.

Tertiò, quia non debet minor fieri conatus in materia Ordinis ſuperioris, quàm inferioris: ſed Armeni conferunt Diaconatum, & ſubdiaconatum non ſolùm per impoſitionem manuũ, verùm etiam per inſtrumentorum traditionem: ergo multò magis per hanc vtramque materiam, & non per ſolam manus impoſitionem, tradere deberent Presbyteratum; qui; vtpotè aliorum omnium excellentiſſimus, reliquos Ordines virtualiter continet; & ad ipſum, tanquàm ad finem, reliqui ordinantur.

Quartò, quia in re graui, circa quam variæ verſentur opiniones, id procul dubio tutiùs eligitur, ac eligi debet, in quo Doctores omnes

ՀԲ 35 Ասոյ և ձեռոյ բանիւն հռոմայական եկեղեցոյն:

Երրորդ՝ զի հարկաւոր անհնար զի բազոյն աստիճանի ոչ պարտ է գոլ պակասագոյն քան զնոր վայրագոյն աստիճանի: իսկ հայոց եպիսկոպ՝ ի տալն ձայնութեան ձեռնադրել. փոխանակ նոր ասոյ ոչ միայն դնէ զձեռն՝ ի վերայ գլխոյ նոր երիցոյն. այլ և տայ նմա զգործիսն ձեռնադրել կամ արկաւագութեան, առնելով յայնժամ զկարիսաւոր ձեռն բանիւն: զոր ոչ պարտ է համարիլ ի տալ զայսոսիկ բահանայութեան վարել պակասագոյն նորոյն. այլ. դնել միայն զձեռն իւրեարոյ գլխոյն առանց տալոյ զբահանայական գործիսն: զի Քրիստոս առաքեալ լինելն՝ ի վեր ջն ձեռնադրեաց. սակայն՝ ի վուր և ընդ վայր լինի այս. զի յայնժամ կատարեցաւ ձեռնադրութիւն. և ոչ ասի պատշաճաւոր ձև բանիւն, այլ ասի. Քէ առէր զկարողութիւն պատարագիլոյ: մանաւանդ՝ զի բահանայութիւն, եթէ զերազոյնդ ինն աստիճան, ներընդունի զօրութիւն զայլ ամ աստիճանսն վայրագոյնս. սակայնոյնիկ նոր ձեռնադրեալ պարտ էր գոլ լիագոյն, և ոչ պակասագոյն, քան զայլոցն:

ՀԳ 36

ՀԴ 37

Չորրորդ՝ զի յորժամ մեզ եր ինչ փոյթ մեծ լինի. յայնժամ՝ ի բեկուց հարց նայ զերէն՝ լաւագոյն է զայն ընտրել, որոյ ամ միջոցաւ միաբան նալ հաւանիմք. քան զայն, որոյ ոմանք հաւանին, և այլ ոմանք հաւանական: այլ՝ ի յոյժ զգաստաւ վար գնալոյ Քրիստոս ոմանք կարծեն Քէ դնելն նպիսկ միայն զձեռն ի վեր գլ խոյ նոր երիցոյն առանց տալոյ նմա

զբա-

ղքահանայական գործ-քան՝ կարէ լի-
նել բաւական նիւթ ձեռնադրու-
թեան քահանայի: ասկայն այլ ոմանք
հակառակին, ասելով. Թէ այդ չէ՛
բաւական: քանզի ամէն վրդովմունք ևրկո
յուղց կողմանցս միաբանական ասէն.
Թէ զերկուքին նիւթ ի գործ արկա-
նելն առաւել հաստատ և անյեղկ
բայ առնէ ղքահանայական ձեռնադ-
րութիւն: ապա ուրեմն լաւագոյն է
զայս ընտրել, որ է հաստատ, քան
զայն, որ է յերկբայական և ընդ կար
ծեօք: զի քահանայութեան փրկչական
գործ մեզ լինի:

ԼԸ. Հինգերորդ՝ զի կարէին հայք
դիւրաւոլս բժշկիլ ևրկոցութեան այս
մի առանց այլայլել յոյժ զարարգ-
գութիւն թրթնաց. զի առ այս միայն
խնդրեալ անցուցանել զմի արարգ-
գութիւն ի միոյ տեղւոլջ առ միւսն,
և ի բաց բառնալ զբանս ինչ սակա-
ւս ի միոյ ձևոլջ բանին: ՅԻ. ի վայր
ած-ել ի զերջն ձեռնադրութիւն զա-
րարգութիւնն զայն, որով տան գինջ
խառնութիւն արձակելոյ ի մէջաց. և
յառաջ քան զնայ՝ կատարել զմիւս
արարգութիւնն, որով դնեն ի ձեռս
գոնիհին մաղթանութիւս ընդ հացի և գի
նւոլ: և ի դնելն զայս սի՛ասին,
ձեռ (ընկալ քահանի առաջ չնորհօքն
այլ) կարգութիւն կոչել և կատարել
զոչ պատարագս յանուն ամս մերոլ
յի էն մի կենդանեաց և նոքցեցելոլ:]
այլ ի բաց բառնալով զայն միջին բա
նն. ասացին զհետագնացն այսպէս:
ձեռ. իշխանութիւն կոչել և կատարել
զոչ պատարագս յանուն ամս մերոլ յի էն
մի կենդանեաց և նոքցեցելոլ:]

ԼԹ. Թէ այդպէս առնիցեն. բովան
դակ ձեռնադրութիւն հայոլց հաստա-

ձայն

nes conueniunt: at aliqua inter hos
ՀԸ controuerſia eſt, vtrùm ad valorem
38 Ordinationis Presbyteralis ſola ma-
nus impoſitio ſine traditione in-
ſtrumentorum ſufficiat; nemo au-
tem eſt, qui non ſentiat, eundem
Ordinem per vtramque materiam
tutè, validèque conferri: ergo, vt
tutiùs procedatur in re tanti pon-
deris, in qua æternæ ſalutis nego-
tium nititur, hoc potiùs, quàm
illud in praxi eſt eligendum.

Quinto denique, quia poſſent
ՀՔ Armenij huic rei proſpicere ſine
39 vllo incommodo, aut ritus muta-
tione: cùm ſola deſideraretur ad
hoc vnius de vno loco in alterum
Cæremoniæ tranſportatio, cum ab-
latione paucorum verborum: hoc
eſt, vt cæremonia illa, per quam
ipſi tradunt poteſtatem dimittendi
peccata, transferatur in finem Or-
dinationis, poſt Cæremoniam, in
qua porrigunt calicem cum vino,
& patinam cum hoſtia, dicentes:
Accipe, ſuſcipe: accepiſti enim per Dei
ՂՌ *gratiam poteſtatem conſecrandi, &*
40 *conficiendi ſanctum Sacrificium in*
nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti
tam pro viuis, quàm pro defunctis:
ſed ab his verbis auferantur illa me-
dia: *ſuſcipe; accepiſti enim per Dei*
gratiam: atque dicantur reliqua
omnia ſic: *Accipe poteſtatem conſe-*
crandi, & conficiendi &c.

Ad hunc planè modum, priùs
traderetur ab Armeno Pontifice
poteſtas in corpus Chriſti verum
per materiam magis explicitam,
ſcilicet per præcedentem manus

im-

impoſitionem", magis deindè ex- ֆաս
plicatam, ac dilatatam per inſtru- 41
mentorum porrectionem, cum qua moraliter dici poſſet coniuncta; & per formam illam, *Accipe poteſtatem conſecrandi* &c. Ac poſteà traderetur poteſtas in Corpus Chriſti myſticum per materiam ligationis cinguli, & verba illa, *Accipe poteſtatem à Spiritu ſancto ligandi, atq; ſoluendi*, Niſi fortè laudabiliùs vellet in hac etiam Cæremonia imitari ritum Latinum: hoc eſt, impo- ֆաբ
nere vtramque manum capiti, ac 42
dicere: *Accipe Spiritum ſanctum: quorum remiſeris peccata, remittuntur eis, & quorum retinueris, retenta ſunt*. Siquidem per eadem verba Chriſtus hanc tradidit Sacramẽtalem clauium poteſtem Apoſtolis poſt Reſurrectionem, vt ſuprà indicatum eſt.

Et hæc de Ordinis Sacramento pro Armenijs ſatis dicta. Cæterũ illud ſupereſt quamaximè deplorandum; quod in Exordium Ritualis Armenicæ Ordinationis ab hæreticis nuper intruſum, ea, quæ de ipſorum Ordinibus, plerumque ſanè iucunda, hactenùs relata ſunt, inficit amaricie. Promouendi quippè ad Ordines eam emittere fidei profeſſionem iubentur, in qua & fides orthodoxa de duabus Chriſti naturis, & ſacrum Chalcedonenſe Concilium, & dogmatica Magni Leonis Rom. Pont. ad Flauianum epiſtola in Eutychem, & ipſe Beatiſſimus Martyr Flauianus Conſtãtinopolis Patriarcha, & omnes de-

ni-

ձայն և համահաւատ լինի ընդ ձեռնադրութեամբ հռոմէական եկեղեցւոյն. և ստիճան քահանայութեամբ իւրեանց յաճախ կոչմանէ հաստատագոյն երևիցի : քանզի այդպէս նպիտակ յատուկ տայր նուիրելոյն զիշխանութիւն սպասաւորելոյ ի ձեռն լիազորին և յայտագոյն ներքոյ. այլ. ի ձեռն առաջնագոյն գրութեամբ ձեռնին իմն դիպոյն և նա տուրքն քահանայական գոլ ծանացի, ասելով զձեռն գայն. զիշխանութեամբ կատարել զայն պատարագս և այլն :] Եւ յետոյ տայր նմա զայլ իշխանութիւնն տրձակիչոյ ի մեղս ի ձեռն կապման գաւազանի, և բանին. առ քեզ իշխանութիւն կապելոյ և արձակելոյ. և այլն :] Ընդէռ և ասիաբ ինն ըստ այսմ մեծին վարդապետ ինչ էր համաձայնել և նմին եկեղեցւոյն հռոմէական. այլ. դնել զնոր կոսին ձեռս իմ գլխոյն. և ասել. առ հոգի սբ. եթէ ումեք թողուցուս զմեղս, թողեալ լինին նոցա. և եթէ զոր-ոյ ոչնչիս, կալեալ լինի :] զի զի սովին բանիւ ևս քն զնշ խանութիւնս զայս առաքելոցն զինն յատուածն :

Եւ այսքան բաւական ասել զի խորհրդոյ սբ կարգին և ձեռնադրութեամբ հայոց : Բայց զինչ ասացուք յաղագս հաւատոյ դաւանութեան. զոր գրեաց ի սկիզբն գրոց ասպատակ հայոց մի ոմն հերձուածողի մեծ վարդապետ. գրիգոր հռետորդի կոչեալ. որ խրատէ և յորդորէ զհայրապետն իւրեանս ի սբ աստիճանս դաւանել ի քն զին գնշ և անիծանել զսբ ժողովն քաղկեդոնին. և զսբ հայրապետս ասեան վերաբանաս. և զնշ զին սբ բոլոր հայրապետաբն լեռնին. և նզովել

զնոսա

զայմ ազգս ուղղափառ քրիստոնէից , որք դա-
տանին ի մի անձն քն զերկու-
բնութիւնս : և հրամայէ ասացա-
ռաջ քան զձևնադրութիւնն ասիցեն
այսպէս : մեք հաւատամք ի քեզ մի անձն
և մի միաւորեալ բնութիւն : և միաբան
ընդ հայցն սրբոց՝ անիծանեմք զեր-
ղուիս քաղկեդոնի, և զպիղծ տուս-
բն ևեթնի, և զիլաբիանոս. և զայմ ե
հաբտուկոց գաղջն նեստորիոյ և անե-
ծանեմք :] ՚ի մեծի հայհոյութիւն .
և զարհուրելի ուրացութիւնս : 44
ձայ և եղեռն ընդունաւացեալ ազ
գին հայոց . որ ՚ի տուա և յանմիտ վը
դպատաց խրատեալ . և ՚ի կուրց առ- Եեե
աջնորդեալ . անկանի ՚ի խորխորատ 45
հերձուածողութիւն և յաւիտենակ
ան կորստեան :

Բայց՝ ընդէ՞ր , ոչ հայրք սիրելիք
նղբարբս մեր, համարձակիք ոչ միայն
՚ի ժամանակս ձեռնադրութիւն . այլ
եւ ՚ի յայլ աւուրս բազում անգամ
՚ի տարուջ նզովել և անիծանել զայմ
ուղղափառ ազգս քրիստոնէից . զայմ
սբ հարս և վարդապետս եկեղեցոյ.
զայմ սիւնհոդոսն սբ ժողովս նոյ .
զայմ որ առաքինալս և զաւետարա-
նիչսն . և զընդհանուր յարձակիլն Եեզ
և յարեմտեան եկեղեցին նոյ . որք այմ 46
դաւանեցին և գրաւ առին ՚ի մի անձն
քն զերկու մի աւորեալ բնութիւնս :
և առաւել քն այդպէս ուրանալդ
զնոյն ինքն ես , որ ՚ի ձեռ կատարեալ
ըստ աստուծն բնութիւն . և ՚ի մարդ
կատարեալ ըստ մարդկութեն բնու-
թիւն . զի նզովելովդ զդաւանողսն եր
կուց բնութեացն աստ , ՚ի հարկէ ուրա-
նաս զինեան ՚ի նոցանէ : այլ մանաւանդ
զի գրաւ կս յայտնագոյնէ զատա-
լուածն սահման ոմանց հերձուածո-

զաս

nique Nationes , quę duas in Chriſto naturas profitentur, anathemati ſubijciuntur his verbis: *Credimus in Chriſto vnam perſonam , & vnam compoſitam naturam : atque cum ſanctis Patribus conſpirantes , reijcimus, & execramur Concilium Chalcedonenſe , & immundam illam Leonis epiſtolam , & Flauianum ; cunctis etiam Diaphyſitarũ Sectis anathema dicimus, & diras imprecamur:* Prò ſcelus inauditę perfidiæ , peruicaciæ , inſolentiæ , ſtultæ temeritatis! Heù miſeram , & miſerandam Armeniam: eheù victimam infœlicem , quæ à nefarijs Pſeudomagiſtris victatis duceris oculis, in æterni exitij barathrum ruitura .

Quorsùm tandem iſta , fratres Armeni? Cur execrationis iſtius iniquiſſimę, & impijſſimę tã frequens apud vos repetitio , vt non ſolùm à tota ſimul Eccleſia veſtra pluries in anno, ſtatutiſq; diebus, verùm etiã ab Ordinandis ſeorsùm conſecrationis tempore renouanda ſit? Quæ verò vos tam vehemens aut vis, aut ratio cogat ; vt ad præſtandã paucis, perditiſq; Hæreticis gratiam toties impiè deuouere , atq; execrari debeatis , nõ dico, Chriſtianos omnes Catholicos , ac Sanctos Patres vniuerſos ; non, eorum ſacroſancta Concilia Oecumenica ; non , Apoſtolos , & Euangeliſtas ; non , totam Dei Eccleſiam , Orientalem , & Occidentalem, quæ ſemper duas in vna Chriſti perſona naturas confeſſa eſt ; non , ipſum deniq; Chriſtum , verum Deum , & verum ho-

minem: Sed veſtram, dico, Eccleſiam, veſtra Concilia, Sanctos veſtros Patres, Doctores, Epiſcopos, ac Patriarchas Armenos, qui hoc itidem ipſum profeſſi ſunt, & quorum memoriam in Menologio celebratis? cur inquam hac in re neq; ipſi quidem genti, nationique veſtræ, quæ adhuc poſt Schiſma cum Catholicis reconciliata, eandem diù tenuit fidem, minimè parcitis, ſed diras iterùm, ac ſæpiùs imprecamini? Hoc profectò facinus quiddam eſt, adeò perfidum, atque immane; vt non modò nulli Iudaicæ pertinaciæ, ſed ne ferinæ quidem immanitati, furorique cedere videatur.

Թէք 47

Թուք 48

At in hos errores animaduerſum abundè in priori Volumine huius ſecundæ Partis fuit. Iſta dixi præterea, non quò mihi veniat in dubiũ, ſuſcipienda citò vobis ex illo Volumine, niſi iam ſuſcepta ſit, tanti ſceleris emendatio; ſed, vt ſciatis, quantùm pemiciei, vt maximè reliquis, ita potiſſimùm ijs, qui ſacris Ordinibus initiandi ſunt, hæretica iſta fidei profeſſio adferat. Primò enim, cùm ſic Armenius proteſtetur, maiorem contrahit Excommunicationem, atq;, vt membrum putridum, eijcitur de Catholica Eccleſia, conſortioque fideliũ: ſecundo fit irregularis, & ad Ordines ſuſcipiendos inhabilis: tertio, ſi nihilominùs ordinetur, ſuſcepto Ordinis charactere, non ſuſcipit diuinam gratiam, effectum cuiuſq; Sacramenti præcipuum: quartò, pec-

Թուք 49

ընդ ձեռնադրելն զանարժանն, եւ ոչ կարէ
50 ձեռնադրել : երրորդ՝՝ յորժամ ձեռնադրե-
լոցն, թէպէտ առնուն զկնիքս սուրբ
հաստատ . սակայն ոչ առնուն կիսոքին
սբ և զշնորհս ընծայելս, որ է կատա-
րեալ գործ սբ խորհրդոյս : երրորդ՝՝ ի
ձեռնադրելն զամենայնս մեզս զոր
ծէ զի անարժանութեամբ ձերոյ և զի
պատուոյ իշխանութեանն չկենդանոյ
ինչ կատարածոյն հիմնաբիր՝՝ ապաստա
մբութիւն ձեռնադրեալքդ կախեալ
լինիք և լուծեալ յիշխանութենէ սուրբ
հաստատ առելոյ . մինչ զի ոչ կարէք ի Ճա
գործ արկանել զպաշտօնս առեալ ի 51
իշխանութենէն : և վերջիր՝՝ քանիցս
անգամ գործ ելիցէք զպաշտամանցս սու
րբոյ հաստատ անուանի : զի կա
յցէ զձեզ զգաստիւք և այլ եկեղեցական
կապանօք . ազատակ մեզք և սրբա
պիղծ արարքք . և արտաքսէք ի սէրու
նական հօտէն և ի հաղորդութենէ Ճբ
այլոց հաւատացելոյն մերկացուցա 52
նէ զձեզ եկեղեցի ի հարազգաս և
յօրինաւոր պաշտաւնէից . այլև ըստ
ժողովրդոյն յարժանաւորս քահա-
նայութեան սբ խորհրդոյն . և զրկէ
զայմոսդ յուծանելոյ չնորհաց և յաւե-
տեանական փրկութենէ : ՀԱւրինն պարտ
է ձեզ նզովել փոխն ընդ փոխն ըստ
ինոյ ի գրոցն ձերոց, և ի բաց առա

peccat in actu Ordinationis lætha-
liter tum ex propria indignitate,
tum Eccleſiaſticæ violatione Cen-
ſuræ : quintò, incurrit Suſpenſio-
nem, vt non poſſit exercitio vti ſu-
ſcepti Ordinis : ſextò denique,
quoties Ordinum poteſtatem exer-
cet, totiès peccat mortiferè, ac no-
uam contrahit irregularitatem ra-
tione maioris Excommunicationis.

En quot vobis mala parit, & procreat iſtiuſmodi blaſphema Profeſſio : cunctos Cenſuris irretit Eccleſiaſticis ; contaminat Sacrile-
gijs ; Grege Dominico, pioque fidelium cœtu extrudit : priuat ve-
ſtram Eccleſiam Miniſtris legiti-
mis, populum digna Sacramen-
torum ſuſceptione, quemlibet di-
uina gratia, & æterna ſalute. Quis
ergo illam è Ritualibus non expũ-
gat ? ex Eccleſia non eliminet ;
& exterminet veſtra ? Hoc ſanè,
ſperamus, aut modò vos efficere,
aut effecturos mox è veſtigio ; niſi
fortè, cùm ſæpius admoniti, fa-
ctique de ſcelere certiores ſitis, pec-
catum veſtrum illa etiam excuſa-
tione carere volueritis, quam vel
Iudæorum Chriſticidium habuit ;
co teſte, qui dixit : *Pater dimitte
illis ; non enim ſciunt, quid faciunt.*
& Apoſtolo : *Si enim cognouiſſent,
nunquàm Dominum gloriæ crucifixiſ-
ſent.*

կել զնա ի միջոյ եկեղեցւոյդ : զի եթէ այժմ, որ ծանօթացեալ եղեւ ձեզ պա-
ահաւասիկ մոլորութիւն. ոչ և ա ի բաց հերքիցէք զնա ի ձէնջ այլ առհասարակ խոտո
պարտաւոր լինիլ համիցէք ուղիղ յարատեալ ի հաւն . Եթէ ապաշխարէն արդեաք
լինիցի միջոյն հրէից քան զձեզդ, զի տարակոյս չէ անպիտանութենէ խրատուն մեզաց, որպէ

ՅԱՂԱԳՍ ԽՈՐՀՐԴՈՅ ՊԱՀԿԻՆ

ՊՐԱԿԸ. Է:

Ի-ե՞րբ եղեն պատճառք, և սահմանք այսր խորհրդոյ.

ԱՂՈՒԱՔԻՆ ՊԱՀՔ:

DE SACRAMENTO MATRIMONII

§. VII.

De natura, & cauſis Matrimonij.

SECTIO I.

Ա ՀՈՒ-ՍՈՒ-ՔԻ, որ և պատկառա- ա
հայս կոչի, ի դարձ անմեղու- 1
թեան և առողջ բնու-թեան կացու-ցեալ
եղև յայն առ ի պաշտօն ծնոդին բնու-
թեան. ցի. վիճ ծնանելոյ և մնու-ցա-
նելոյ զզաւակն: Իսկ ի դարձն մեղօք
վիճակաւ որ ետ բնու-թեան՝ և սա հատա-
նեցաւ առ ի բժշկու-թիւն անկեալ
ծնու-թեանդ մարդկան. զոր յանկու-թեան.
Զսոյն՝ զի մի՛ շատ եղեն, և այս լինի
ինձեռն ամո-ւսնու-թեան բարեացն, որս
վը հատուսանեան յանկեանն նեկտո ե
թն-ու-թեանն և եղկեպ" զի ոչ ինն չարք. 2
ապրելոյք եղեն. և այս լինի ինձեռն
ամո-ւսնական մերձաւ-որու-թեան, ո
չոք մարդ վճարելով հատուսանող
մարմնաւ-որ յանկու-թեան՝ ոչ չարժի
առ այլ չար-ագործ-ու-թիւն: Եւ ա
պա՛ ի դարձ բժշկեալ բնու-թեան. ցի.
ա՛ և առաքնական օրինաց՝ և ս հատա
նուանեցաւ առ ի սէ խորհու-րդ, և

առ

MAtrimonium in ſtatu innocentiæ inſtitutũ à Deo fuit in officium naturæ, ad procreandam ſcilicèt, & educandam prolem: in ſtatu naturæ corruptæ, etiam in remedium contra actus cõcupiſcentiæ; primùm, vt turpitudine careant, quod fit per bonũ matrimonij, quæ honeſtant carnalem concupiſcentiam; deindè, vt turpitudinem habentes impediantur, quod fit per ipſam copulam coniugalem, qua dum honeſtè cõcupiſcentiæ ſatisfit, non habetur incitamẽtum ad alios turpes actus: in ſtatu tandem naturæ reparatæ, ſeu legis Euangelicæ, etiam in Sacramentum, & remedium contra ipſam concupiſcentiam radicalem, vt ſcilicèt reprimatur, quod fit per diuinam gratiam, quæ in matri-

mo-

monio Chriſtiano tribuitur. Vndè ſequitur, quamlibet vtilitatem cõiugij primi, & ſecundi ſtatus reperiri in Coniugio Chriſtiano; quod habet præterea, vt ſit Sacramentum ſanctificans, & radicem concupiſcentiæ reprimens.

Matrimonium in quolibet ſtatu duplici modo conſiderari poteſt: in fieri, & in facto eſſe. Dum fit, conſiſtit eſſentialiter in contractu ciuili legitimo, ſeu in conſenſu mutuo inter legitimas perſonas, virum, & fœminam, per verba de præſenti, aut nutus expreſſo: quarè in ſtatu Euangelicæ legis, eius eſſentia ex inſtitutione Chriſti eſt idem contractus & c. à Chriſto tamen eleuatus in Sacramentum, hoc eſt, in ſignum externum Religionis, productiuum gratiæ iuſtificantis. Cũque verba, ſeu nutus vnius Coniugis in hoc contractu determinent verba alterius, & ab ipſis pariter determinentur; ideò verba ſeu nutus alterutrius, quatenùs determinantur, dici poſſunt materia huius Sacramenti; quatenùs verò determinant, forma.

Si conſideretur Matrimonium, dum permanet, poſtquàm factum eſt, eius eſſentia conſiſtit in vinculo, ſeu ſocietate illa inter coniuges, quæ ad nuptias conſequitur. Eſt autem hoc vinculum in Matrimonio Chriſtiano Sacramentum permanens; ac duplex eſt, alterum ſpirituale, quod naſcitur ex mutuo eorum conſenſu ante carnalem copulam, & ſignificat coniunctionem

4

5

ան՝ ի բժշկութիւն արմատոյ ցանկա-
կան զօրութեանն, զի սանձահարիցի.
և այս լինի՝ ի ձեռն ած-այնի շնորհաց,
զոր պարգեւէ խորհրդոյդ պսակին ըս
խոստմանէ: Ոչ սահման լինի. Թէ
բրնաւնեական պսակին առ բնել զոր
ինչ օգտութիւն ունէր ամուսնու-թիւն
առաջին և երկրորդ գաղտին. և բաց
՝ի սմանէ ունի և զոլ խորհրդ. արբա-
ցուցիչ, և սանձահարիչ ցանկու-թեն:

Եւ գրի՝ ամուսնու-թիւն կարէ նայ
դարձ երկու կերպիւ իմանիլ. Նախ
՝ի յեղանիլն. յր. յորժամ լինի: և
յետոյ՝ ի յեղեալ լինելն. յր. յորժամ
ճեայ զկին եղելոյն: ա՛ր՝ ևիթ խոր
հի՝ ի յեղանիլն, նորա էութիւն է դա
շն օրինաւոր և քաղաքական՝ ի մէջ
առն և կնոջ. յր. հաւանու-թիւն սր
անց նորայ, բանիւ կամ անձանձիւ
թիւ ինչ յայտնեալ: Եւ՝ ի դարձ ա
ւետարանական օրինացն նոյն ամու
սնական դաշն եղև՝ ի քէ բարձրա
ցուցեալ՝ ի խորհուրդ եկեղեցւոյ.
յր. ՝ի յարատևելն ինչ նշան կրօնից
արատ-բնչ ած-այնի սբ շնորհաց: ևբ
քանզի՝ ի յեղանիլն խորհրդոյս՝ երկո
քին բանքն կամ անձանձիւթիւնքն ա
մուսնոց հաստատեն զիմեանս. և
հակադարձաբար հաստատել լինին
՝ի միմեանց. սակս այսորիկ նոյն բան
ջն ըստ որում հաստատեն՝ իմիմեան
ց, նոյնե-թ խորհրդոյս. և ըստ որ
ում հաստատեն զիմեանս, նոյն ևն
ջիւ:

Բայց՝ ևիթ իմանի պսակն՝ ի յեղեալ
ալ լինելն. յորժամ ճեայ զկնի եղե
լոյն. նորա էութիւն է կապն, որ՝ ի
մէջ ամուսնացելոցն ճեայ զկնի հար
ատանեաց: և որով բրնաւնէից պսակն
՝ի յենկանիլ՝ է խորհուրդ անցանելոյ ար
ատ-բնչ շնորհաց. համանաւն և նոյն

՝ի

nem Christi cum animâ per gratiâ
6 iustificantem: alterum carnale,
quod oritur ex copula, & significat coniunctionem Christi cum Ecclesia per assumptionem humanæ naturæ.

Hinc patet, quænam sint quatuor causæ matrimonij Christiani: Quatenùs enim Sacramentum permanens est, causa eius formalis est vinculum, Christi cum anima, vel cum Ecclesia coniunctionem significans: materialis sunt ipsi con-
7 iuges: efficiens est mutuus ipsorũ consensus: finalis primaria est procreatio, & educatio prolis; secundaria per se est remedium contra concupiscentiam; secundaria per accidens est mutuum obsequium inter coniuges, &c. Quatenus autem est Sacramentum transiens, & in fieri, causæ eius intrinsecæ, materialis scilicèt, & formalis, sunt contrahentium nutus, seu verba, consensum mutuum exprimentia, prout sese inuicem determinant, & ab inuicem determinantur, vt diximus: causa finalis immediata est
8 vinculum, quo coniuges ad gratiam iustificantem, & alios Matrimonij fines assequendos promouẽtur: causa verò efficiens, seu Minister huius Sacramenti, sunt ipsi contrahentes: Parochus enim, qui præsens requiritur, vt coniugum consensum exquirat, ac declaret, eundemq; Sacerdotali benedictione confirmet, se habet, vt Minister non quidem Sacramenti, sed benedictionis, & confirmationis.

Nec

Nec obstat, quòd in alijs Sacramentis distinguatur à Suscipiente Minister; quia cùm Matrimonium sit quidam contractus, & natura contractus exigat, vt ipsi contrahentes sint causa efficiens sui contractus, ideò mirum non est, si in solo Matrimonio Minister efficiens, & subiectum recipiens Sacramentum, non distinguuntur.

Quòd ergo Christianorum Matrimonium sit verum Sacramentũ, & gratiam contrahentibus conferat, vna cum Catholicis firmiter credunt, ac diserte fatentur Armenij, vt suprà quæst. 3. §. 1. num. 10. & §. 5. num. 12. demonstratum est. quarè à vero abesse credendum est, quod ex alijs refert Auctoribus Alfonsus de Castro, dum inquit:

Alfonsus lib. 11. aduersus hæres. tit. nuptiæ hæres. 3.

Tertia hæresis negat, in nuptijs esse Sacramentum, dicens, illam maris, & fœminæ indissolubilem coniunctionem non esse Sacramentum, neque per illam conferri aliquam gratiam: huius hæresis primi auctores sunt Armenij.

Prætereà, quòd hoc Sacramentum ab ipsis contrahentibus fiat per mutuum eorum consensum, verbis expressum in facie Ecclesiæ; vel ipse Armeniorum Doctor, alioquin hæreticus, Gregorius Dattieuensis, affirmare videtur his verbis:

Dattieu. in lib. Interrog. de Matrim.

Incipit matrimonium per sponsalia; sed conficitur per consensũ Verbis expressum: duarum enim Voluntatum consensus conficit matrimonium: perficitur autem, & consummatur per benedictionem Sacerdotis, & copulã corporalem.

DE

DE MATRIMONIO

Rato, & irrito.

Sectio II.

IRritum est Matrimonium, quod suæ substantiæ, aut fini suo intrinseco, aut legi cuipiam irritanti aduersatur. multiplex autem est matrimonij finis, ac multiplex de eo lex extitit. quippè cùm bonum, propter quod natura inclinat ad matrimonium, iuxta diuersos hominum status varietur, oportuit & matrimonij finem multiplicem esse, & matrimonium ipsum per diuersas leges in quolibet statu nouam determinationem accipere.

Igitur in statu naturæ integræ, seu innocentiæ, matrimonij firmitas fundabatur in lege naturali, sed quatenus hæc matrimonium duntaxat ordinauerat in officium naturæ integræ, prolis scilicèt procreandæ, & educandæ; quod est matrimonij finis primarius.

In statu naturæ corruptæ fundabatur etiam in lege naturali, sed quatenus hæc matrimonium ordinauit in officium naturæ per peccatum vulneratæ, hoc est, non solùm ad procreandam, & educandam prolem; verum etiam ad remedium exhibendum contra vulnus peccati, nempè concupiscentiam; quod est secundarius matrimonij finis, per se à natura corrupta intentus, sicut etiam & primarius.

In statu iuris politici gentium

fundabatur tum in lege naturali, vt ſuprà; tum etiam in lege ciuili vniuſcuiuſque gentis, in quantùm matrimonium eſt præterea in officium communitatis, ſeu vitę ciuilis, vt ad finem eius ſecundarium per accidens, qui duplex eſt, mutuum obſequium, à coniugibus ſibi præſtandum in rebus domeſticis; & confœderatio hominum, ſeu dilatatio amicitiæ ad extraneos.

In ſtatu legis Moſaicæ fundabatur & in lege naturali, & in iure diuino poſitiuo, nuptias inter eos propinquos interdicente Leuit. 18. qui in eadem familia cohabitare ſolent, ne, pro reuerentia inter eos debita, præſtaretur ipſis ob ſpem futuri coniugij libidinis incentiuum.

In ſtatu tandem legis Euangelicæ, quæ eſt lex ſpiritus, amoris, & gratiæ, perduci debuit matrimonium ad complementum perfectionis, quo ſcilicèt Dei cultus dilataretur non tam per carnis originem, quàm per ſpiritualem gratiã: ideò in hoc fuit ſtatu non modò in officium naturæ, in remediũ concupiſcentiæ, in officium Ciuilitatis, ſed etiam inſtitutum in Sacramentum. Quare firmitas eius apud illos, qui ſubduntur Eccleſię Chriſtianę, fundatur tum in lege naturali, tum in inſtitutione Chriſti, ſeu Lege Euãgelica, tum in iure Eccleſiaſtico, ſeu ciuili prout ſubordinatur Eccleſiaſtico: quod quidem ius, vt naturalis amicitia ad plures extraneos per matrimonium propagaretur, excluſit à copula coniugali non ſo-

ի դարձն քաղաքական օրինաց ամ ազգաց ձգմբառութի պահանջն հիմ նական էր ոչ միայն ի բնական օրէնս, որպէս իվերոյ ասացաւ. այլ եւս ի քաղաքական օրէնս ի-բարձանչելի ազգն. զոր որում պատճառ է եւս առ ի պաշտօն քաղաքական կենցաղավար ութե, որ է երկրորդական վաղճան նր ըստ պատահման և արտաքին: Եւ այսպիսի վաղճանս է կրկին, մինն է պաշտօն ամուսնացն առ միմեանս զոր ընդունէկան երից. և միւս է սարած-ուն սիրոյ և բարեկամութե առ օտարս, որք չինեն խնամել պատճառաւ պտղոյն:

Ի դարձն մովսիսական օրինացն ձգմարտուե պահին հրէից հիմնեւ ի յերկու օրէնս. ի բնականն, որ ի վերոյ. և ի զրականն, որ ի. Ժբ. Երդ գլխեն զևտացւոց արգելոյր ի պահին զազգակիցս զայնոսիկ, որք սովոր են բնակել ի մի տան. զի միմիանոյն պատուոյ և պատկառանաց առ միմեանս՝ տային նոցա տնզի վավաշուտ ցանկութե յոյսով ապագայ պտղոյն:

Եւ ի դարձն աւետարանական օրինացս, որ է օրէնք սիրոյ, ընտրեալ, և հոգեւոր կենաց, պարտ էր հաստատանել զպատկն ի լրումն կատարելութե. որպէս զի այսու հետեւ աճեցի ամ-ապաշտուե ոչ միայն մարձեալ ընդարձակեսցի, այլ եւս հոգեւոր ընտրեալ: և մինչ որոյ ի դարձս այսմիկ հաստատեսցաւ պատճէն ոչ միայն առ ի պաշտօն բնութե, առ ի բժշկութե ցանկութե, առ ի յօգուտ ի քաղաքական կենցաղավարութե, այլ եւս առ ի խորհուրդ ի կիզբոյ: սակս այսորիկ ձգմարտութի պատ-

ſolùm gradus illos conſanguinitatis, & affinitatis, in Moſaica lege prohibitos; verùm etiam remotiores, ac prætereà ſpiritualem, legalemque cognationem; vt matrimonium, propinquis ferè omnibus interdictum, neceſſariò inter extraneos iniretur, ad Chriſtianam pacem, & amorem latiùs diffundendum.

7

Iam verò, cùm ex qualibet iſtarum legum, vel naturali, vel diuina, vel humana, poſſit Chriſtianorum matrimonium irritum reddi, videndum eſt, quotuplex impedimentum, illud irritans, lex vnaquæque ſtatuerit.

8

DE IMPEDIMENTIS

Matrimonium dirimentibus iure naturæ.

Sectio III.

1

NOtandum eſt primò, ea dici præcepta naturalia, quæ ſolo naturali lumine ſine vllo diſcurſu rationis, aut ſaltem per facillimũ dignoſcuntur, & apud omnes gentes benè inſtitutas eadẽ ſunt.

Secundò, aliqua eſſe à natura prohibita; quæ ita ſunt intrinſecè mala, vt nunquàm per mutationem quamlibet circumſtantiarum deſinant nec mala eſſe, nec à na-

tura prohibita; vt blaſphemia, mendacium, &c. Alia rursùs à natura prohiberi, quæ mala ſunt, ſi nudè, & abſolutè conſiderentur; ſed quia quibuſdam poſitis circumſtantijs mutantur, & ita cohoneſtantur, vt deſinant eſſe mala; ideò deſinunt etiam eſſe in ijſdem circumſtantijs à natura prohibita; ſicut tollere alienum inuito domino, prohibetur à natura, niſi fiat ob extremam neceſſitatem; ſic etiam occidere hominem, niſi fiat auctoritate publica ob bonum commune, aut ex cauſa iuſtiſſima tuendi propriam vitam.

Tertiò, quòd lex naturalis aliquandò eſt & prohibens, & irritans matrimoniũ; aliquandò eſt tantùm prohibens, ſed nõ irritans: quod petendum eſt ex ipſa natura matrimonij, aut intrinſeco eius fine, qui eſt procreatio ſobolis, & remediũ concupiſcẽtię. Si enim contractus coniugalis ſuæ ipſius naturæ, vel intrinſeco fini opponatur, naturali iure irritus erit: quòd ſi hęc illæſa maneant, & ſolùm ex extrinſeca cauſa ius naturale violetur; prohibitũ quidem erit Matrimonium naturaliter, ſed tamen validum. Nam multa ſunt, quæ ſi fiant contra naturalem rationem, mala ſunt, & fieri naturaliter prohibentur; attamen facta tenent, niſi ſpeciali lege irritentur: vt, ſi filius inuitis parentibus vxorem ducat, malum facit, quia præceptum naturale eſt, obedire parentibus; tamen matrimonium non eſt irritum neque iure naturæ, neque le-

ſ
2

ſ
3

ſ
4

lege poſitiua : ſic etiam matrimonium, contra votum ſimplex caſtitatis initum, aduerſatur iuri naturæ, dictanti, fidem Deo per votum præſtitam eſſe ſeruandam ; & tamen non eſt irritum. His poſitis,

E 5

DICO primò : Impedimentum naturale, prohibens ſimul, & dirimens matrimonium, oritur ex quadruplici cauſa, primò ex defectu conſenſus ; ſecundò ex impotentia perpetua coëundi ; tertiò ex ligamine cum alio coniuge, ſaltè exparte mulieris ; quartò ex conſanguinitate in primo gradu.

Z 6

Prima pars aſſertionis patet ex ipſa ſubſtantia matrimonij. hoc enim, dum fit, eſt eſſentialiter contractus naturalis inter virum, & fœminam : nullus autem contractus eſſe poteſt, nec obligare, ſine mutuo contrahentium conſenſu libero, & ſignis externis expreſſo : igitur vbi mutuus conſenſus contrahentium deſit, aut non ſit voluntarius, ſeu liber, vel externo ſigno non exprimatur ; ibi nullum erit matrimonium iure naturæ.

H 7

Secunda pars probatur tum ex natura, tum ex fine intrinſeco matrimonij. Ex natura quidem, nam licèt actus copulæ carnalis non ſit eſſentialis coniugio ; tamen potentia ad talem actum eſt de eius eſſentia ; cùm matrimonium ſit eſſentialiter contractus, obligans contrahentes ad debitum carnale ſoluendum : at nemo poteſt ſe obligare ad reddendum id, quod reddere nunquam poteſt : ergo impo-

ten-

tentia perpetua coëundi irritat naturaliter matrimonium, ex fine verò, quia natura coniugium instituit ad prolem gignendam, & in remedium concupiscentiæ, tanquàm ad fines eius intrinsecos, ac per se intentos: sed perpetua impotentia ad carnalem copulam tollit vtrumque finem: ergo tollit coniugium naturaliter. 8

Tertia pars de ligamine constat saltem ex parte mulieris: nam, si hæc, cum vno viro ligata, alium acciperet, esset hoc in apertum præiudicium prolis: nequiret enim certò sciri, à quo parente generata hæc esset, & cui eius cura incumberet. 9

Quarta pars supereſt, in qua asseruimus, de iure naturæ non modò prohibitum, sed etiam irritum esse matrimonium, quod contrahitur in primo gradu consanguinitatis. Et quidem, quòd irritum sit naturaliter in recta linea, hoc est, inter parentes, & filios, est communis Doctorum, & SS. Patrum sententia: quod etiam in transuersa; hoc est, inter fratres, & sorores germanas ex vtroque, vel ex altero tantùm parente, dissentio est inter Doctores; sed probabilius à plerisque asseritur. 10

Probatur ergo quoad vtramque lineam: Primo à priori, ex ipsa natura matrimonij: nam hæc per se tendit ad vnam, eandemque faciendam carnem ex duabus, iuxta illud Gen. 2. *Erunt duo in carne vna*: ergo per se præsupponit, su-

ա բնական յորժամ միանանց հաւանութեամբ պահանջէր, կամ ոչ եր կամաւոր, եւ կամ ոչ ապատաքին ընչ բանիւ կամ ակնարկութեամբ յայտնելոյ. յորժամ կին ամենեւին պահէր բնական օրինօք:

Երկրորդ՝ ասեն ցուցանեն նախ ի բնութենէ պահկին: զի ընկերութեան եր հայեցական գործողութենի մարմնաւոր զուգաւորութեան ոչ եղէ հարկաւոր մի եւ նոյնութեան պահկին. որպէս յայտ է ի ձգնաւորս պահէն յոմանս եւ ոչ կանայս մարմնաւոր. սակայն կատարելի գոլ, եւ մտանելոյ առ միմեանս, պահականի պահկին եւնութեան: բայց պահկի է գաշն, որ կապէ զամուսինս առ ի հաւատոյանալ միմեանց զմարմնաւոր պատուն: եւկ ոչ կարէ կապել զինքն առ ի հաւատոյանալ զոյն, զոր ոչ բնաւ երբեք կարող լինիցի հաւատոյանալ: ապա որպէս մեանքնուաւ որ անկարողութենի մտանելոյ առ միմեանս, կամ անբնական եղելոյ, խափանէ զպահկին բնականաբար: Երկրորդ՝ ցուցանի ի նեղբին վաշճանել պահկին: զի բնութենին հաւատացեալ պահկին առ ի դադարել զորդիս եւ բաշխել մարմնաւոր ցանկութենէն, եթէ առ երկին վաշճանի, նեղբատակ պահանջեալ ինամանէ: եւկ մեանքնուաւ որ անկարողութենի մտանելոյ առ միմեանս, կամ անբնական եղելոյ, ի բաց բառնոյ զերկուսին այս վաշճանս: ապա ուրեմն ի բաց բառնոյ պահկին բնական օրինօք:

Երրորդ՝ ասեն ցուցանեն. զի եթէ կինն, քան միւսանգամն կապեալ, առնոյր այիոն, լինէր այս ընդ դէմ բնական ձգնութեան եւ անդեանն արդացոյ: զի խառնակութիւն պատուական սեր մանոյ արգելու խնամակալ ձգնաւորդ

ցուն-

futuros coniuges iam non esse eandem carnem, eundemque sanguinem: sed filij, & parentes, fratres & sorores, sunt vna, eademque caro, & sanguis: quippè filij à parentibus carnem, & sanguinem immediatè accipiunt, ac sunt, teste Arist. 5. Eth. cap. 6. pars quædam parentum, ex eorum lumbis, & vtero decisa: frater etiam, & soror, qui ex vtroque, vel ex altero tantùm parente suam substantiam participarunt, sese mutuò respiciùt tanquàm vnam, eandemque carnem, ab ijsdem lumbis, vel vtero participatam: vndè frater cognoscendo sororem, cognosceret in illa quodammodò suam carnem, sicut etiam pater cognoscendo filiam, aut filius matrem: ergo isti naturaliter sunt inhabiles, vt ex eis denuò fiat vna caro, ad quod tendit coniugium naturaliter.

Probatur secundò à posteriori: nam gentes omnes, benè instructę, instinctu quodam naturali nuptias huiusmodi semper abhorruere, tanquàm nefandas, easque per leges præcipuas interdixerunt: &, si gens quæpiam eas aliquandò permiserit, efferatæ barbariei, effrenataeque libidinis nota apud alias omnes insignis habita est.

Confirmatur primò: siquidem in talibus coniugijs ex parte saltem derogaretur fini primario matrimonij: quamuis enim posset ex illis subsequi proles, & educari; tamen non conuenienti modo id fieret, tũ quia copulæ coniugali, quæ sine tur-

turpitudine quadam, & irreuerentia exerceri non potest, maxime aduersaretur peculiaris illa verecundia, & reuerentia, quam parentes, & filij, fratres, & sorores ob arctam sanguinis coniunctionem mutuò sibi debent, & natura ipsis inseruit. Tum etiam, quia eadem natura, vt matrimonium conuenienter ordinetur ad generationem, & educationem prolis, petit, vxorem esse viro parem in actu coniugali, subditam verò in alijs actibus; repugnat autem naturaliter, quòd filia hat patri socia, & æqualis in aliquo naturali actu; & multò magis, quòd filio mater subijciatur; cùm debeant naturaliter filij, vtpotè immediatè à parentibus procedentes, in omnibus, & per omnia ipsis esse subiecti.

Confirmatur secundò, quia derogaretur etiam alijs matrimonij finibus, tum secundariò per se, qui est repressio concupiscentiæ, quæ quidem potius augeretur inter hos consanguineos; non solum post contractum matrimonium, quia si naturali amore patemo, vel fraterno adderetur amor coniugalis, plus debito creseret amor carnalis; verùm etiam ante quàm illud contraheretur; nam propter intimam, assiduamque eorum consuetudinē, aditus pateret incestibus, si validi inter eos matrimonij spes esse posset: tum secundariò per accidens, qui est amicitiæ multiplicatio: deperiret enim hic fructus amplissimus propagandæ necessitudinis,

fi

ցանգն առնեւին և ըստ առնեցեալ
սպա ուրեմն ի մէջ դոցա խառնեալ
պատճն բնականաբար:

Ժէ 17

Հակառակին. Թէ որպէսզի ազգ-ազգս առնիցի ի կնութիւն զքոյր իւրեանց: ապա ուրեմն պատճն ի մէջ ազգակցաց նուազելոյն առնելոյն արգելակ ուրեք կարծեալն գծին ոչ խառնեալ բնական օրինաց:

Պատասխանի ասեմք. զի Թէպէտ այն պատճն գոյր ընդդէմ բնական օրինացն, սակայն ասեմ, որ ի սկզբն և պատուիրեաց Աստուած, յաւուրս հրամայեաց Թոյլ եառ ազգացն տալոյ առնուլ զքոյրս իւրեանց ի կնութիւն ի հարկաւորութեան մարդկային սերնդոյ բազմանալոյ, զի մի կորնչեսցէ ասելոյն:

Ժէ 18

Հակառակեմք. Թէ և պատճն այդ այնք յաւուրս հրամանին այլ պատճն ի մէջ ազգացն և գաղթացն տգիտաց ոչ գոյր ընդդէմ բնական օրինացն: զի յորժամ հանդիպին երբեմն բնական պատուիրանք հակառակք միմեանց, որոց մինն հրամայէ ոչ առնուլ զքոյրս ի կնութիւն, և միւսն հրամայէ բժշկիլ բոլորովին կորուստ սեռին մարդկան. յայնժամ երբ կորստեան պատուիրանն, որ ի հարկաւորութենէն ելս հասարակաց բարոյ, և որ պնդագոյն ևս հաստատուկ քան զնոսա, ի բաց բառնայ զառաջինն: որպէս և ասէ Աստուած՝ եմէ այր մարդեղին կորնչել էին, առաջի Հեղոսի միայն եպրայեցւոյ և քոյր իմ էր երկրի. սակայն հարկաւորութենէն պատճառն ընդդիմանայ ևս պահելոյ զբնական հրամանն հարկաւորագոյն:

Ժէ 19

Հակառակեմք. Թէ արբոյ հաւր ի կնութիւն էառ զառաւել զքոյր իւր

si inter eos, qui tam arcto cõsanguinitatis vinculo coniuncti sunt, alia dilectionis vincula inutiliter adderentur, quæ in extraneos vtiliſſimè ſpargi poſſent.

Obijcies: Filij Adæ ſorores germanas in vxores duxerunt: ergo matrimonium inter conſanguineos in primo gradu lineæ tranſuerſæ nó eſt irritum iure naturæ.

Reſpondent aliqui, in eo caſu extremæ neceſſitatis humani generis propagandi, à Deo ipſo, vt auctore naturæ, diſpenſatum eſſe: nam matrimonium in primo gradu conſanguinitatis non eſt intrinſecè ita malum, vt nulla ratione cohoneſtari poſſit; maximè cùm non tollatur eius finis intrinſecus, præſertim primarius, quamuis aliquo modo impediatur: poteſt enim ab his etiam conſanguineis proles gigni, & educari.

Reſpondetur ſecundò, nec diuinæ illius diſpenſationis opus fuiſſe; quia concurrentibus duobus præceptis, naturaliter obligantibus, altero de non contrahendo cum conſanguinea in primo gradu, altero de ſubueniendo humano generi iãiam pereunti, cedit prius poſteriori, quod, cùm ratione boni communis ſtrictiùs obliget, ſeruandum eſt.

Inſtabis: Abraham in vxorem duxit Saram, ſororem ſuam ex patre, de qua ipſe dixit Geneſ. 20. *Verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem.*

Reſpondetur, Saram non fuiſſe ſororem Abrahæ, ſed neptim ex fratre, hoc eſt, filiam Aran, fratris eius ex patre tantùm, non autem ex matre; vt latè probat Bellarminus lib. 1. de matrim. cap. 28. dicitur autem ſoror Abrahæ de more Scripturæ, quia conſanguinea eius erat: ſicut etiam dixit Iſaac de Rebecca vxore ſua, Geneſ. 26. *Soror mea eſt:* cùm tamen conſtet, eam fuiſſe neptim ipſius ex patruele.

DICO ſecundò; Matrimonium inter conſanguineos, & affines vſque ad eum gradum, ad quem naturalis coniunctio ſanguinis extenditur, illicitum eſt iure naturæ: nõ tamen irritum vltra primum gradum conſanguinitatis, iuxta probabiliorem ſententiam.

Prior huius aſſertionis pars, quæ communiter eſt admiſſa, probatur; quia naturalis indecentia, matrimonio repugnans, fundatur, vt dictum eſt, in communicatione eiuſdem ſanguinis, quæ cùm tanta ſit inter conſanguineos in primo gradu, eorũ matrimonium naturaliter dirimit, ob rationes iam allatas: at inter affines, & alios conſanguineos reperitur etiam aliqua ſanguinis communicatio, etſi remiſſior, ac remotior, quæ vel mediatè per affinitatem, vel immediatè per carnis propagationem contrahitur: ergo etiam inter iſtos erit matrimonium ſi non irritum, ſaltèm indecens, & illicitum iure naturæ, niſi aliqua iuſta cauſa cohoneſtetur.

Poſterior verò pars aduerſatur ſen-

ի

20

նա

21

ենք

22

եբ

ներ. զորմէ ինքն ասաց՝ ի քահանայապետ դիմեան արարած-ոց· Եւ արդարև քոյր իմ է՝ ի հօրէ, և ոչ՝ ի մօրէ. և եղև ինձ կին:] տալա ուրեմն և այլն

Պատասխ. Եւ սուտ ոչ էր քոյր ա՛ր բահասոր. այլ էր դուստր աւանդի Եղբօր աբրահամու՝ ի հօրէ միայն, և ոչ՝ ի մօրէ, քանզի կռէացւոյ քոյր ա՛ր բահամու քան սովորութիւն սուրբ գրոցն, ըղ ասենականիցն նորա էր: քան զի և սահակ ասէր վասն ռեբեկկայ կնոջն իւրոյ՝ ի. կղ. եղբ՛ գլխոն ասած-ոց· Եւ քոյր իմ է:] Եւ այլ ևս ոչ էր քոյր նորա, այլ ասենականիցն միայն:

Երկրորդ՛ առնէ. Եւ պատասխ, որ՝ ի մէջ այլոց հիւսւա՛ ազգացն ասենականացայ, համ խնամութեա՛ ազգակցական լինէ՝ ի բնական օրինացն, քանզի ոչ՝ ի նոյն օրինացն խառնման:

Հաստատին մասն ասացուածոյս մերոյ ցուցանի. զի բնական ազգակցութիւնս պատկին հիմնեալ լինի ի միմեանս ազգակցացն, որպէս ասացաք: իսկ՝ ի մէջ այլոց հիւսւա՛ ազգացն ազգակցական կոչ հաղորդութիւնք ինչ նոյն ասեան. Եւ եպէս ոչ տիրապէս առաւել, որչափ՝ ի մէջ ասենականացն ա՛ւելին առաջին ասացեալն. այլ Թուլ պոյն: ապա ուրեմն և՝ ի մէջ ազգակցացն ասենականի լինի պատկ և ազգակցական հիմնադիր՝ ի բնական օրինացն. եթէ ոչ հաստատասցոյց վասն հարկաւոր ինչ պատճառի հրամանաւ ելիք ըղեցոյ:

Երկրորդ՛ մասն ընդդիմանայ ասա՛ ձոյ վերոյգրելոցդ. որք առնեն, Եւ՝ ի բնա՛ կան օրինացն ոչ միայն ազգակցական, այլ և ասենականին խառնման պատճառն, որ՝ ի մէջ ազգակցաց հնդկատոյ առ միմեանս ասենականու՛ Եան ա՛ղդեցիկ

գծ ին

պ֊ֆին . ՅԳ . ի մէջ պատոյ կամ հաճոյ
և Թուեանց : Նոյ և ոմն ի մէջ խնամեն 23
այնուամենայնիւ առաքինեաւն խնամոյ Ա֊
ուղղակաւս պ֊ֆին . ՅԳ . ի մէջ խորթ
հօր և դստեր կնոջն իւրոյ . կամ խոր֊
թի մօր և ոստանէ առնն իւրոյ . կամ ի
մէջ նուագ և սկեսրայրն , կամ պղջան
ջի և փեսայի : և զպատճառս տարա֊
բերեալ ասելով . զի պատ և հանգիպ ,
կամ խորթ հայր և խորթ մայր , կամ
պղջանջ և սկեսրայրք , կամ անեղբ և
սկեսուր , մտանեն ի տեղի ծնողաց .
զի որոյ պատճառանցն բնականաբար
ի վայրապտուղին հաստատեալ Ա֊ի և Ղոդ
պատկառանք , որպէս և Հրեայքն 24
ծնողացն : ապա ուրեմն խախտեսցի
պատիւն ասեն ի մէջ դրոյն բնականն
օրինաց :

Բայց մեք զսա հաճախականաց
գոյն կարծեաց այլոց վրդովեցուցա֊
նեմք . Ա֊ ի մէջ այդպիսեաց ազգակա֊
նացդ ոչ խախտանի պատիւն բնական
բաւ , այլ միայն ետկիզբնական օրի֊
նաց : Ի֊ ցոյց առնելոյ զայս քանզի այ
դպիսեացդ պատիւն ըստ ետկիզբնեան և ետ֊
բաւոյ ոչ է հաճախական իւրեան բնու֊
Ա֊ի , և ոչ ետբերքին ինչ վարձանի ի֊ Ղէ
բաւ . այլ ամ բնականն անպատշաճա֊ 25
Ա֊ի նոցայ ըստ պատահմանն լինի և
յարատևութեան : ապա ուրեմն բնական
օրինաց ոչ խախտանի :

Հաւանականս Ա֊ի ձեռնարկու֊Ե֊
ցուցանի նաեւ ըստ այնմ ոչ պատիկա
նի առ պատիւն հանոյ կամ պատուոյ
ընդ Թուեանս : քանզի Թուեանց և պա
տուոյք ոչ են մի և նոյն մարմին , այլ ա
ռանձինս վրդովոյ և ծնողաց : զի Թո
ռն ոչ առնու անմիջապէ ի պատուոյ
զիւր մարմնին և զարմէն , այլ որդիէ
ի ծնողաց . այլ միայն միջնորդաբար :

և֊

sententiæ plurimorum Doctorum; quorum alij docent, in linea recta conſanguinitatis matrimonium eſſe naturaliter irritum inter aſcendentes, & deſcendentes vſq; in infinitum, ob naturalem reuerentiam, & ſubiectionem, à deſcendentibus debitam aſcendentibus: alij probabiliùs aſſerunt, illud ſolùm irritari vſque ad certum gradum, vltra quẽ participatio illa eiuſdem ſanguinis vel omninò euaneſcat, vel nimiùm ſaltem debilitetur. Hunc autem certum gradum alij dicunt eſſe ſeptimum, alij quartum, alij denique ſecundum, vt inter auum, & neptem, aut auiam, & nepotem, vltra quem gradum, naturali iure attento, matrimonium non eſſe irritum. Præterea in linea recta affinitatis, putarunt nonnulli, matrimonia omnia dirimi naturaliter, eoquòd affines in recta linea ſuccedãt loco parentum: alij probabiliter ea ſolùm dicunt naturaliter irrita, quę inter affines in primo gradu eiuſdẽ lineæ, hoc eſt, inter priuignum & nouercam, vitricum & priuignam, ſocerum & nurum, ſocrum & generum; quòd hi ſolùm propriè ſuccedant loco parentum, quibus naturalis reuerentia, & ſubiectio debetur.

Nos ergo cum pleriſque probabiliùs exiſtimamus, in nullo gradu vtriuſq; lineæ, extra primum ſolius conſanguinitatis, matrimonium fore irritum iure naturæ. Probatur: quia conjugium in quolibet gradu, extra primum conſanguinitatis,

non aduerſatur primò & per ſe neque ſubſtantiæ matrimonij, neque intrinſeco eius fini, ſed omnis naturalis eius indecentia vel eſt ab extrinſeco, vel per accidens: ergo naturali iure non eſt irritum. Conſequentia patet ex communi omnium principio. Antecedens probatur.

Nam, ſi loquamur de ſecundo gradu conſanguinitatis lineæ rectę, vbi maior eſſe videtur indecentia naturalis matrimonio repugnans, certè nepos, & auia V. G. non ſunt vna eademque caro, ab ijſdem lumbis, aut vtero immediatè accepta, vti diximus de fratribus, & ſororibus: neque nepos participat ab auis immediatè ſuam ſubſtantiam, vt filij à parentibus, ſed tantùm mediatè; immò neque illam ab eis mediatè per ſe participat, ſed per accidens: per accidens enim eſt in filiorum generatione, quòd eorum pater alium patrem habuerit; cùm filij Adæ, auo carentes, ita fuerint veri filij, tanquàm ſi illum habuiſſent: vnde aui reſpectu nepotum non ſunt genitores, ſed tantùm cauſa per accidens, ſeu quaſi applicans genitorem: ac proindè naturalis reuerentia, & ſubiectio, ipſis à nepotibus debita, per accidēs eſt, non per ſe, vt eſt illa, quæ debetur parentibus. Igitur omnis indecentia naturalis in matrimonio inter auiam, & nepotem, ſiue ab eiuſdem ſanguinis participatione inducta, ſiue à reuerentia, & ſubiectione, ſiue à mutua cohabitatione, & conſuetudine, ſiue à diſpari-

26

27

28

խնամեացն՝ ի վերոյ ասացեալոց. ոչ լի
նի նոքին հարկապարտութի առնան, այլ
միայն ապատանին և ամենայնեան.
այլ պատճառաւ խառնման սերման
ց խորթ հօրն և ջնջարկու մօրն նո
ցին գոանէն: որ խառնուածն սերման
ցն միայն յայսոսիկ առ՝ի առեալ զգ
ոյութի որդւոյ երկոցունցն, և ոչ
խորթ գոանէն. զի սա՝ի խորթ հօ
քէն գոչինչ է առեալ: ապա ուրեմն և ոչ
այդպիսի խնամութի խնդրէ ապատարկ
ցայն բնական հներքին հայատակու
թի և պատկառանաց, որ խնդրէ առ
՝ի խափանել բնականաբար զպատկա
ռալի միոյն ապատարկ զհայատակու
թի և զպատուի ինչ ապատարին և վայր
բնական երբեմն զվայրագութենէն առ ա
ռաջնորդն. ըստ որում խորթ հայրը
և անկարայր կամ անեղ ասին վարչա
պէս մատանել՝ի տեղի հարց. և խո
րթ մայրը և զբաղնջ կամ անէծառ՝ի
տեղի մարց: Եւ այսքան յիցս արդել
մանց բնական օրինացն:

Ղ. 29

tate ætatis, ſiue demùm ab inuerſione regiminis, omnis inquam vel per accidens eſt, vel ab extrinſeco deriuata, vt diſcurrenti patebit: ergo non eſt talis, vt naturali iure matrimonium dirimere valeat; eſto illi multùm aduerſetur, & non niſi ex grauiſſima cauſa cohoneſtari poſſit.

Ի. 30

Si verò loquamur de matrimonio inter affines, adhuc in primo gradu rectæ lineæ, minor erit naturalis eius indecentia; quia, cùm ſanguinis communicatio non fiat inter affines per carnis propagationem, quemadmodùm inter conſanguineos, ſed tantùm per commixtionem ſeminum viri, & mulieris, ratione cuius mulier efficitur affinis conſanguineis viri ſui, & vir conſanguineis ſuæ mulieris; idcircò inter affines etiam in primo gradu rectæ lineæ, V. G. inter priuignum & nouercam, non intercedit coniunctio ſanguinis intrinſeca, ſed tantùm extrinſeca, & mediata, ſcilicèt ratione commixtionis ſeminum nouercæ, & patris priuigni, quæ ſolùm ordinatur ad dandum eſſe perſonale filijs vtriuſque coniugis, non autem priuigno, alijſq; affinibus: igitur priuignus cognoſcendo nouercam, non cognoſcit in illa ſe ipſum, cùm nec ab illa habeat ſuum eſſe, nec eſſe nouercę ſit à viro, patre priuigni: ac proindè tale vinculum affinitatis non cauſat intrinſecam illam reuerentiam, & ſubiectionem, quæ ad matrimonium naturaliter dirimendum ſufficiat, ſed ſolùm reuerentiam, & ſubiectionem quandam extrinſecam, ſeu moralem, veluti inferioris ad ſuperiorem, iuxta quam dicitur nouerca reſpectu priuigni, ſicut etiam ſocrus reſpectu generi, ſuccedere loco matris; & vitricus reſpectu priuignæ, aut ſocer reſpectu nurus, ſuccedere loco patris. Et hæc hactenùs de lege naturali.

DE IMPEDIMENTIS Matrimonium dirimentibus ex iure positiuo, siue diuino, siue politico, siue Ecclesiastico.

Sectio IV.

QVod attinet ad ius diuinum positiuum, duplex hoc fuit de Matrimonio: alterũ pro Hebræis in lege veteri; alterũ in noua pro Christianis. Præcepit quidem Deus Hebræis, vt matrimonia ne contraherent cum aliquibus infidelibus, ac specialiter cum habitãtibus in terra Chanaan, quos iusserat omnes interfici; neque cum suis propinquis intra gradus quosdã consanguinitatis, & affinitatis, quos in Leuit. cap. 18. & 20. interdixit; hoc est, cum consanguineis in primo gradu vtriusq; lineę, & in secundo lineę rectę, & cum affinibus in primo gradu eiusdẽ lineę rectæ; de quibus singulis supra iam mentionem habuimus. Item prohibuit matrimonium nepotis cum amita, vel matertera, quod est in secundo cõsanguinitatis gradu transuersæ lineæ; & leuiri cum fratria, quod est in primo affinitatis eiusdem transuersæ lineæ; & viri cum vxoris nepte ex filio, vel ex filia, quod est in secundo affinitatis lineę rectæ; ac denique nepotis cum vxore patrui, vel auunculi, quod est in secundo affinitatis transuersæ lineæ.

Potrò ex his Mosaicæ legis præceptus

ՅԱՂԱԳԱՍ

ԶՈՐՍ ՊԱՏՇԱՌՈՒԹԻՒՆՔ ՀԱՐՍԱՆԵԱՑ

Զորդ՝ պլէս։

ԴՐԱՆԱՆ օրէնքն Հռոմայ Ի· ամայեն. բաղադրական. և նիհիլ ցանկան: նախ ամուսնացուք յղդս ամ ոչ հաշխ : հՀԵ այլն օրէնքն, որ իվԼԻՏՅ պատկին, եղև իրկին. մինն հին ՀՐ հրէ ինչն . և միւսն նոր ՀՐ քրիստոնէից : Հրամայեալ էր ամ հրէից Ի հին օրէնսն. զի ոչ պատակ ազատացին ընդանհաւատս ամենս, մանաւանդ ընդքնանիսն երկրին քանանու. նա և ընդ ազգակիցս ամենս ընտանեգոյնս. զոր ամ արգիլ Ի պատկէն Ի զևատայցոց, ՅԼ. և Ի. Էրդ՝ զլխո . ՅՐ. ոչ գիլ զպատկէն Ի մէջ ամ ազնականցաց նաւաՋին ատոհմանն ԹԷ ուղղական ԹԷ կողմնական գծին . և նէրկրորդ ատոհմանէ ուղղական գծ ին . և Ի մէջ ամ խնամեացս նաւաՋին ատոհմանէ ուղղական գծ ին . զոր ամենեսին յՀ շեցուր Ի յատցնալ զլխո: հՀ յլ և ոչ պիլ զպատկն ընդ հօրաքրս Ի մօրաքրս ան, որ Ի նէրկրորդ ատոհմանէ ազնականցուն կողմնական գծ ին և ընդ հն ոՋ եղբօրն Ի ընդ բնա հոՋն իւրեն . որ Է նաւաՋին ատոհմանէ խնամու ԹԷ կողմնական գծ ին : և ընդ հոՋ հօր եղբօր, կամ մօր եղբօրն . որ Է նէրկրորդ ատոհմանէ խնամու ԹԷ կողմնական գծ ին: նա և արգիլ Ի պատկէն առն զդուստր դստեր կամ ատառեր հոՋն իւրոյ . որ Է նէրկրորդ ատոհմանէ խնամու ԹԷ ուղղական գծ ին ;

ceptis ea, quæ vetabant coniugia
in primo gradu conſanguinitatis,
matrimonium dirimebant de iure
diuino non ſolùm poſitiuo, ſed
etiam naturali, vt dictum eſt; ideo-
que non modò Hebræos in lege
Moyſi, verùm etiam omnes alias
gentes in quolibet ſtatu obliga-
runt: reliqua verò, quæ contrahi
prohibebant cum alijs quibuſdam
propinquis, aut infidelibus, matri-
monium irritabant ſolo iure diui-
no poſitiuo, ſeu Iudiciali; quod,
quia pro ſolis Hebræis latum fue-
rat, nullam aliam gentem obliga-
uit, niſi duntaxàt Hebræos, donec
lex Moſayca viguit; vt in quæſt. 2.
demonſtratum eſt.

In lege autem noua Chriſtus ab-
ſtulit permiſſiones, quæ erant in
lege veteri de matrimonio, nempè
polygamiam multarum vxorum
ſimul, & libellum repudij, ſeu ſo-
lubilitatem vinculi cõiugalis; atq;
euehens matrimonium ad Sacra-
menti dignitatem, aſſignauit pro
materia, & forma huius Sacramen-
ti contractum ipſum humanum le-
gitimum, ſeu inter legitimas per-
ſonas. Quæ ſint autem perſonæ
legitimæ, Chriſtus non definiuit,
ſed hoc remiſit ad alia iura, præ-
ſertim ad humanum Eccleſiaſticũ,
ad quod ſpectat iudicare de Sacra-
mentis, alijſque rebus diuinis, aut
ad cõſcientiam pertinentibus. qua
Domini præſcriptione poſita, licet
non poſſit Eccleſia facere, vt con-
tractus humanus legitimus, dum
eſt inter Chriſtianos legitimus, non

ſit

sit materia huius Sacramenti; neq; vt sit, dum non est contractus legitimus: potest tamen decreto suo facere, vt contractus, vel personæ contrahentes fiant ex legitimis illegitimæ defectu alicuius noui requisiti; & vice versa ex illegitimis legitimæ, modò non obstet lex aliqua naturalis, vel Euangelica.

Է ինան ամէն օրինացն։

Իսկ յԱղուանից քաղաքական օրինաց. ԵԹԷ խօսիմք զանհաւատից, որ ոչ են կապեալք եկեղեցական օրինօք, և որոց պատկան ոչ է սէր խորհուրդ. առեմք, ԹԷ կարելի աշխարհական իշխանն նոցայն. ԹԷ հաւատացեալք ԹԷ անհաւատք. ապա նոցայ զօրէնս իւր պատկին, և կոչեցցանել նոցայ զաղգերիմոնս, որ խափանեցին զհետևութիւնս պատկան. քանզի որպէս ոմն է քաղաքական և է պաշտօն քաղաքավարութեան; ուստի՝ ԵԹԷ ոմանք յանհաւատից այր և կին զուգեալ լինէին ի ներքոյ սպրդելման ուրուք, որ խափանէր զպատկին քաղաքական օրինացն իւրեանց, և կամ բնական օրինօք, և յետոյ նկեալ ի սէր հաւատոյ եկեղեցին սկսցէին, յայնժամ պարտ էր նոցայ բաժանել յառաջնագոյն պատկէն անօրինապէս սպրդելոյն։ Ապա ԹԷ ի ժամանակին ան հաւատութեան զաւգեալ լինէին ի ներքոյ սպրդելմանց, որք մերոյն եկեղեցական օրինաց խափանեն պատկեալ։ ի գոն եկեղեցուն ի հաւատս՝ ոչ կարէին բաժանել յառաջնագոյն պատկէն, որ էր օրինաւոր. քանզի յառաջն ոչ էին կապեալք եկեղեցական օրինօքն։ Բայց՝ ԵԹԷ մին ի նոցանէ լինէր բռնաւոնեալ, և ոչ մերձ. կարէր յայնժամ բռնաւոնեալն արձակել զանհաւատն, և անցանել ի նոր հարսանիս։ այլ և ոչ մնան ինչ հարկաւոր օրէնք բառնալ ի նմանէ. ԵԹԷ ոչ կարէր բռնակալ ընդ նմա առանց անարգանաց հաւատոյն քրիստոսի, կամ առանց այլոց մեղաց։ Իսկ՝ ԵԹԷ նոր բռնաւոնեալն յառաջն որ նէր բազում կանայս, որք հանդերձ

7

8

9

Sin autem sermo sit de fidelibus, qui subsunt statutis Ecclesiasticis, cùm eorũ matrimonium sit Sacra-

mẽ-

Ժ

10 mētum, & ratio talis contractus ſit eleuata ad ordinem ſupernaturalē, non poteſt Princeps ſecularis apponere, ſeu ſtatuere impedimenta dirimentia. Quarè Conciliū Tridentinum, ſeſſ. 24. can. vlt. definiuit, cauſas matrimoniales ſpectare ad Iudices Eccleſiaſticos.

Ժա

11 IAM verò ius Eccleſiaſticum, ſeu Canonicū, cùm politico Chriſtianorum iure conueniens, declarauit, contractum matrimonialem non eſſe legitimum, neque per cōſequens aptam materiam huius Sacramenti, ſi prēter ea, quæ naturali, atque etiam diuina, hoc eſt, Euangelica lege inducta ſunt, aliqua alia ponantur impedimenta. Itaq; omnia ſimul impedimenta, ſiue naturalia, ſiue diuina, ſiue humana, quæ ſi præcedant, Chriſtianorum matrimonium dirimunt, quatuordecim enumerantur.

Ժբ

Եւ զդէ՝ առ պատճառուն, զոր զնդ զեմ ասէին Հոգան ի սկզբանն, պատմեմք. Եղ առաջինն, Թէ ոչ կարէ առվնտա-Ջի ոք անբան և անիծեալ խաչմանել զայն պատկն, որ ի հաստատ և օրինաւոր ըստ օրինաց Քրիստոնէից եկեղեցւոյ։ Եւ առ երկրորդն պատմեմք. Թէ գրիգորիոս ինքնզ" պատմ ոչ հաստատեաց զհայոց սահմ բանեցս զայնոսիկ. զոր էին ի կատարած հոգւոց և անխոտանք։

ՀԱՅՐԱԿԱՆ

Օրինաւոր պատճէն հայոց, և կամ այլոց բրիստոնէից, կարէ ինոյ չուծանիլ վն պատճառի ուրուք։

ա

ա

ԳԼՈՒԽԸՐ" ԴԼԵՒ։

Բ Ազմեալ և յամ խնամանատոյն վերադարձ հայոց ուսուցանելն. և գրեալ ի գիրս նոցա, Թէ բրիստոնէից հոգ այսպէս օրինաւորէս արարեալ՝ ոչ կարէ ինոյ չուծանիլ. մանաւանդ պինդ մարդիսաւ որ և խաչատրէլ զուարթ Եպսոս-Ջին, ասկայն գտանին և ի մեզնայս ազգս առաքնորդք ոմանք. որք ի այլ տանս ամուսնացեալ լուծանիլ զպատճէն ներկայից ի պատճառս ուրուք ուսուցանեն, զոր ի զնդ զեմ հրամայեցին զայնոսիկ։

ա

բ

գ

Ասեմք ես ընդ նմա ի միոջէ եկեղեցւոջ առնեմք. Թէ բրիստոնէից օրինաւոր պատկի, եթէ ոչ տակաւին ինչ ի մարդիսաւ որ զոր զաւրութիւն կատարելոյ, կարէ չուծանիլ միոյն ի նոցանէ երկնաւոր պատճառաւ միոյ ամուսնոյն։ Քայց եթէ մարդիսաւ որ զուարթ ոմն ի կատարելոյ ինչն աւելնէ ինչ. ոչ ինաւ ի նոցանէ կարէ չուծանիլ զնոյն և ինչ պատճառաւ, քանզ միոյն ի սոցա

հաւա-

VTRVM

Armeniorum, aliorumue Chriſtianorum matrimonium ratũ diſſolui poſſit quoad vinculum ob aliquam ſuperuenientem cauſam.

a

Sectio VIII.

IOannes, Armenus Epiſcopus, apud Armachanum libro 10. cap. 26. *Sentiunt*, inquit, *Armeni, matrimonium poſſe ſolui*: Et quamuis non legerim hanc eorum ſententiam in Armenis libris; immò oppoſitum doceant Præſules ipſorum prudentiores; tamen experiẽtia ipſa oſtendit, dirimi paſſim apud Armenos rata matrimonia, etiam conſummata, & coniuges ad nouas admitti nuptias; idque non ſolùm ob cauſam fornicationis, ſed cuiuſcunque etiam grauis incommodi.

b

Reſpondeo itaque cum Eccleſia Catholica, matrimonium, legitimè à Chriſtianis contractum, ſi conſummatum non ſit, ſolui poſſe per Monaſticam Profeſſionem: ſi verò ſit conſummatum, nulla de cauſa quoad vinculum ſolui poſſe.

c

PRIMA pars Reſponſionis de-

fini-

finita fuit in Concilio Tridentino, ſeſſ. 24. can. 6. & probatur: quia in Matrimonio duplex reperitur vinculum: alterum ſpirituale, ex ſolo conſenſu proueniens ante copulam: alterum carnale, quod naſcitur ex copula: ſed iſtud carnale vinculum ſoluitur per mortem corporalem alterius coniugis: ergo illud ſpirituale ſoluitur ante copulã per mortem eius ſpiritualem, ſeu ciuilem, hoc eſt, per Monaſticam Profeſſionem, qua homo opibus, & propriæ voluntati renuncians, Mundo ſpiritualiter moritur.

Et confirmatur: quia licitum eſt tranſire de ſtatu minus perfecto ad perfectiorem, quando id fieri poteſt ſine alterius detrimento: ſed, cùm vnus coniux relicto altero ante copulam tranſit ad Religionẽ, collocat ſe in ſtatu perfectiori; ac nulli fit detrimentum, neque proli, quæ non extat; neque alteri coniugi, qui ſoluto priori vinculo commodè poteſt ad alias tranſire nuptias, maximè ſponſa, cuius virginitas permanet incorrupta: ergo &c.

Cõfirmatur ſecundo exemplis plurimorum Sanctorum, ac Sanctarũ, qui ante matrimonij conſummationem relicto coniuge ad vitam cœnobiticam confugerunt.

Obijcies primò: Chriſtus ait Matth. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet*: ergo &c.

Reſpondetur, hæc verba intelligi de matrimonio conſummato, nam dicta non fuerunt à Domino, niſi poſtquàm dixerat: *Erunt duo*

in

հաւանէ ուրուք յամուսնոյն:

Հաւանելն մասն պատճառութեան մեռելոյ հաստատեցաւ՝ ի սիրելի բանին սրբոյ Յովհաննու աւետարանին: եւ եւս ցուցանի բանականաւն: եթէ պի՛տի սրտակին Եկեղեցւոյ շաղկապ գործոյն, տիւնն հոգեւոր. որ՛ի սրտից հաւանութիւն բղխէ յառաջքան զնիզդանէորութի՛ն մարմնոյ: եւ ապա մարմնաւոր էորութի՛ն: իսկ այս մարմնաւորն շաղկապս լուծանի եւ քակի մարմնաւորականն մահուամբ մեռելոյ ամուսնոյն: ապա՛ ուրեմն եւ այն հոգեւորն ազ Հանի հոգեւորական մեռելութիւնն սրբոյն. այ. յորժամ յառաջքան զնիզդանէորութի՛ն մեռանի հոգեւորապէս աշխարհի, ընչից, եւ կամաց եւրոց, մնանելով՝ ի կրօնաւորութի՛ն:

Եւս առաւել հաստատի այս քան զի արժան է՝ մարդոյ անցանել՝ ի մեռ կացութի՛ն առ մի ոք կատարելագոյն եղեալ այս՝ ինքնագլուխ ոչ լինել այլուստ ուսեալ: իսկ յորժամ մի ամուսնոյն յառաջքան զնիզդանէորութի՛ն մեռանի՝ եւ լինի կրօնաւոր, անցանէ՝ ի կատարելագոյն կացուի, եւ ոչ ուսեալ բնաւ ինչ. ոչ զաւակի, զի այս ոչ գոյ. եւ ոչ մեռ ամուսնոյն, զի սա ազ Հանիցէ ամուսնոյ՝ ի կին ազին, կարէ՛ կ լինի անդամ ամուսնանալ մանաւանդ հարկն, որոյ կուսութի՛ն անբասիր մեռ յոյ: ապա՛ ուրեմն եւ այլ: Եւ զդիր հաստատի այս բազում օրինակօք. սրբոց ազանց. որք յառաջքան զմարմնաւոր էորութի՛ն զաւակ ուրուք՝ ի կրօնաւորութի՛ն մեռեալ զամուսնոյն իւրեանց՝ մեռանի՝ ի կրօնաւորութի՛ն:

Բայց՝ առարկեցից. Եթէ ոչ՝ ի մեռ ազանց՝ ի մեռ. Յն. եղե՛ զինեա. Զոր

ասաց

[illegible]]

Պատ. Եթէ առնու զայլ առաջ քան զի պսակիլն մարմնաւոր զոյգ գործեսցէ եւ ոչ հոգեւոր զինուոր քան զայլ առնելոյ էր. Երկոցունց երկոքեան ի մարմին մի. ապա ոչ են երկու, այլ մի մարմին. որդի՝ զոր ունի զուգակից, մարդ մի մնացին:] Եւ զրկէ զայդ առաջ զի ամուսնացաւ քան զայն, զոր առնէ մի. ունի պատճառս այլ ոչ զի բաժանեսցի, զոր առնէ այծ հրէլոյ զնէ զոր յամուսնացն ի նկօծանէ որում ի առաջ քան զի մարմնաւորեսցի զուգակից: Եւ այ հուպ այսպիսիկ զինուն քանիցդ առաջ. Եթէ առեալ զբէտ զինն եւ այլն զի ամուսնանայ հանդերձ գործակից առաջ, եւ զինեալս յանկաս ժառանգեցաւ:]

Եթէ առաջ առաքելոցն. Եթէ պսակ օրինաւոր եւ մարմնաւոր հաստատեալ պահէ զիրեար եւ զբան խորհրդոյ զոր ասաբ յառաջ քան զնացնաւորն հաստատուն. զի սա զիւրաքանչիւր առեալ պսակին եւ սա բանն խորհրդոյ ոչ երբէք զհանին ինչ եւ հարկաւոր. այլ երբեմն պատահական ինչ: սապոն ուրեմն՝ եթէ զինն մարմնաւոր զոյգ զուգակցութեան ոչ կարէ լուծանել ի ձեռն կրօնաւորութեան. ոչ եւս կարող եմ ասել քան զզուգակցութիւն:

Պատ. Եթէ խորհուրդ պսակին մարմնաւոր հաստատեալ ոչ միայն աշխանակէ զիւրարմէ սրբացուցիչ. այլ. զնիւթ որում ելն ընդ հոգին. այլ եւ աշխանակէ զնիւթ որում ելն ընդ միմեանս. որ եղեւ սիրոյ եւ շուղկայ պիւ ընդ մարդկայինս բնութեան. զոյս առաքելոյն պօղոսի առ եփեսացս. Եթէ խորհուրդս այս մեծ է. բայց ես առնեմ խօսիմ ի քրիստոս եւ յեկեղեցին:] եւ այս

եկն

in carne vna; itaque iam non sunt duo, sed vna caro. & de separatione, ab homine facta ob fines Mũdanos, non à Deo, alterum coniugem ad Religionem vocante ante copulam: & ideò post ea verba subiunxit: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, &c. propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Obijcies secundò: Matrimoniũ ratum, & consummatum retinet eandem essentiam, & rationem Sacramenti, quam habebat ante copulam: hæc enim superuenit ad rationem Sacramenti tantùm vt aliquid accidentale: ergo si per votũ solenne Monalticum dirimi post copulam non potest, neque poterit ante copulam.

Respondetur, quòd Sacramentum Matrimonij, per carnalem copulam consummati, non solùm significat gratiam sanctificantem, seu cõiunctionem Christi cum anima, verùm etiam cõiunctionem Christi cum Ecclesia per caritatẽ, & assumptionem humanæ naturæ, iuxta illud Apost. Ephes. 5. *Erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia:* quæ quidem coniunctio est omninò insolubilis. At matrimonium non consummatum significat tantùm vnionem Christi cum anima per gratiam; quæ vnio solubilis est, vt patet. ideirco ante copulam dirimi potest

per vota Monaſtica, ſecùs verò poſt copulam. Quod enim ei deeſt ante copulam, non eſt aliquid eſſentiale, neq; accidentale, ſed integrale: quia tunc eſt quidem verũ Sacramentum, at non completum quoad omnem ſignificationem: quod ſufficit ad hoc, vt ſit per Monaſticam Profeſſionem ſolubile.

Obijcies tertiò: Inter coniuges, qui pari conſenſu, ac voto ſiũt Religioſi, non ſoluitur vinculum coniugale: ergo neq; inter eos, quorum alter tantùm Religionẽ ingreditur.

Reſpondetur: Diſparitas eſt, quia, cùm vterque coniux pari voto ad Religionem tranſit, neuter coniugali vinculo abrenunciat, cũ ſtare inter eos poſſit ſine alterius præiudicio. at quandò vnus tantùm fit Religioſus, renunciat vinculo coniugali, ne ſit alteri detrimento: proindè ab illo alter abſoluitur.

Obijcies quarto: Per Matrimonium ratum dat vnus coniux poteſtatem ſui corporis alteri: ergo tenetur ei reddere debitum; & ſic non poteſt altero inuito Religionem intrare.

Reſpondetur, quòd coniux, qui ante copulam vocatur à Deo ad Religionem, non tenetur alteri debitũ reddere cũ detrimẽto ſui boni ſpiritualis; maximè cũ hic nõdum intrauerit in poſſeſſionẽ ſibi traditę poteſtatis, neq; patiatur ob id detrimẽtũ, cùm poſſit aliud inire coniugiũ.

SECVNDA pars Reſponſionis definita etiam fuit pluribus ex Concilijs, vt infrà, & præcipuè à Floren-

ը

9

Ե

10

Ժ

11

եղկղ՛ սիսաՀորուԹիւնս է ամենևին անշուն-անելի և անքակելի: Իսկ հայն խորհուրդ պսակին ոչ մատչիմ պէս կատարելոյ՝ միայն նշանակէ զմի առՀորուԹիւն քրիստոսի ընդ հոգիս Ի ձեռն պղտարտացուցիչ շնորհացդ. որ միսաՀորուԹիւն երբեմն լուծանի մեղօք: սակս այսորիկ պսակն չատակ քան զնուիրսնաՀորուԹիւն կարէ լուծանիլ կրծսաՀորուԹ. այլ ոչ զինչ ասես: ՀԱԴՐ՝ այն, որ Ի պղ սակի չատակ քան զդրուագաՀորուԹիւն պսակս լինի, ոչ է պատահական, և ոչ ևս եահան ինչ. այլ է ամբողջ կան: զի չատիժամ է տղայոց ձշմարիտ խորհուրդ. բայց ոչ առնեւ ի ամբողջ և կատարեալ ըստ ամենայն ՀաւատոՀ. և այս բաւական է, որպէս զի լուծանելի լինի կրծսաՀորուԹ:

Երրդ՛ առարկեցեալ. Թէ ոչ լուծանի կապն պսակին Ի մէջ ամուսնոց. չատիժամ երկոքեանն հաւանութեան ոչխարհ մտանեն Ի կրծսաՀորուԹիւն. ապա ասպնջ ոչ լուծանի, չատիժամ միայն լինի կրծսաՀորուԹ նախ քան զդրուագաՀորիւն. և միայն չատիժամ հի ճայ:

Պատասխանելով զառաջին հարՀարանքն, և ուրուանալով զնշանակութիւն: և պատճառս ասելոյ ուՀէ է. մի զի չատիժամ երկոքեանն կրծսաՀորք լինին. ոչ ոք Ի նոցանէ հրաժարի չատիժամ չատուածարեալն շնորհացդ. զի կարէ այս ճայ Ի մէջ նոցա առանց վատնելի միմեանց: բայց չատիժամ միայն լինի կրծսաՀորք առանց միուսոյն, պատրաստ է նմա Ի հարկէ հրաժարել Ի շուտ կալոյն. զի մի՞ վատնեսցէ զի միուսոյ, որ չատիժամ ճայ. մի ոք ոչ և արձակի միւսն Ի նմանէ:

Որ

Ղորդ՝ առաքիցեա. Քէ փեսայ
եւ հարսն՝ ի պսակին տան միմեանց
զիշխանութիւն իւրոց մարմնոցն իւրոց:
այլ պարտին հաստատութեամբ միմեան
զգալարտս մարմնականս: ուրեմն
ոչ կարէ միոն առանց կամաց միւսոյն
մատանել ի կրօնաւորութիւն, ոչ եւ յա
ռաջ քան զչուտ գահ որոշիլն:

Պաշինդ. Քէ մի ասուսին, որ նախ
քան զմկրտուիլ զոգեբոյն կոչի յայր՝ ի
կրօնաւորութիւն, ոչ հարկաւոր զգա
րտս միւսոյ հաստատութեամբ ձեռամբ
հոգևոր քաղուածին իւրոյ. մանաւա
նդ՝ զի մինն ոչ եւ մտաւալ է՝ ի սուս
գուն առեալ իշխանութիւն. եւ ոչ
քարշէ միոյ ի չարանկամանէ անտե
սիլն կարէ կրկին անգամ ամուսնա
նալ: քայց՝ ոչ կարէ այր ոչ յեռամաց
ճանապարհորդութեն մատանել ի
կրօնաւորութիւն. եթէ ոչ հաւանի
կինն իւր. եւ լինի եւս ինչ կրօնաւորք
եթէ մանկամարդ եցէ: մի որոյ զգոյ
շացին հայրք ի չարաչարութենէն.
զի մի՞ վոխանակ օրհնութեան եւ վայ
ձու՝ զյաւէտ խաւնականն կորուստ յոլ
ամանգլացին:

Հ՚ՀՐ՚Ղ՝ Երկրորդ՝ մանն առաքեալն
գոնէ մեզ սասցաւածոյն հաստատ
առալ եղև՝ ի քարոզել աբ Յաղովից.
որում՝ ի վայր չարչ լինիցի: Բայց նախ
քան զսկսանիլ ի սբ գրոցն. քանզի առ ա
ջինն՝ ի հռովմայեցի. Է. Երդ՝ գլխոյ: Քէ
օրէնքն տէրեն մարդոյ որչափ ժամ
հնդանի եցէ: քանզի կինն առնականին
՝ի հնդանի այր նա կապեալ կայ օրէ
նօք: նակ եթէ մեռցի այրն. արձակի
ալ է յօրինաց առնու: այսր ուրեմն մի
ոչ հնդանի է այրն, շուն կոչի եթէ
լինիցի առն այլումն: և եթէ մեռանի
ցի այրն, ազատ է յօրինացն, հրաման

բել

Florentino in Decreto pro Armenis. Et probatur primò ex ſacris Scripturis: Apoſtolus ad Rom. 7. *Lex*, inquit, *in homine dominatur, quanto tempore Viuit: nam, quæ ſub Viro eſt mulier, Viuente Viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit Vir eius, ſoluta eſt à lege Viri. igitur Viuente Viro Vocabitur adultera, ſi fuerit cum altero Viro. ſi autem mortuus fuerit Vir eius, liberata eſt à lege Viri, Vt non ſit adultera, ſi fuerit cum altero Viro:* Et rursùs 1. Cor. 7. *His, qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, Vxorem à Viro non diſcedere: quòd ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut Viro ſuo reconciliari.* Et infrà: *Mulier alligata eſt legi, quanto tempore Vir eius Viuit: quòd ſi dormierit Vir eius, liberata eſt, cui Vult nubat.* Ex hoc Pauli teſtimonio clariſſimè patet, nullo modo, niſi per ſolam mortem, ſolui poſſe coniugale vinculum matrimonij Chriſtiani, etiam poſt diuortium, aut repudium, quacunque de cauſa factum; atque id eſſe diuino quoque mandato præceptum.

Sed vbi Chriſtus ipſe apertè loquitur, alio teſte quæſito non eſt opus. inquit enim Marc. 10. *Iam non ſunt duo, ſed Vna caro; quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Et infrà clariùs: *Quicunque dimiſerit Vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi Vxor dimiſerit Virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.* Item Luc. 16. *Omnis, qui dimittit Vxorem ſuam, & alteram ducit,*

mæchatur : & qui dimiſſam à viro ducit, mæchatur. Ecce per hæc verba ita vniuerſaliter Dominus iubet, nunquàm diſſolui matrimonium, inter fideles contractum, vt nullam excipiat cauſam, ex qua liceat ad alias nuptias aſpirare vtroque viuente coniuge.

Item Matth. 5. *Omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mæchari : & qui dimiſſam duxerit, adulterat.* hoc eſt, *Omnis, qui dimiſerit vxorem ſuam* ſolùm quoad thorum, *excepta fornicationis cauſa, facit eam mæchari*; quia, ſi illa iungatur alteri viro, ipſe eſt cauſa, & fit reus eius adulterij propter iniuſtam dimiſſionē: *& qui dimiſſam* vel quoad thorum tantùm ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè, vel etiam quoad vinculum, *duxerit, adulterat*: quia viuente primo coniuge, nunquàm, & ex nulla cauſa ſolui poteſt vinculum matrimonij.

Sed obijciunt Aduerſarij illa Domini verba Matth. 19. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur; & qui dimiſſam duxerit mæchatur.* Vndè ſic ratiocinantur: Chriſtus, loquens hic de dimiſſione vxoris quoad vinculum, docet, illam non licere, niſi in cauſa fornicationis: ergo docet, poſſe virũ dimittere vxorem fornicantem, & aliam ducere: ac proindè ſolui poſſe in aliquo caſu vinculum matrimonij conſummati ante mortem alterius coniugis.

Re-

ԵԼ 15

ԺԶ 16

ԺԷ 17

ԵՒ ասէ՝ ի մատթ. Ե. եբդ՛՛ գլխ՛ ասէ.

Respondetur, locum hunc obscurum Matthæi cap. 19. satis explicari per illum alium clariorem eiusdem Euangelistæ cap. 5., iam pro nobis paulo ante allatum, vbi eadem fornicationis exceptio legitur. Dicimus ergo, Christum in hoc alio loco primùm loqui de dimissione vxoris solùm quoad thorum, cùm ait, *nisi ob fornicationem*: deindè verò etiam quoad vinculum, cùm subijcit: *& aliam duxerit*: & verbum illud, *mœchatur*, referri diuisim ad vtramque partē; ita vt sensus sit: *Quicunque dimiserit vxorem suam* quoad thorum, *nisi ob fornicationem*, mœchatur vxoris adulterio, cuius ipse causa fuerit per iniustam dimissionem; seu, quod idem est, *facit eam mœchari*, vt dictum fuerat in priori loco: *&*, *si aliam duxerit*, viuente priori vxore, iterùm *mœchatur* adulterio proprio. Quæ quidem omnia sic breuiter dicta sunt: *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, scilicet bis. Nam, qui dimittit vxorem suam propter eius fornicationem, & aliam ducit, mœchatur semel tantùm proprio adulterio, cùm non sit reus adulterij vxoris, iustè dimissæ quoad thorū, sed tantùm adulterij proprij.

Ita intelligunt hunc locum Matthæi cap. 19. Hieronymus in Exposit. eiusdem Capitis; Theophilactus ibidem; Augustinus lib. cōtra Adimantum, cap. 3. D. Thomas in Suppl. quæst. 62. art. 5.

ad

ad 4. & alij Patres communiter. Et ita intelligendum eſſe, conſtat primò ex altero loco eiuſdem Matthæi cap. 5. ֆա 21

Secundò ex verbis aliorum duorum Euangeliſtarum, Marci, & Lucæ, atque etiam Apoſtoli Pauli; qui apertiſſimè dicunt, nulli licere ad nouas nuptias tranſire priori viuente coniuge, nec vllam cauſam excipiunt. Quare S. Auguſtinus libro 1. de Adulterinis coniugijs, cap. 9. *Qui ſumus*, inquit, *vt dicamus: eſt, qui mœchatur, vxore dimiſſa, alteram ducens: & eſt, qui hoc faciens non mœchatur? cùm Euangelium dicat, omnem mœchari, qui hoc facit.* Et iterùm de Pauli verbis loquens lib. 2. cap. 4. inquit: *Hæc verba Apoſtoli, toties repetita, toties inculcata, vera ſunt, ſana ſunt, plana ſunt, &c. eſſe deſinit vxor prioris, ſi dormierit vir eius, non ſi fornicetur. licitè itaque dimittitur coniux ob cauſam fornicationis; ſed manet vinculum prioris: propter quod fit reus adulterij, qui dimiſſam duxerit etiam ob cauſā fornicationis.* ֆբ 22 ֆդ 23

Tertiò, quia illa verba, quæ in eodem Matthæi cap. 19. ſubijciuntur: *Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur:* vel intelligi deberent, cùm eadem exceptione præcedente, *niſi ob fornicationem* dimiſſa ſit: vel vniuerſaliter ſine illa exceptione. Si primùm: ergo melior foret conditio vxoris fornicantis, quàm caſtæ, quæ iniuſtè dimiſſa, nubere alteri non poſſet: quod quidem eſſet contra iuſtiſſimam Chriſti legem

յնասոյ խօսելիգիտ արձակման կնոջ եւս ըստ շարկատի, յորմահաս վիրաբերի գբանան. Եւ առնու այլ:] և հետև եաղ բառն. ընայ. յայրաբերի բաժա նաբար իմէ երկոցունց բանիցն: եմ որոյ նշանակու ՚ի առ գոլս այսորիկ է այսմ: և ամենայն որ արձակէ զկին իւր ըստ անկոիղոյ, և ոչ ամ բանի պոռնկուԹե. ընայ՝ կնոգ ընուԹ. զի առայ նմանի ընալ ամ անիրաւ արձակ մանն: և եԹէ առնու այլ՝ մինչ կին դանի է կինն առաքնապոյն. միւս ան գամ ընայ իւրնան ընուԹ: Ռ-ասոն այս ամ համառօտաբար առացաւ այսմ. և ամենայն որ արձակէ զկին իւր, և ոչ ամ բանի պոռնկուԹեան. և առնու այլ. ընայ. յամ. երկու անգամ: քանզի որ արձակէ զկին իւր ամ բանի պոռնկուԹե, և այլ առնու. ընայ ամ անգամ միայն նւրնան ընուԹ. զի ոչ է մեղապարտ ընուԹե կնոգ իրաւ առ արձակելոյ ըստ անկոզնոյ. այլ միայն իւրնան ընուԹեն:

Եւ ըստ այսմ մառցս եմացան ըղ նոյն բանն. Յա. երդ" գլխոյս ամ ան, սբն Ջէրոնիմոս ՚ի մեկնուԹի նորին գլխոյն. սոր բան օգոստինոս ՚ի երդ" գլխէն գրոյն որ ընդ դէմ ադիմանդոյ. սբն Թոմաս ագվինացին ՚ի. ԿԲ. րդ" խնդիրն. և այլքն առ հաւատարիկ: Եւ ԹԷ նոյնպես պարտիմք դնել իմա նալ. յայտ գլինի, նաև յայլմէ առեղ ծէն ամ ան. Է. երդ" գլխոյն:

Երկրդ" ՚ի բանիցն այրոց երկուց աւետարանչացն մրկոսի և ղկասա. և եւս պօղոսի առաքելոյն. որք յայտնապէս ասեն. ԹԷ ոչ մարԹ է՝ անցանել առ այլ կնոջ հարսանիս զի պատճառ է զնա րդ և ՚ի գէ, մինչ կենդանի է առնուսին առաքնապոյն: Ռ-ասոն ասէ սբն օգոս

ստ

gem. Si ſecundum: ergo quomodocunque vxor à viro dimittatur, ſiuè iuſtè ob fornicationem, ſiuè iniuſtè, ſemper qui eam duxerit, mœchatur; ac proindè nunquàm ſoluitur matrimonium quoad vinculum. Niſi fortè dicant, mœchari etiam eum, qui vxorem ob fornicationem dimiſſam duceret; non quòd ſoluta illa non ſit à vinculo prioris coniugij; ſed quia in pœnã peccati prohibitum illi eſſet, alteri viro nubere. ſed hoc rectè dici non poteſt; quia qui ſolutam mulierem, cui ſit prohibitum nubere, in vxorem duceret, non mœcharetur, ſeu adulteraret; ſed tantùm fornicaretur: quarè neque in hoc ſenſu verificaretur illa Domini propoſitio: *Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur.*

Probatur ſecundò ratione; quia ſi viro liceret (vt cenſent Aduerſarij) vxorem adulteram dimittere etiã quoad vinculum, & aliam ducere; liceret ſimiliter ipſi adulteræ alteri viro nubere; quia nulla lex extat, quæ ſoli coniugi innocenti nouas concedat nuptias; tum quia dirẽpto matrimonij vinculo ex parte vnius coniugis, neceſſariò dirimeretur etiã ex parte alterius: proindè non magis ille, quàm ille aliud poſſet inire matrimonium. At hoc dici non poteſt, primùm quia nullus ex peccato commodum reportare debet; ergo non licet coniugi adulteranti ad aliud magis optatum tranſire connubium: deindè, quia hoc eſſet adulteran-

terandi occasio volentibus alia matrimonia quærere.

Præterea, matrimonium Christianum post consummationem significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, vt asserit Apostolus Ephes. 5. Sed hæc coniunctio est omninò insolubilis: ergo & vinculum matrimonij Christiani.

Probatur tertio ex traditione veterum Patrum, qui docuerunt, nulla de causa licere coniugi, altero viuente, nouum contrahere matrimonium: Ita Hermas lib. 2. mandato 4. Athenagoras in Apologia pro Christianis; Clemens Alexandrinus lib. 2. Strom. cap. 12. Tertullianus de Monogamia, cap. 9. Origenes tract. 7. in Matth. Basilius Magnus epist. 1. ad Amphilochium, cap. 6. Ambrosius lib. 8. in caput 16. Lucæ; Epiphanius hæres. 59. contra Catharos; Hieronymus Epist. ad Oceanum de obitu Fabiolę, & in epist. ad Amandum; Augustinus de bono coniugali, cap. 7. 15. 18. & alibi passim; Chrysostomus homil. 17. in Matt. & reliqui omnes Ecclesiæ Patres, ac Doctores.

Probatur quartò ex definitione sacrorum Conciliorum: Nam hoc ipsum definiere non solùm recentiora Concilia, Florentinum in Decreto pro Armenis, & Tridentinum sess. 24. can. 7. verùm etiam antiquiora, vt Concilium Elibertinum, can. 9. Arelatense 1. can. 10. Mileuitanum, can. 17. Africanum can. 69. Anglicanum, can. 10.

Trul-

Trullanum, can. 87. & 98. Foroiulienſe, can. 10. Triburienſe, canone 46. Nannetenſe, can. 12. & Ferrarienſe in Tract. de Sacram.

Probatur denique ex Decretis Summorum Pontificum: Clemens Romanus in can. Apoſt. referens, & confirmans Apoſtolorum Canonem 48. inquit: *Si quis Laicus, vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.* Hoc idem clariùs de vtroque coniuge decreuerunt, Euariſtus in Epiſt 2. Innocentius I. in Epiſt. 3. ad Exuperantiũ, cap. 6. Nicolaus I. in Epiſt. 59. Ioannes VIII. Epiſt. 65. & 198. Alexander III. de Sponſalibus, & Matrimonijs, cap. *Exparte*; & de Diuortijs, cap. *Quæſtuit*. Innocentius III. de Diuortijs cap. *Gaudemus*; & alij.

Obijcies: Extra votum nullus tenetur ſeruare perpetuam continẽtiam: ſed tenetur coniux in aliquo caſu in perpetuum ab altero ſeparari, ſi ſcilicèt non poſſit cum illo cohabitare ſine iniuria Creatoris, &c. vt infrà: ergo poſſet *in* tali, aut ſimili caſu trãſire ad alias nuptias.

Reſpondetur, quamuis per ſe nullus obligetur ad continentiam, poſſe tamen aliquem perpetuò ad illam obligari per accidens; ſicut ſi vxor ab hoſtibus cãptiua ducatur in longinquam regionem, vel in carcere perpetuò viuat, vel in morbum incidat, qui copulam non patiatur: ergo ſimiliter, ſi cum illa cohabitare nequeat ſine offeſa Dei.

Obijcies ſecundò: Licitum erat in Lege veteri Iudæis coniugibus ob eorum cordis duritiam ſoluere per Repudium vinculum matrimonij: ergo idē licere poteſt Chriſtianis, quando eadem inuenitur in eis cordis duritia, per quam cō modè ſimul cohabitare nequeant. Conſequentia probatur: quia durante cauſa legis, æquum eſt, vt lex eadem duret.

Reſpondetur primò, negando Antecedens: non enim erat id Iudæis licitum, ſed tantùm permiſſum, vt minus malum, ad maius euitandum. Reſpondetur ſecundò: tranſeat Antecedens, quod Doctoribus nonnullis videtur probabile: nego tamen Conſequentiam: nam Chriſtus licitam eam permiſſionē, Iudæis conceſſam in lege veteri, apertiſſimè reuocauit in noua, cùm ait Matth. 5. *Dictum eſt antiquis, &c. ego autem dico Vobis &c. & qui dimiſſam duxerit, adulterat.* Et Marci. 10. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Et rursùs, *quicunque dimiſerit Vxorem ſuam, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi Vxor dimiſerit Virum ſuum, & alij nupſerit, mechatur.* Ad probationem reſpondeo, matrimonium Chriſtianum eſſe Sacramentum, peculiarem cōferens gratiam, qua incommoda coniugij facilè tolerentur: tale autem non erat matrimonium Iudæorum: ideò non reperitur in vtriſq; eadem cauſa prædictæ legis.

Ex dictis compertum habent

Ar-

ՀԼ ՆուԹԷ հայոց. և ասէրնդ՝ ի յետ Թ
33 նէրդ՝ կանանէ. Էդ. ըդ՝ Ժողովմանն,
այլև հնագոյնքն. ՅԲ. Ժողովէ էլի
բնծայ յիւնէրսէդ կանանէ. Ժողովէ
ասէլատոյ՝ ի տաճանէրդ՝ կանանէ. Ժո
ղովէ միլէվիատոյ՝ ի. ՅԷ. նէրդ՝ կանո
նէ. Ժողովէ ասիբելիական՝ ի. ՀԹ. ն
էրդ՝ կանանէ. Ժողովէ անգլիկանին՝ ի
տաճանէրդ՝ կանանէ. Ժողովէ կաստա
նոեիստ-ազգէ. ՅԲ. վԼեցերտրէն ասել
զնբակաին, ի. ՀԷ. նէրդ՝ կանանէ. և
և այլք ոմանք:

ԼՀ հինգերդ՝ ցուցանէ՝ ի կատու
ՀԳ ցիանոց հինն հայրապետացն Հռոմէոյ
34 զի սէր կղեռս աշակերտ առաքելոցն
և պատ, շարադրեալ զիանանս առա
քելոյն. մանաւանդ զայն, որ էր. Խե
նէրդ՝. և ասէր այսպես. ԵԹԷ որ աշ
խարհական արձակէ զկինն իւր, և
զայլ առնու, կամ զայրէն արձակէ
սէն զրկնալ լեզի՝ ի հաղարդութիւն]
Էս ՚ւյոյն կանանէցին յայտագոյնս
բար այլ պատուիրէ հետևօղէ. ՅԻ.
Եւիսթեսաոս. ԵՒՈՀԵՆԹեսաոս առաքին.
Ներկայիս առաքին. յոհաննէս ա
ԹենդՀ՝ աղէքսանդրոս ԵրդՀ՝. և ին
ՀՕՔԵՆԷԹեաս ԵրդՀ՝.

35 ԼՀաւարկեցնես. ԹԷ՝ ի հին օրէնսն
նէրեալ էզև. Հրկնց զա խաստատու
ԹԵ նոցա լուծանել զկապն առաքեա
զրն պատկին, և անցանել առ այլնոզ
ապակ: ապա ուրեմն և նէրեալ էս
լինել այս բնութեանէց առաւնոց, յոր
ժամ դառնան՝ ի մէջ նոցա նոյն խոտա
որատ-Ըհուն, որով ոչ կարացեալն դի
նայիլ առանել զնա այսպատ-Ըհուն առաւա
նատ-Ըհան: Եզրակացատ-Ըհուն ցու
ցանէ. զի յորժամ լինին նոյն պատճառք
օրինաց ինչ. պարտ է և նոյն օրէն

ընդ

Armenij, matrimonium ſuum ratum, & conſummatum, nullam prorsùs ob cauſam quoad vinculum ſolui poſſe, etiamſi alter coniugum à Chriſtiana fide deſciſcat, & fiat Mahometanus, vt plerumq; apud ipſos accidit: in quo quidem caſu licitè poſſet fidelis ab Apoſtata ſeparari quoad thorum, & cohabitationem, immò teneretur, ſi habitare cum eo nequiret ſine contumelia Creatoris: non poſſet tamen nouas inire nuptias cum alio coniuge.

Sed inſtabis: ſi ex duobus coniugibus infidelibus non baptizatis, alter ad fidem Chriſtianã conuerſus baptizaretur, nec poſſet cum infideli cohabitare ſine iniuria Creatoris; tunc licitè nouus Chriſtianus, ſoluto prioris matrimonij vinculo, tranſiret ad alias nuptias: ergo idẽ ſimiliter fieri poſſet, ſi ex duobus Chriſtianis coniugibus alter à fide deſciſceret.

Reſpondetur, negando Conſequentiam, Antecedente conceſſo: & diſparitas eſt, quia in priori caſu matrimonium, inter infideles contractum antè Baptiſma, & ſi ratum eſſet, ac firmum ex natura ſua, tamen non eſſet Sacramentum; & ideò deeſſet illi ratio potiſſima inſolubilitatis: in poſteriori verò caſu matrimonium, poſt Baptiſma contractum, eſſet verum Sacramẽtum; proindè mirum non eſt, ſi maiorem inſolubilitatis rationem haberet.

նա : զի ԵՒԷ յերկուց անհաւասար և անմիաբանալ ամուսնոց՝ միոյն ընդունէր զհաւասարն չի, և միաբանութ, և ոչխորէր բնակել ընդ միւսում անհաւասարին առանց կարծեաց մերոց . յայսմժամ ասի՝ան էր նորհաւատացելոյն լուծանել զկապն առաքեալն պատկին , և ամուսնանալ ընդ քրիստոնէի դարձ : ապա ուրեմն և նոյնպէս կարէր առնել միոյն յերկուց հաւատացեալ ամուսնոցն, յորժամ միւսն ոտնանայր զհաւատան չի :

Պահանջ ընդունելոյ զառաքելական Կանոն . և սորունդով վնսրակացուԹիւն յաջորդութեան : և պատճառ սարքելոյ Ե Ի . վս զի պատիժ, որ ի միջ անհաւատից և անկրօնեայց չինի . Ելել օրինաւ՝ որ էին և հաստատ ըստ նմին բնութեան , սակայն ոչ՝ սուբ խորհուրդ . սակայն այսոցիկ և ոչ՝ բոլորովին անլուծանելի : քանզի՝ հաւատացելոյ պատկին է սուբ խորհուրդ . վասն որոյ և անչլուծանելի ամենևին :

DE DIVORTIO

Տիգս ամուսնոյ

Et Diſpenſatione in impedimentis Armeni Matrimonij .

Sectio VI.

Տնտես պշիս :

1 QVæritur circa primum : quibus de cauſis inter coniuges fieri poſſit diuortium , hoc eſt , ſeparatio quoad thorum , & cohabitationem , manente vinculo coniugali ?

Ղ Ա Հ ի խնդրի . Ե՞ր ինչ պատճառս առ ամուսնոյ բաժանումն լինի առն և կնոջ բաժանել ի միմեանց ըստ անկողնոյ և բնակութեանէ . մնալ ընդ կապակցութեան ամուսնական ?

Ե

2 Reſpondetur , licitum eſſe diuortium , ſi fiat duabus tantùm de cauſis : nimirùm vel ex conſenſu vtriuſque coniugis , ad altiorem ſtatum acquirendum ; vt ſi vterque continentiam perpetuam voueat , & ad Religionem tranſeat , iuxta quod intelligitur illud Matth. 19. *Omnis, qui reliquerit Vxorem propter nomen meum* , &c. Vel ſi fiat ſine conſenſu ob crimen alterius coniugis , idque triplex : Primum eſt , ſi alter coniux in apoſtaſiam , vel hæreſim

2 Պատասխ . Ե՞ր օրինաւ՝ որ և արժան դի՛ ամուսնոյ բաժանումն այնպէս ասեն . ԵՒԷ ելանէ յերկուց պատճառաց միայն . ա՞ռաջինն պատճառ է հաւանութեան երկոցունց ամուսնոցն, յորժամ երկոքեանն կամին բաժանել ի միմեանց ըստ բնակութեան զի ողջախոհագոյն կենցաղով խաղաղ ապրեսցեն , կամ վասն նրծամաբոյ լինելոյ . ըստ աստուածականն խրատուցն . Ե՞ւ ամ ոք թողու զկին վասն անուան իմոյ . զկնանայ յաւիտենականն ժառանգեսցէ : Եւ երկրորդ պատճառ

Ե

ի՛ մեղք միոյ ամուսնոյն. և այս հուա
կին. զի աղքին մեղք է՛ ուրացողութի՛ ֆ
կամ հերձուածողութի՛. զսա այնմ 3
զոր գրէ առաքեալն առ տիտոս. Զի յառ
նէ հերձուածողէ յետ միանգամայն և
երկիցս խրատելոյ հրաժարեսջիր։]
Երկրորդն է՛. եթէ մինն այնպէս յորդո
րեալ չկամ ան՛ի մեղանչել. մինչ չի
նչկարէ այս բնաւին ընդդեմ առանց
հարճ-եաց մեղանչելոյ. ըստ այնմ զոր
ասէ՛ն ասաց՛ի մեծն. Բ. Եզր՛ գլխա.
եթէ անդ ըն գայթակղութեան ըզ
քեզ. խլեա՛ զնա, և ընկեա՛ի քէն։
Եւ երրորդն է՛ պոռնկութի՛. զորմէ ֆ
ասէ՛ն յաւանգաւ՛ի մեծն. Է. Եզր՛ 4
գլխա. ասելս՛ի վերոյ։ Բայց՝ գի
տելի է՛. զի ոչ կարէ այր բաժանիլ՛ի
պոռնկեալ կնոջէ եւ յամէ, եթէ ինքն և
պոռնկացաւ՛. և կամ հաւանեցաւ՛
պոռնկու-թե՛ն գալոյ. և կամ գինի ձա
նաչելոյ գինոջ պոռնկու-թե՛ն, կամ
նենգաւ՛ մարմնապէս ընդ նմա։

Ոմանք ասեն զի միոյ՛ի յերից մեղացս
այսոցիկ. և ոչ զի այլոց. կարէ անուիղ
ամուսին անձնիշխան կալօք բաժա
նիլ յանկողնոյ մեղապարտ ամուս
նոյն. և և՛ ի տանէ հօրայ եթէ մեղ
քն հրապարակեալ լինի։ Բայց՝ եթէ Ե
կայ՛ի ծածաղ. ոչ կարէ բաժանիլ 5
ըստ բնաւու-թեան անձնիշխան կա
լօք, այլ գինի վճռոյն եկեղեցական
դատաւորն. զի այս բաժանու-թիւն
լինի հրապարակաւ՛, և կարէ գայ
ձանիզեցուցանել զժողովուրդ։

Աղուարկեցին. Եթէ քն խօսեալով վն
պատճառի բաժանման ամուսնոյն՛ի
միւսանգ՝ մի այլ յիշատակեաց զպոռ
նկու-թի՛ն։ ապա ուրեմն այլ եկեղ
մեղքն ոչ են օրինաւո՛ր պատճառ այս
պիսի բաժանման։

Պա-

refim incidat, iuxta illud Apoſtoli Tit. 3. *Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correctionē deuita.* Secundum, ſi ita impellat alterum ad peccandum, vt nequeat is cum illo cohabitare ſine periculo offendendi Deum, iuxta illud Matt. 18. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Tertium, ſi adulterium cōmittat, de quo loquutus eſt Dominus Matthæi 5. *Omnis, qui dimiſerit vxorem ſuā, excepta fornicationis cauſa,* &c. Sed in hoc tertio intelligendum eſt: niſi coniux dimittēs eodem crimine teneatur; vel niſi cōſenſerit alterius adulterio; vel, ſi poſt cognitū alterius adulteriū, cum eo rem non habuerit: alioquin nō poſſet licitè illū dimittere.

Ob tria ergo crimina hæc, & nō alia, licet coniugi innocenti ab altero ſeparari, quantùm quidem ad thorum ex proprio Iudicio, modò verè nouerit coniugis crimen: quātùm verò ad cohabitationem, quæ res eſt publica, & alios ſcandalizare poteſt, non niſi poſt Eccleſiæ Iudicium, ac ſententiam, ſi crimen non ſit publicum, & poſſit interim cum eo cohabitare ſine contumelia Creatoris.

Dices: Chriſtus poſuit pro cauſa Diuortij ex crimine ſolam fornicationem, ſeu adulterium: ergo alia duo crimina non ſunt legitima cauſa Diuortij.

Reſpondetur, Dominū in cauſa Diuortij ſolius fornicationis mentionem feciſſe; Primò, quia ſola fornicatio eſt ratio peculiaris, ac

ի մեղք մեծ առնուն. և այս նուա-
զին. զՀաւատացեալն մեղք է՝ ուրացողա-
կամ հերձուածողութի. ըստ այնմ
զոր գրէ առաքեալն առ տիտոս. Զի յառ-
նէ հերձուածողէ յետ մինադաս և
երկիցս խրատանելոյ հրաժարեսցիր:]
Երկրորդն է. Եթէ մինչև այսպէս յայտ-
նի գտցին առ ի միզանչել. մինչ զի
ոչ կարէր այս բանակիլ ընդ ամ առանց
կործանման միզանչելոյ. ըստ այնմ զոր
առէրն առաջ ի մէնախ. Ձը. Երդ՝ դլխո-
Եթէ այիր քո գայթակղեցուցանէ զք
քեզ. խլեայ զնա, և ընկենու ի քէն:
Եւս երրորդն է պոռնկութի. զորմէ
առէրն խօսելոյ ի մէնախ. Ե. Երդ՝
գլխո. ասելով ի վերոյ: Քայց՝ պի-
տի է՝ զի ոչ կարէ այլ բաժանիլ ի
պատճառիկ կնոջէ խեղճի, Եթէ ինչն և
պոռնկացաւ. և կամ հաւատնեցաւ
պոռնկութի ինքեան. և կամ զինեն ձա
նալոյ զինով պոռնկութիւն, խաւ
նեցաւ մարգիասլէս քրդ նմին:

Եւ թէն մեծ մեղք է յիւրից սիրելոյ
պոռնկիլ. և ոչ մի այլով. կարէ անսիրել
առնուլն անձնիշխան կամօք բաժա-
նիլ յանկողնոյ սիրելոյում առնա
նէն. և և ի տանէ հօրն Եթէ մեղ
քն հրատարակեալ լինի: Քայց՝ Եթէ
կայ՝ ինձ ամուսն. ոչ կարէ բաժանիլ
ըստ բնակութեան անձնիշխան կա-
մօք, այլ զինեն մեռանի նկնղեցական
պատուհասօք. զի այս բաժանու-
թիւն լինի հրատարակեալ, և կարէր զայլ
ամկնցուցանել զինուղովուդ:

Հաւանիկնեա. Եթէ քո խօսելովդ մի
պատճառաւ բաժանեալն առուծոյն ի
միմեանց՝ միայն յիշատակեալ զպոռ-
նկութի: ապա ուրեմն այլ երկու-
մեղքն ոչ ևս օրինաւոր պատճառ այս
պիսի բաժանման:

Պատ

refim incidat, iuxta illud Apoſtoli
Tit. 3. *Hæreticum hominem poſt v-*
nam, & ſecundam correctionē deuita.
Secundum, ſi ita impellat alterum
ad peccandum, vt nequeat is cum
illo cohabitare ſine periculo offen-
dendi Deum, iuxta illud Matt. 18.
Si oculus tuus ſcandalizat te, true
eum, & proijce abs te. Tertium, ſi
adulterium cõmittat, de quo loquu-
tus eſt Dominus Matthæi 5. *Omnis,*
qui dimiſerit vxorem ſuã, excepta for-
nicationis cauſa, &c. Sed in hoc ter-
tio intelligendum eſt: niſi coniux
dimittés eodem crimine teneatur;
vel niſi cõſenſerit alterius adulterio;
vel, ſi poſt cognitũ alterius adulte-
riũ, cum eo rem non habuerit: alio-
quin nõ poſſet licitè illũ dimittere.

Ob tria ergo crimina hæc, & nõ
alia, licet coniugi innocenti ab al-
tero ſeparari, quantùm quidem ad
thorum ex proprio iudicio, modò
verè nouerit coniugis crimen: quã-
tùm verò ad cohabitationem, quæ
res eſt publica, & alios ſcandali-
zare poteſt, non niſi poſt Eccleſiæ
Iudicium, ac ſententiam, ſi crimen
non ſit publicum, & poſſit interim
cum eo cohabitare ſine contumelia
Creatoris.

Dices: Chriſtus poſuit pro cau-
ſa Diuortij ex crimine ſolam forni-
cationem, ſeu adulterium: ergo
alia duo crimina non ſunt legitima
cauſa Diuortij.

Reſpondetur, Dominũ in cauſa
Diuortij ſolius fornicationis men-
tionem feciſſe; Primò, quia ſola
fornicatio eſt ratio peculiaris, ac

propria separandi coniuges, vt potè quæ directè, ac per se opponuntur fidei coniugali: reliqua verò duo crimina per accidens se habent ad matrimonium, & sunt rationes communes, per quas solui etiam possunt omnes aliæ confœderationes: nam propter hæresim, & inductionem ad peccandum, separari etiam potest filius à patre, soror à fratre, seruus à Domino, &c. Christus ergo has alias causas non exclusit, quas sciebat esse communes. Secundò, quia sola fornicatio, si semel admittatur à coniuge, potest esse legitima causa perpetui Diuortij, de quo Christus tunc loquebatur, & Pharisæum interrogabant, Matth. 19. Nam, etiamsi coniux adulter resipiscat, & se emendet in posterum; quia tamen fregit quandoque datam fidem, potest alter innocens ab eo perpetuò separatus manere. Ob alia verò duo crimina non liberatur coniux innocens à redditione debiti, nisi ad certum tempus, quandiu scilicet ea crimina durant, & coniux reus non resipiscit.

QVÆRITVR circa secundum: An liceat Armeno Patriarchæ in Impedimentis, iure solùm communi Ecclesiastico matrimonium dirimentibus, apud suos Armenios dispensare? Hanc sanè dispensandi facultatem, certum est, de iure non competere nec Armeno, nec alijs Patriarchis Maioribus, sed vni duntaxat, vt suprà diximus, Summo Pontifici, à quo ius omne

Ec-

6

7

8

Պատճառ. Եթէ զպառնկուհի մի այն յիշատակեսցէ՝ երկու պատճառք ազգային: Նախ՝ զի միայն պառնկուհի ըստ ինքեան և ուղղակի հակառակ է ամուսնական հաւատոյն. ապա և՝ յաւուրս ինչ պատճառ առ ուսոյց բաժանման: Եւ այլ երկու միջին ըստ պատահման քնդդիմանան պահին. զի ևս և հաւասարական պատճառ բաժանման առ այլոց ընկերակցութեանց: քանզի պատճառ հնձբաւած ողոքանան, կամ յոր դարման առ ի մեղանչել՝ կարէ և բաժանել զդէմ ի հօրէ, և էրայր յեղբօրէ, և ծառայ ի տանէ, և այլն: սակս այսորիկ քն ոչ յիշատակեաց զայսպիսի այլ պատճառս. զի գիտէր, եթէ հաւասարակք էին: Եւ երկրորդ զի փաղիսանցիքն յայնժամ հարցան ընդ նմա զքն վն մեղանչնաւոր բաժանման ի կնոջէ. և միայն պառնկուհի կարէր զոյ պատճառ մեղանչնաւոր բաժանման: զի եթէ և պառնիկ ամուսին դառնայր ի միտս և ողջանայր ի մեղացն սակայն քանզի մի անգամ զատեալ հաւատոյն կտրեալ. կարէր միւսանգամ միջամ ամուսնել ընդ այլում երկրորդ մեղայն ոչ միշտ, այլ միայն առ ժամանակ մի ապաւէ անմեղ ամուսնի ի հաստատմանէ մարմնաւոր պատուոյն. քն. յորում ժամի մեղապարտ ամուսնին ծայր ի մէջ. զի յորժամ անդրէն դառնայ ի մեղացն, հաստիաւորն միւս դիմել միաւորելի ընդ նմա:

Երկրորդ խնդիր. մի՞ եթէ հայոց կաթողիկոսն իցէ նեղել իմն արտաքին մանցն, որ խափանեն զպատակն եկեղեցական օրինաց: Տարոյ վերայ պիտի լինի, զի յայտ է առ ամենեսեան, եթէ այս

Eccleſiaſticum authoritatẽ habet. Ergo ſolùm quæritur, an ſaltem ex priſca vlla conſuetudine, aut priuilegio, talem facultatem Armenus habeat, fortè ob nimiam ab Vrbe diſtantiam? Siquidem, vt definiuit Nicolaus Papa in cap. *Conquæſtus* 9. q. 3. *Primates, vel Patriarchæ nihil priuilegij habent præ cæteris Epiſcopis, niſi quantum ſacri Canones concedunt, & priſca conſuetudo eis contulit.*

Reſpondetur breuiter negatiuè. Ratio eſt, quia nullus extat Canon, qui hoc diſpenſandi priuilegium Armeno Patriarchæ concedat; & nulla eſt, nec fuit vnquàm inter Armenos conſuetudo, vt in prædictis matrimonij impedimentis eorum Patriarcha, vel Epiſcopus vllus diſpenſet. Ex quo factum eſt, vt & Armeni ipſi vix ſoleant matrimonia vlla inire, quæ pro impedimentis dirimentibus diſpẽſatione indigeant; & ſi quis vnquàm ex eorũ Magnatibus ad matrimonium huiuſmodi aſpirauit, à Romano ſolùm Pontifice diſpẽſationem quærere operæ pretium duxerit.

Quapropter Armenus Princeps Sembat de Botha, cùm hæc priùs ignorans, Iſabellam, Ioppenſis Comitis filiam, in tertio conſanguinitatis gradu ſibi coniunctam, Armeno Patriarcha Stephano temerè diſpenſante, in vxorem duxiſſet, admonitus poſteà fuit à Gregorio Patriarcha, Stephani ſucceſſore, vt in irrito matrimonio ne

per-

perſiſteret, niſi legitimam à Romano Pontifice Bonifacio VIII. diſpenſationem obtineret. Quarè idem Sembat, & Iſabella Bonifacium ſuppliciter rogauerunt, vt in contracto perperàm matrimonio licitè deinceps perſiſtẽdi ſibi facultatem concederet: ad quos ille in Pontificio conceſſæ diſpenſationis diplomate ſic inter alia reſpondit:

Bonifac. lib. 4. epiſt. 268.

Sanè pro parte Veſtra nobis oblata petitio continebat; quòd Vos, tertio ad inuicem conſanguinitatis gradu coniuncti, matrimonium contraxiſtis, Vobiſcum in huiuſmodi copula quondam Stephano, Catholicon in Armenia gerente officium, diſpenſante: quòdque credentes huiuſmodi diſpenſationem legitimam, diu inſimul in tali permanſiſtis matrimonio, filioſque procreaſtis ex ipſo, quorum aliquos iamdictis militare. Verùm, quia Veridica aſſertione Gregorij, in huiuſmodi geſtione officij Succeſſoris diſpenſantis prædicti, peruenit ad Veſtram notitiam, quòd dicta diſpenſatio nulla fuit, Vtpotè facta ab eo, qui poteſtatem hanc non habuit diſpenſãdi; nobis humiliter ſupplicaſtis, Vt quòd in dicto matrimonio Valeatis licitè remanere, prolem ſuſceptam, & ſuſcipiendam ex eo, legitimam nunciando, diſpenſare Vobiſcum miſericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd ſolus Papa Romanus, qui Vocatus eſt in plenitudinem poteſtatis, cæteris Prælatis in ſolicitudinis partes aſſumptis, ſecundùm ſacros Canones in ijs, & ſimilibus caſibus obtinet poteſtatem, nec immeritò

Իբ 12

Իգ 13

Իդ 14

պատկին յոյժ անգիտ և անեմաստ: Բայց՝ յետոյ կաշկին գրիգոր զգուշացոյց զամուսան և զկինն նորա մի պատնկականա պատկին, և խրատեաց զնոսա՝ ի բաց կալ ի նմանէ. ինչ և ցքն նեբուա բանիգաշխոսն պատկին: Հիւ այս գրեցին և առաքեցին նոքա զպաշտօնս առ պապն, խնդրելով ի նմանէ. զի նեբուա ընդհանուր իշխան գեղմանն պատկին իւրեանց: և պապն լսելի արարեալ զինդրուածն նոցա՝ ի նեբուա ընդ ձեռնադիրն զկնի այլոց բանից գրեաց առ նոսա այսպէս:

Իգ Խնդրուածն ձեր առ մեզ ի այսպիսեաւ: եթէ դուք՝ գոլովք միմեանց աղգականք ի չորրորդ աստիճանի արեւակցութեան, ամուսնացեալք էք հրամանաւ սուրբ առաքելոյն կնձ կեան հայոց: և օրինաւ որ համարիք զայդ գոյութիան հրամանն՝ ընդունելոյ էք զկնիկս ժամանակ ի մէջ ամուսնութեանդ. և ծնեալ էք զորդիս. զորոց անունս առէք գինաւորել: Բայց՝ յորմամէ ի ձեռն ձշմարիտ վկայութեան եկաք առ գրիգորէ աշխարհն սուրբ իմանալն էք ձանձալ. եթէ այն հրամանն անպայման էր և անօրինաւոր. զի առաքեալ էղև խնդանէ, որ ոչ ունէր պատշաճաւորութիւն իշխանութեան ներելոյ իմէ այսոր երկու խառնակհաւատ ազգիցդ զմէզ. զի գիտութեամբ օժտեալ ցուցք չորհիլ ձեզ զներութիւն, որպէս կատարելոյ յայտնի հետ օրինաւն հաւ ի նոյն ամուսնութեանդ. և զի օրինաւ ոչ և հարկաւոր սահմանադրութիւն էր նոցա ծնեալս և զառաջին ծնանիս լիս: Ուստի գիտեալ մեք, եթէ մի այն հոգեմաս հայրապետն կոչեցեալ էղև ի լիս եթէ իշխանութեաց. կը

առաք-

ritò: nam, cùm matrimonium ad ipſius efficacius Vinculum, ampliorem eius dignitatem, & in priuilegium ſpeciale inſtituerit ipſe Deus; indignum fuiſſet, Vt alij, quàm Romano Præſuli, Dei Vicario, prærogatiua diſpenſationis huiuſmodi deberetur: Intuentes etiam, quòd magnum exiſtat matrimonij Sacramentum, & idcircò eius in diſpenſando cauſa, tanquàm annumerata maioribus, ſit ad Petri Sedem ſolummodò referenda: ac conſiderantes, quòd per inſtituta Canonica in matrimonijs contrahendis eſt memoratus gradus prohibitus; & ideò, cùm Canones ad ſui obſeruantiam omnes adſtringant, ille ſolus, Summus Videlicèt Pontifex, qui eos condere poteſt, quique legibus eſt ſolutus, cuiuſque auctoritas in ipſis ſæpius intelligatur excepta; Vel etiam alius, cui per eoſdem Canones nominatim conceſſa ſit diſpenſandi facultas ſuper illos; Vt per diſpenſationis lenitatem rigorem eorum ex cauſa temperet, poteſtatem habebit: irrefragabili Veritate ſuffulti dicimus, quòd dictus quondam Stephanus in hoc diſpenſare non potuit; propter quod non diſpenſator extitit, ſed deceptor, & quantum in ipſo fuit, Vis, & poteſtatis Canonum in hac parte temerarius diſſipator, &c.

Cùm itaq; Armenus Patriarcha facultatem hanc diſpenſandi de iure non habeat, vt demonſtrat, & pronunciat in Diplomate Bonifacius: neque ex priuilegio, quod non extat, vt exipſa quoque Gregorij Patriarchæ veridica aſſertione col-

colligitur: neque demùm ex consuetudine, cùm hæc de facto non fit, nec fuerit vnquàm apud Armenos, non dico, legitimè per tenacem obseruantiam, & longissimi temporis cursum præscripta, sed ne inchoata quidem, vt experientia ipsa ostendit: certè nulla relinquitur ratio, qua Armenæ nos Ecclesiæ in hac etiam parte (sicut in alijs sæpè, quoad licuit, fecimus) suffragari valeamus.

Et hæc satis de altera Parte huius Operis: in quo tandem aliquandò, Fratres Armeni dilectissimi, pestes Patriæ vestræ Pseudomagistros, scelus in Fidem Catholicam anhelantes, falsa dogmata molientes, extremam Ecclesiæ vestræ perniciem minitantes, per ea, quę sunt hactenùs vel historicè, vel dialecticè dicta, foràs eiecimus; inimicos homines ex agro vestro depulimus; eorum zizania de medio tritici vestri radicitùs extirpauimus; orthodoxam veterum sanctorum Patrum vestrorum religionem in pristinum restituimus. Iam nunc supereſt (quod & prosperè, Deo auxiliante, futurum speramus), vt vos pacis, & concordię fœdus illud, quod Christus Ecclesię suę reliquit, & à vestro *ILLVMINATORE* Gregorio, Regeque strenuissimo Tiridate, cum Siluestro Pontifice Maximo, & Constantino Imperatore nostro pijssimo, fuerat quondam ictum, vt dicitis; torque per secula confirmatum, ac pluriès instauratum, vt nostis; nouissimè

vc-

verò improbis hæreticorum hominum artibus fœdè violatum, fractum, corruptum, de integro denique fanciatis.

Ioh. 21

ՀԱԼԵԼՈՒՅԱ.

Laus Deo, Deiparæque Virgini.

FINIS TOTIVS OPERIS:

Pag.	Lin.	Errata	Corrige
166.	38.	viuenter	viuentes
186.	21.	autor	author
204.	40.	iudicij	iudici
247.	1.	conſanguinitatis gradu	terdo conſanguinitatis gradu
293.	22.	Nouitianorum	Nouatianorum
304.	vlt.	qui	cui
374.	33.	mœcaberis	mœchaberis
379.	33.	*reus erit iudicio: qui autem dixerit:*	*reus erit iudicio: ego autem dico Vobis; quia omnis, qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio: qui autem dixerit:*
383.	19.	à ſuo Illuminatore	ab Apoſtolis, ac proinde etiam à ſuo Illuminatore
393.	40.	manù	manú
399.	15.	coarceretur	coërceretur
441.	33.	mox	modò
442.	1.	& interruptè	& haud interruptè
564.	37.	populum	poculum
598.	36.	Laiis	Laicis
599.	9.	Eccleſiæ	Eccleſia
616.	38.	ommittunt	omittunt
628.	21.	Ezechielia	Ezechielis

ROMÆ,

Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide,

Anno Reparatæ Salutis M D C L X I.

Superiorum Permiſſu.